
IV. 34

SS. ECCLESIÆ RITUUM
DIVINORUMQUE OFFICIORUM
EXPLICATIO

S. ECCLESIÆ RITUUM DIVINORUMQUE OFFICIORUM *EXPLICATIO*

AB ANONYMO SECULI XII. SCRIPTORE ELUCUBRATA

EX VATICANO CODICE NUM. 5046. NUNC PRIMUM ERUTA

PRÆFATIONE ET ADNOTATIONIBUS

A PHILIPPO ZAZZERA

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE

PONTIFICIÆ CAPPELLÆ MAGISTRO

ILLUSTRATA

ROMÆ MDCCLXXXIV.

IN TYPOGRAPHIA SALOMONIANA

Præsidum Facultate.



PIO SEXTO

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

PHILIPPUS ZAZZERA
D. N. M. Q. E.

Instituenti mihi, BEATISSIME PATER, ineditam Sacrorum Ecclesiæ Rituum, Divinorumque Officiorum Expli-

cationem ab Anonymo seculi duodecimi Scriptore elucubratam, atque a me brevibus, pro ingenii mei tenuitate, adnotationibus illustratam publicare, ne deliberandum quidem videtur, cuinam potissimum illam ex veteri consuetudine inscribam. Etenim multis eam rationibus, iisque non aliunde quæsitis, sed ex ipsa re ductis, ad Te, PIE PONTIFEX MAXIME, pertinere intelligo. Nam primo ex Codice Vaticanæ Bibliothecæ, maxima Decessorum Tuorum cura et impensa institutæ, Tuaque singulari munificentia et liberalitate, insigni præsertim numismatum,

vitrorum, elegantissimæque supellectilis accessione locupletatæ descripta fuit. Deinde Tu mihi, ut non minus privatis singulorum, quam communibus omnium commodis provides, illius describendæ potestatem fecisti. Postremo in sacris Catholicæ Ecclesiæ cæremoniis, quarum ad Te suprema cognitio spectat, explicandis declarandisque tota versatur. Itaque Tua plane cum sit, Te, SANCTISSIME PATER, unum ex omnibus Patronum, non ambitione, sed necessario officio adducta expetit. Quid ego? An alium ipsi, præter Te, optare Patronum aut possim, aut vero

I

beam? ego, qui in Ditione
ua natus, in hac Urbe Im-
rii Tui sede disciplinis se-
rioribus divinisque literis
cultus, atque in Cantorum
appellæ Tuæ Collegium tri-
is et viginti abhinc annis
optatus, quidquid a me in
ovis doctrinæ virtutisque
nere proficiscatur, repeti
Te jure quodam Tuo posse
istimem: ego, qui om-
m observantiæ in Te meæ,
iam tantam esse, quanta
axima esse potest, Tibi cer-
persuadeas velim, publi-
testificandæ occasionem,
uæcumque tandem mihi se
jiciat, arripiendam putem:
o, qui probe noverim, ni-

hil accidere mihi gloriosius posse, quam ut liber industria qualicumque mea typis expressus, Te Auspice, in manus hominum veniat; qui ad summam Ecclesiæ dignitatem, summa Christiani orbis universi gratulatione, divinitatis instinctu provectus, et Dei in te immortali beneficio, et gravissimo Amplissimorum Patrum de vitæ Tuæ innocentia ad religionis exemplum, de scientia ad disciplinam, de rerum usu ad prudentiam, judicio ita respondisti, ac respondes, ut nulla unquam futura sit ætas, quæ de Tuis laudibus conticescat. Ne igitur Expli-

cationi, quam vulgandam suscepi, ac mihi ipsi vim faciam, et quod longe gravius est, ne Te munere Tibi tot nominibus debito, ut ut minimo, fraudem, hoc quidquid est operis ea, qua convenit, animi demissione Tibi offero, dico, consecro, majoremque in modum Te rogo, ut illud in clientelam Tuam clementer recipias. Quod si feceris, ut insita Tibi a natura humanitas, prolixa bene de omnibus merendi voluntas, et egregium præclara ingenii artisque monumenta, quæ pluribus seculis in oblivionis nocte jacuerunt, eruendi studium mihi polli-

centur, alia ex Bibliotheca eadem Vaticana Tua Tibi fortasse jucundiora, ac nostris hominibus utiliora, in his luculentum Remigii Antisiodorensis Monachi in Evangelium S. Matthæi Commentarium, cujus quidem Commentarii maximam jam partem exscripsi, eam, quæ reliqua est, Te indulgente, me exscripturum confido, atque integrum Sicardi Cremonensis Episcopi Mitrale, modo vita mihi, et facultas suppetat, ad Te afferam. Interea communibus omnium bonorum votis insistens Deum precor Optimum Maximum, ut Te ad Catholicæ Ecclesiæ

amplificationem, ad literarum bonarumque artium incrementum, ad Pontificiæ ditionis felicitatem quam diutissime sospitem, atque incolumem conservet; a Te vero, SANCTISSIME PATER, etiam atque etiam peto, ut me, qui pietate et obsequio erga Te nemini concedo, Patrocinio Tuo non indignum existimes, mihique genibus Tuis advoluto, Tuosque pedes osculanti Apostolicam benedictionem, Paternæ Tuæ in me charitatis pignus impertiaris.

PHILIPPUS ZAZZERA

LECTORI

S. P. D.

Quanta a Christianis hominibus adhibenda cura sit, ut externorum rituum, quibus Catholica Ecclesia in Sacramentis administrandis, in sanctissimo Missæ Sacrificio peragendo, atque in Divinis Officiis celebrandis utitur, vim assequantur, quivis facile existimabit, qui ad uberrimos fructus, quos accurata illorum cognitio parit, animum adverterit. Ut enim in Catechismo Romano Parte II. de Sacramentis in genere *verissime traditur* „ *quæ Sacramento efficiuntur, cæremoniæ ipsæ magis declarant, ac veluti ante oculos ponunt, et earum rerum sanctitatem in animos fidelium altius imprimunt. Deinde vero mentes illorum, qui eas intuentur, et diligenter observant, ad sublimium rerum cogitationem erigunt, fidemque in eis, et charitatem excitant.* „ *Itaque Tridentina Synodus*

Sessione XXII. de Sacrificio Missæ Cap. VIII. *mandat „ Pastoribus , et singulis curam ani-
„ marum gerentibus , ut frequenter inter Mis-
„ sarum celebrationem vel per se , vel per alios
„ ex iis , quæ in Missa leguntur , aliquid ex-
„ ponant , atque inter cetera sanctissimi hujus
„ Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus
„ præsertim Dominicis , et festis „* et Sessione XXIV. de Reformatione Cap. VII. „ *ut fi-
„ delis populus ad suscipienda Sacramenta ma-
„ jori cum reverentia , atque animi devotione
„ accedat , præcipit Episcopis omnibus , ut
„ non solum , cum hæc per se ipsos erunt po-
„ pulo administranda , prius illorum vim , et
„ usum pro suscipientium captu explicent , sed
„ etiam idem a singulis Parochis pie pruden-
„ terque , etiam lingua vernacula , si opus
„ sit , et commode fieri possit , servari stu-
„ deant . „ Quoniam vero sacrarum cæremoniarum originem , naturamque Christianæ plebi explicare nullo modo potest , qui eam cognitam perspectamque non habeat , Patres Concilii Clovechoviæ in Anglia anno* DCCLVII. *Præside S. Cutberto Cantuariensi Archiepiscopo ce-*

lebrati, *ut* Collect. Concill. Editionis Venetæ an. MDCCXXIX. Tom. VIII. col. 323. *legimus*, „ *decimo docueruut decreto* , *ut Presbyteri* „ *omne sui gradus officium legitimo ritu per* „ *omnia discant exhibere posse* : *deinde ut* „ *symbolum fidei ac Dominicam orationem*, „ *sed et sacrosancta quoque verba* , *quæ in* „ *Missæ celebratione*, *et officio Baptismi solem-* „ *niter dicuntur* , *interpretari* , *atque expo-* „ *nere posse propria lingua* , *qui nesciant* ; „ *discant* ; *nec non et ipsa sacramenta* , *quæ* „ *in Missa* , *ac Baptismate* , *vel in aliis Ec-* „ *clesiasticis Officiis visibiliter conficiuntur* , „ *quid spritualiter significent* , *et discere stu-* „ *deant* : *ne vel in ipsis intercessionibus* , *qui-* „ *bus pro populi delictis Deum exorare noscun-* „ *tur* , *vel ministerii sui officiis inveniantur* „ *quasi muti* , *et ignari* , *si non intelligant nec* „ *verborum suorum sensum* , *nec sacramenta*, „ *quibus per eos alii ad æternam proficiunt sa-* „ *lutem* . „

Cum igitur Ecclesiasticos homines , *atque illos imprimis* , *quibus credita est animarum cura* , *non vulgari* , *sed exquisita Christia-*

norum rituum notitia *præstare oporteat, ne in ipsos quoque cadant gravissima illa verba Isaiæ* Cap.xxiv. ver.2. „ *et erit sicut populus,* „ *sic et sacerdos* „ *itemque illa Christi Domini apud S. Matthæum* cap.xv. ver.14. „ *cæ-* „ *ci sunt, et duces cæcorum* „ *neve parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis; quod Judaico populo accidisse Jeremias* Trenorum cap.iv. ver.4. *querebatur, haud dubito eosdem perlubenter lecturos Opus ad hanc usque diem ineditum, quod ex MS. Codice membranaceo Vaticanæ Bibliothecæ inter Vaticanos* n.5046. *descriptum, atque adnotationibus, ubi res postulare videbatur, a me illustratum, typis, quam fieri potuit diligentissime, excudendum curavi. Quis Opus istud elucubraverit, et cur elucubraverit, ad suamne tantum, an etiam ad aliorum, Ecclesiasticorum præsertim institutionem, minime constat. Etenim Opus in Codice, ex quo sumptum est, et Titulo, et Prologo caret. Ac ne illud quidem constare arbitror, hujus Operis Auctorem Episcopalem dignitatem obtinuisse. Nam illa* num. cix. pag.202. „ *ut cum dignitatem Episcopatus Epi-*

„ *scoporum oculis demonstremus ; et digne* „ *noscamus* , quid sumus , *et quod fuimus* „ *professione , actione potius , quam nomine* „ *demonstremus* „ *Anonymine nostri sint , an ex alterius , qui Episcopus fuerit , Opere ab eodem , ut alia passim , ad verbum exscripta ; non liquet . Illud certum est , atque exploratum , Opus istud ante annum circiter* MCLXVIII. *compositum , perfectumve non fuisse . Etenim* num.CX. pag.211. *testimonium affertur ex Alexandri III. ad Episcopum Herefordiensem , ut Concilii Laterarensis III. anno* MCLXXIX. *habiti* Parte XXVI. cap.XXV. Collect. Concill. Editionis citatæ Tom. XIII. col.562. *indicatur , epistola , quæ epistola anno circiter* MCLXVIII. *in Pithoeana Editione Decretalium Gregorii IX.* lib.I. tit.XI. cap. III. *scripta existimatur . Neque vero ab Auctoris ætate ætas Codicis , de quo Opus descripsi , abest longius , ut characteris conformatio a folio præsertim quarto (nam folia priora quatuor alia manu , veteri illa quidem , sed ætatis paulo recentioris , suppleta sunt) dipthongorum omissio , et constans voces istas* conscilium , caltiamentum , collum-

pna, juditium, sollempnitas, dapnatur, vixeribus, contrictionem, quoheres, pro consilium, calceamentum, columna, judicium, solemnitas, damnatur, visceribus, contritionem, cohæres, *ut alias omittam, scribendi ratio declarat. Etenim ne Codicem Autographum censeam, facit ingens mendorum, quibus scatet, copia; quæ profecto menda in Operis Auctorem, virum nempe diu multumque in veterum Patrum lectione versatum, atque adeo doctum, conferri sine maxima injuria non possunt; quem quidem ut Seculo* XII. *provecto vixisse, atque hoc Opus elucubrasse putem, eo potissimum adducor, quod ipsum ex nullius Auctoris, qui post Alexandrum III. claruerit, scriptis profecisse animadvertam.*

Jam ad Opus ipsum quod attinet, tercentis undecim sectionibus absolvitur (nam quod in Editione CCCXII. *numerus præfixus extremæ sectioni fuerit, ex eo profectum est, quod, typorum mendo, sectioni* CXCVIII. *numero* CXCIX. *præmisso, erratum deinceps sit in numerica consequentium omnium sectionum inscriptione) in quibus ritus, qui in Templis consecrandis,*

et Sacramentis administrandis usurpari solent, explicantur, quid in Divinis Officiis, et Missæ Sacrificio singulis Dominicis ceterisque per annum diebus legatur, et cur legatur, exponitur, ac de Ecclesiæ origine, capite, membris, de præcipuis sacrarum Ædium partibus, deque imaginibus, quæ in ipsis pingi consueverunt, de Ecclesiasticis Ordinibus, et Officiis, de vestibus Pontificalibus, et Sacerdotalibus, de festis Sanctorum, qui præcipue eo tempore a Latina Ecclesia colebantur, ac demum, ne singula enumerem, de futura corporum resurrectione, de Purgatorio, de extremi judicii die, de doctrina Antichristi, et de Judæorum mensa breviter, pie, et pro seculi, quo Anonymus noster scripsit, conditione, erudite disseritur. Illud autem maxime ad hujus Operis commendationem facit, quod ejus Auctor omnia, quæ de sacris Christianorum ritibus, et de Ecclesiasticis Officiis cum Sancti Isidorus Hispalensis, Ivo Carnotensis, Bruno Signiensis, tum alii singulari doctrina viri, quorum libri vel injuria temporum interciderunt, vel adhuc in Bibliothecarum pluteis latent, literis man-

durant, maximo studio collegit, atque in Opus suum opportune transtulit. Quamobrem hoc Opus magno in pretio habitum ab hominibus rei Liturgicæ studiosis fuit, ut notationes in Codice ad pleraque loca appositæ declarant, atque ad ipsum Cl. Laurentius Zaccagnius Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus in nott. mss. ad Hiero-Lexicon Dominici Macri, quæ in eadem Biblioteca servantur, ad voces Rogationes, Stola, Virga *provocare non dubitavit.*

Unum restat, ut quid in hoc Opere edendo præstiterim, Te paucis doceam. Principio, cum in Codice, quo usus sum, ut jam monui, titulus deesset, ac de Operis Auctore non modo nihil certi haberem, sed ne suspicari quidem possem, Opus ipsum ita inscribendum judicavi: Sacrorum Ecclesiæ Rituum Divinorumque Officiorum Explicatio ab Anonymo seculi xII. Scriptore elucubrata ex Vaticano Codice num.5046. nunc primum eruta. *Præterea Veterum Patrum, eorum imprimis, qui de sacris ritibus, divinisque officiis egerunt, Opera, summa diligentia evolvi, ut quid ex singulis Anonymus noster accepisset, deprehen-*

derem. Ad hæc loca plurima Librarii vel imperitia, vel negligentia misere depravata, restitui, ita tamen ut de Codicis mendosis ipsis lectionibus Te admonuerim, ea vero, quorum corrigendorum certa mihi ratio non succurrebat, minime attigi, sed vel dumtaxat mendum notavi, vel qua ratione emendari posse mihi videretur, significavi. Demum Scriptorum Opera, ex quibus vel uberior, vel accuratior rerum, de quibus Anonymus noster disputat, notitia hauriri potest, indicavi. Tuum modo est laborem hunc meum æqui bonique facere, et me Christianæ Reipublicæ bono majora animo molientem favore tuo, et ope adjuvare. Fac ut valeas.

INDEX

NUMERORUM OPERIS

QUantum et ad Ecclesiasticæ antiquitatis notitiam præbendam, et ad hæreticorum calumnias refellendas conferant, non modo Veterum Ecclesiæ Patrum, sed etiam Scriptorum, qui Patribus proxime successerunt, Opera, in quibus Sacri Religionis nostræ Ritus explicantur, nemo plane est, qui ignoret. Itaque magna ab omnibus rei Liturgicæ studiosis habenda est gratia Sac. Theologiæ Doctori Philippo Zazzeræ, quod Opusculi ab Anonymo, qui sec. XII. provecto floruit „ *De Consecratione Ecclesiæ*, *Sacramentis*, *Divinisque Officiis* perscripti ex Vaticano Codice num.5046. eruendi, notationibus eruditis, ubicumque res postulabat, illustrandi, et hoc titulo: *Sacrorum Ecclesiæ Rituum, Divinorumque Officiorum Explicatio*, vulgandi cogitationem, curamque susceperit. Ut enim Opusculum idem, subjectasque Opusculo adnotationes, Rmi Patris Fr. Thomæ Mariæ Mamachii Ord. Præd. S.P.A.M. jussu, accuratissime perlegens animadverti, in eo cum nihil ab Orthodoxis dogmatibus, Christianaque morum disciplina alienum occurrit, tum omnia fere, quæ SS. Isidorus Hispalensis, Ivo Carnotensis, Bruno Signiensis Episcopi, aliique de Ecclesiæ cæremoniis ante commentati fuerant, in unum veluti corpus collecta, apteque disposita, modo iisdem illorum, a quibus accepta sunt, verbis, modo uberiori, vel pressiori stilo, lectorum oculis subjiciuntur, ac nonnulla, quæ illi non attigerant, enarrantur: Si quid vero Auctor, pro temporis, quo scribebat, conditione, ex minus certis monumentis protulit, hoc a præclaro Editore opportune indicatur. Quamobrem Opus ipsum publica luce dignissimum censeo. Ex Cœnobio Sanctæ Mariæ super Minervam XVI.kalendas Julias anno MDCCLXXXIII.

Fr. Thomas Maria Soldatus Ord.Præd. Sac. Theol. Magister, ejusdemque in Collegio Germanico-Hungarico Professor.

IMPRIMATUR

Si videbitur Rmo P. Mag. Sac. Pal. Apost.

F. A. Marcucci ab I. C. Patr. Const.
Ep. Montis-Alti, ac Vicesg.

IMPRIMATUR

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Prædicat.
Sac. Pal. Apost. Mag.

DIVINORUM OFFICIORUM
EXPLICATIO

NUM. I.
DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ.

De Sacramentis (1) Ecclesiæ locuturi (2), prius Sacramenta ipsa ponamus; postea vero, quid significent, prout Dominus dederit, exponamus.

A

(1) Quæ integro hoc Numero, extremo §. dempto, leguntur, Anonymus noster mutuatus est ex Opusculo S. Brunonis Astensis, Signiensium Episcopi, inscripto: *De Sacramentis Ecclesiæ, Mysteriis, atque Ecclesiasticis Ritibus*: quod quidem Opusculum extat Tom. II. Opp. ejusdem S. Brunonis Edit. Ven. MDCLI. pag. 141. seqq., et Bibliothecæ Maximæ Vet. PP. Edit. Lugdun. MDCLXXVII. Tom. XX. pag. 1725. seqq., ac Spicilegii Lucæ Acherii T. XII. Edit. Paris. MDLXXV. pag. 79. seqq., ubi inscribitur: *Expositio de Consecratione Ecclesiæ*. Ex his Editt. nonnulla loca, mendose a Codicis nostri Amanuensi exscripta, emendavimus, et varias lectiones, quæ alicujus momenti visæ sunt, excerpsimus. Epistolam tamen ad Magalonensem Episcopum, Opusculo eidem præmissam, hic iterum edendam minime duximus.

(2) Ita in Edit. Opp. S. Brunonis, et in Biblioth. PP. In Spicilegio Acherii pag. 79. Collocuturi prius ipsa „ Sacramenta ponamus, „ postea vero, quid significent, prout Dominus de„ derit exponemus „.

Quando enim Ecclesia consecratur, solus Diaconus eam ingreditur, januas claudit (1); ibidem expectat, Episcopo responsurus. Tunc Episcopus deforis aquas benedicit, non sine sale; acceptoque hyssopi fasciculo, ex aquis, quas modo sanctificaverat, Ecclesiæ parietes, ter circumeundo, aspergit. Ter quoque cum virga pastorali januas percutiens, dicit: *Tollite (2) portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*. Cui Diaconus deintus respondet, dicens: *Quis (3) est iste Rex gloriæ?* Et ille: *Dominus (4) fortis, & potens, Dominus potens in prælio*.

Post tertiam itaque percussionem, paucos ex ministris secum ducens, Ecclesiam ingreditur, cetera multitudine foris expectante. Tunc Episcopus totum Alphabetum in modum crucis bis in pavimento describit; ac deinde, sicut prius, alias aquas sanctificat, quibus non tantum sal, sed cinerem quoque miscet, & vinum: His autem Altare, & Ecclesia interius aspergitur, & consecratur. Postea vero, super Altare oleo, & chrismate fusis, lapidem ipsum Episcopus ungit. Et tunc (5) tandem ibidem reliquias ponit, at-

(1) Edit. Venet. et Lugd. *januas claudens*. Ach. *januas claudit, et ibidem etc.*

(2) Psal. XXIII. 8.

(3) Psal. eod. ver. 9.

(4) Ibidem.

(5) Hæc periocha deest in Edit. Ven. et Lugd.

que (1) componit. His autem (2) expeditis, significationem videamus.

Sed primum quaerendum est, cur aqua benedicatur, qua lapides, & parietes aspergantur: Cur etiam potius lapides, & parietes ipsi per se non benedicuntur; cur sine aqua non sanctificantur; cur eadem ipsa benedictio, quae aquae datur, lapidibus non (3) datur? Hoc totum significatio est. Audi igitur, quid Dominus dicat (4): *Nisi quis renatus fuerit*

A 2

(1) Consulito veteres Ordines a Martenio productos *de antiquis Ecclesiae Ritibus* lib. II. cap. XIII. Confer Pontificale Romanum, Prolegomenis, et Commentariis illustratum a Josepho Catalano Presbytero Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Rom. an. 1739. Par. I. Tit. I. Tom. I. pag. 32. seqq.

(2) Editt. *his igitur*.

(3) Edit. Ven. et Lugdun. „Sed prius quaerendum „est. Cur aqua benedica„tur? Quare lapides, et „parietes aspergantur, cur „etiam potius lapides, et „ipsi parietes per se non „benedicantur? cur sine „aqua non sanctificantur? „cur eadem ipsa benedi„ctio, quae aquae datur, „lapidibus non datur? „Hoc totum habet signi„ficationem„. Apud Ach. pag. 80. „Sed prius quae„rendum est, cur aqua „benedicatur, qua lapi„des, et parietes asper„guntur? Cur enim po„tius lapides ipsi, et pa„rietes prece non benedi„cuntur? cur sine aqua „non sanctificantur? Cur „eadem ipsa benedictio, „quae aquae datur, lapi„dibus non datur? Hoc „totum significatio est„. In Cod. mendose: *qua aqua datur*.

(4) Joan. III. 5.

ex aqua, *& Spiritu Sancto*, *non intrabit* (1) *in regnum Dei*. Aqua enim, quæ lavandis corporibus idonea eſt, tantam virtutem divinitus accipere meruit, ut, sicut corpora lavat a sordibus, ita & animas mundet a peccatis. Manifeſtum eſt itaque, quod hæc aqua Baptismum significat, cujus aspersione Ecclesia consecratur, & quodammodo baptizatur. Ipsa vero Ecclesia eam utique Ecclesiam designat, quæ in ea continetur, ideſt, fidelium multitudinem. Inde etiam *Ecclesia* vocatur, eo quod Ecclesiam contineat. Hæc enim figura a Grammaticis *Metonymia* dicitur, quando (2) id, quod continet, ponitur pro eo, quod continetur; quale est illud, quod in Evangelio Dominus ait (3): *Jerusalem*, *Jerusalem*, *quæ occidis Prophetas*; cum utique non ipsa Jerusalem, sed ejus habitatores Prophetas occiderint. Sic etiam dicere solemus: illa domus bona est, eo quod bonos habeat habitatores; & illa mala (4), eo quod mali homines habitent in ea. Secundum hanc igitur significationem hæc Ecclesia ex lignis, lapidibusque constructa, eam Ecclesiam designat; quæ Ecclesia lapidibus (5) ædificatur, cujus lapides non calce, sed charitate junguntur, cujus

(1) Vulg. *non potest introire in regnum Dei*.

(2) Acherius *quoniam*.

(3) Matth. xxiii. 37.

(4) Editt. addunt *est*.

(5) Editt. *ex vivis lapidibus*.

fundamentum Christus est, cujus portæ Apostoli sunt, cujus columnæ Episcopi, & Doctores (1); in qua unusquisque lapis tanto amplius rutilat, quanto fidelior, & melior est.

Quia igitur dictum est, quid aqua, quid domus significet (2), dicamus etiam, cur hæc aqua sale misceatur. Cum enim de Baptismo Salvator noster loqueretur, nullam salis fecit mentionem; non enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & ex sale (3), vel sale mista, vel aliquid hujusmodi; sed quid dixit? *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum* (4) *cælorum*. Idipsum autem & de oleo, & de chrismate dici potest; sed de his (5) alias: Interim autem de sale dicamus. Sal enim in divino eloquio frequenter pro sapientia ponitur; unde est illud (6): *Sermo vester sale sit conditus*. Et Dominus discipulis (7). *Habete id, quod sal in vobis, & pacem habete inter vos*. Itemque (8): *Vos estis sal terræ, quod si sal infatuatum* (9) *fuerit, in quo con-*

(1) Ach. *Doctores sunt*.

(2) Editt. *et quid domus significet*.

(3) In Editt. *Ex aqua salsa, vel sale mixta*

(4) Vide pag. 3. not. 4. et pag. 4. not. 1.

(5) Vide infra Num. LXXV. *De Christianizandis, & baptizandis pueris*.

(6) Coloss. IV. 6. *Serma vester semper in gratia sale sit conditus*.

(7) Marc. IX. 49. *Habete in vobis sal etc.*

(8) Matth. V. 13.

(9) Vulg. *evanuerit*. Co-

dietur? Hinc etiam, secundum legem, nulla hostia sine sale offertur, sed in omni sacrificio ponitur (1) sal; unde manifestum est, quia sal pro sapientia ponitur. Sic est enim sapientia condimentum omnium virtutum, sicut sal est condimentum omnium ciborum. Sed quæ sapientia? Non utique sapientia mundi, quæ *stultitia est* (2) *apud Deum*, sed illa sapientia, de qua Dominus ait (3): *Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis*. Sed vis videre, quæ sit ista sapientia? quam simplex, quam facilis ad discendam (4)? Veniat modo (5) aliquis ad hanc aquam, veniat nunc aliquis ad Baptismum, audiat hanc sapientiam, gustet de hoc sale; neque enim prius baptizatur aliquis, quam sale cibetur. Hoc enim omnibus notum est; ad literam dico. Infantibus ad fidem venientibus statim in ore ponitur sal (6), ut quod actum (7)

terum infatuatum legunt Codd. Cantabrig. et Clarom. S. Cyprianus, S. Hilarius, et alii. Vide Sabbatier in not. ad hunc versum.

(1) Edit. Ven., et Lugd. omittunt *sal*.

(2) 1. Corint. III. 19.

(3) Matth. XI. 25., et Luc. X. 21.

(4) Edit. Ven. et Lugd. *discendum*.

(5) Editt. *nunc*.

(6) Vide Theodulphum in libello de Ordine Baptismi cap. v. apud Menardū in nott. ad Sacramentarium S. Gregorii Magni col. 364. et quæ Menardus ad illud caput animadvertit col. 377. seqq.

(7) Edit. Ven. et Lugd. „ ut quod actu habere non

habere non possunt, saltem habeant (1) significationem Sacramenti. Interrogo igitur (2) modo aliquem hominem baptizandum (3): *Credis in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem omnium* (4) *visibilium, & invisibilium?* Dicit, *credo*. *Credis* (5) *in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, & passum?* inquit, *Credo*. *Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, Carnis resurrectionem*, (6) *& vitam æternam?* At (7) ille, *credo*. Bene instructus (8) est, sapiens (9) est, & sufficienter sale cibatus (10) est (11). Hoc est igitur sal, quod miscetur aqua, hæc sunt prima fidei rudimenta; sine his non valet (12) Baptismus. Sive enim tol-

„ possunt, habeant vel si-
„ gnificatione Sacramenti.„

(1) Ach. *habeant potius vel etc.* (2) *Igitur* deest apud Ach.

(3) Ach. *nunc baptizandum*.

(4) Ach. *Creatorem cæli, et terræ*.

(5) Edit. Ven., et Lugd. *et in Jesum*. Ach. autem *credis et etc.*

(6) Ita Editt. citt. Ach. vero addit *Remissionem peccatorum*.

(7) Ach. *ait*.

(8) Edit. Ven. et Lugd. *enutritus*.

(9) Ach. *iste sapiens etc.*

(10) *Cibatur* apud Ach.

(11) In Edit. Ven. et Lugd. desideratur *est*.

(12) Non quod validus non sit Baptismus, ubi materia, formaque a Christo Domino præscripta administretur, sed quod, si justitiæ, et salutis gratiam spectemus, frustra suscipitur ab adulto, qui præter

las aquam, sive tollas hæc verba, non est Baptismus. Hæc (1) autem dum dico, nullum præjudicium facio infantibus, & nondum intelligentibus, qui non sua, sed aliorum fide baptizantur, & salvantur. Salvantur itaque (2), sed vel prius obedierunt, vel ad ætatem venientes, fidem pro eis promissam fideliter crediderunt, & custodierunt; alioquin non valet eis Baptismatis (3) aqua, quia non est sale condita.

Dictum est itaque, quid aqua, quid sal, & quid domus dedicanda significet; nunc autem superest, ut de hyssopo dicamus, cum quo Ecclesiæ parietes supradicta (4) aqua sparguntur. Hyssopus enim naturaliter in petra nascitur. *Petra autem*, ait (5) Apostolus (6), *erat Christus*. Bona herba hyssopus,

Baptismi voluntatem, fidem, male actæ vitæ pœnitentiam, et firmum in posterum a peccatis abstinendi propositum non afferat. Adeatur Catechismus Romanus de Sacramento Baptismi n.35.seqq., et S.Thomas *Summæ Theologicæ* Part. III. q.LXVIII. art.6. seqq.

(1) Editt. *hoc*.

(2) Edit. Ven. et Lugd. „ Salvantur utique, si vel „ prius obierint, vel ad ætatem venientes, fidem pro „ eis promissam fideliter „ crediderint, et custodierint. Ach. „ baptizantur, „ et salvantur utique, si „ vel prius obierunt etc. „

(3) Nempe, etsi Baptismum susceperint, æternam vitam minime consequuntur.

(4) Edit. Venet. et Lugd. *parietes supradicti asperguntur* Ach. *cum parietes supradicta aqua sparguntur*.

(5) Ach. *ut ait*.

(6) I. Corint. x. 4.

quæ nascitur, & renascitur, & radicatur in Christo: per hanc enim, etsi tota fidelium multitudo intelligi possit; præcipue tamen illi per hyssopum figurantur, qui in Christi fide radicati, & fundati ab ejus amore divelli, & separari non possunt. Per quos, quid melius, quam Episcopos, & Presbyteros, intelligere possumus, qui quanto majorem in Ecclesia obtinent dignitatem, tanto firmius Christi fidei inhærere debent? Et per hos quidem (1) spargitur aqua, & per hos, & ab his baptizantur Christifideles. His datum est perficere Baptismatis Sacramenta.

Nec illud quidem prætereundum est, quod ter Episcopus Ecclesiam circuit, & ter parietes aqua aspergit. Apparet autem in his etiam figura Baptismatis. Audi igitur, quid suis discipulis Dominus dicat: *Ite*, inquit (2), *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hinc est igitur, quod Sacri Canones, ter (3) in aqua

(1) Ita Editt. In Cod. Amanuensis oscitantia: *Et per os, quod spargitur aqua, et ab his baptizantur Christifideles*.

(2) Matth. XXVIII. 19. ubi *Euntes ergo docete omnes etc.*

(3) Vide Chardonium in Historia Sacramentorum lib. 1. cap. XI., et Canones, ac testimonia, quæ in hanc rem proferunt Theologi, ubi de proxima Baptismi materia agunt. Ex his porro, quæ Anonymus noster, et hic ex S. Brunone, et infra de Sabbato Sancto habet, aperte eruitur, Baptismum per trinam im-

mergi præcipiunt eos, qui baptizantur. Quia itaque Ecclesia non potest mergi in aquis, ter ab Episcopo circumeunte aspergitur aqua. Vides ergo, quam bene omnia, quæ superius dicta sunt, Baptismi conveniant Sacramentis. Hinc autem illud (1) quoque videamus, quod ter cum virga pastorali Ecclesiæ januas Episcopus percutit.

Quid enim (2) virga pastoralis, nisi sermo divinus, & prædicatio Evangelica, intelligitur? Quod autem *sermo* virga vocetur, Propheta de Domino testatur, dicens (3): *Quia percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium*. Virga oris sermo est. Virga igitur januas percutere, est aures audientium prædicationis voce ferire. Aures enim portæ sunt, per quas ad corda audientium sanctæ prædicationis tuba (4) introducitur. Unde Psalmista ait (5): *Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion*. Quid est *in portis filiæ Sion*, nisi in auribus (6) fidelium?

Illud quoque non vacat a mysterio (7),

mersionem, post Alexandri III. tempora, administrari consuevisse.

(1) Ita emendavimus ex Editt. Cod. *ad illud*.

(2) Sic Editt. Cod. *quid est*.

(3) Isa. XI. 4. *Et percutiet etc.*

(4) Editt. *verba introducimus*.

(5) Psal. IX. 15.

(6) Editt. addunt *et auditu*.

(7) Cod. mendose *ministerio*.

quod ter Episcopus januas percutit. Numerus iste, & notissimus, & sanctissimus est. In omni enim dedicatione ter semper Episcopus januas percutere debet, quia sine invocatione Trinitatis nullum in Ecclesia fit Sacramentum. Percutiamus igitur Ecclesiæ januas (1), & prædicationi instemus, quatenus usque ad cordis secretarium accedere, & Christi fidem adducere valeamus.

Expositis autem omnibus, quæ in Ecclesiæ dedicatione exterius Episcopus agit, hinc etiam, quæ interius faciat, videamus. Ingressus enim in Ecclesiam bis totum Alphabetum scribit in pavimento, per quod vel utrumque Testamentum, vel duplex sacrarum Scripturarum intelligentia figuratur. In his enim paucis litteris omnis scientia continetur, quæ semel in Synagoga, & bis in Ecclesiæ pavimento scribuntur. Judæi enim unum tantummodo recipiunt Testamentum (2); quod non dupliciter, ut nos, sed simpliciter tantum, & ad solam literam interpretantur. At vero Ecclesiæ filii utrumque recipiunt, & utrumque dupliciter, idest, ad lite-

(1) Hic in Codicis margine aliena manu, sed ejusdem fere ætatis inepta hæc adnotatio scripta legitur „ Per Diaconem intel„ ligitur Diabolus, qui „ transfiguravit se in An„ gelum lucis „.

(2) Acherius *tantummodo Vetus recipiunt Testamentum*.

ram, & spiritualiter intelligimus. Bis igitur in pavimento pectoris nostri Alphabetum scribitur, si utrumque Testamentum suscipimus, & utrumque dupliciter intelligimus. Hinc est enim, quod illa animalia *immunda* dicuntur, quæ neque ruminant, neque ungulam findunt (1); illa enim animalia, quæ ruminant: notum est valde, quod dico, bis unum (2), eumdemque cibum comedunt.

Cibus animæ, est lectio sacra: hanc autem bis comedimus (3), quia semel ad literam, & iterum spiritualiter eam exponimus, & intelligimus. Ungulam quoque findere, est eamdem Scripturam dupliciter interpretari. Quæ *ungula* quomodo (4) *ungula* dicitur? Quia in via bonorum operum pedes nostros firmat, & munit.

Sed quid est, quod non in directum; sed in obliquum, in modum crucis eæ literæ scribuntur, nisi quia ad hanc sanctarum Scri-

(1) S. Augustinus contra Faustum Manichæum Lib.xvI.cap.xxx.Tom.vIII. Edit. Venet. MDCCXXXIII. col. 302. *seq.* „ Fidei „ Catholicæ non conveni- „ tis, quia nec ruminatis „ verbum sapientiæ,et duo „ Testamenta, Vetus, et „ Novum non concorditer „ distinguentes, tamquam „ geminam ungulam non „ habetis. „

(2) Ach. *bene unum*, *eumdemque etc.* Edit. Ven. et Lugd. *bis eumdem etc.*

(3) Ita Edit. Ven. et Lugd. Ach. *bene comedimus*. Cod. *bis comedunt*.

(4) Editt.*quæ ideo quidem ungula dicitur*.

pturarum intelligentiam pertingere non valet, qui Crucis mysterium non recipit, & Christi passione non se credit esse salvatum? Soli enim Christiani hanc tantum intelligentiam habent, qui crucis signaculo insigniti sunt; quibus *vicit leo* (1) *de tribu Juda radix David aperire librum, & solvere septem signacula ejus*. In Christi namque passione velum templi scissum est, quia tunc et Scripturæ apertæ sunt, & revelata Sanctorum corpora (2). Cetera videamus.

Post hæc autem Episcopus aliam iterum aquam benedicit, cui non tantum sal, sicut priori, de qua superius diximus, sed vinum quoque, & cinerem miscet. Hæc autem aqua Spiritum Sanctum significat, sine cujus afflatione nihil unquam sanctificatur; sine cujus gratia non fit remissio peccatorum. Quod autem Spiritus Sanctus *aqua* vocetur, ipsa veritas ostendit, dicens (3): *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Quod quid significet, mox Evangelista exponens, ait (4): *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*. Aqua igitur Spiritus Sanctus. Et vide ordinem Sacramenti: Exterius aqua, interius Spiritu Ecclesia consecratur. Hoc

(1) Apocalyp. v. 5.
(2) Editt. *et relevata sunt Sancta Sanctorum*.
(3) Joan. vII. 38.
(4) Ibid. ver. 39.

est enim, quod Dominus ait (1) : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu Sancto* . Ecce aqua, ecce Spiritus . In Baptismatis igitur Sacramento nec aqua sine Spiritu,nec Spiritus sine aqua. Quod idem (2) ipse Spiritus significabat, qui in prima mundi creatione *ferebatur super aquas* . Hac igitur aqua , et Spiritu Altare , et totum interius templum aspergitur .

De sale autem, quod ei additur , superius dictum est ; diximus enim , quod prima fidei rudimenta significet .

Poterant ista sola sufficere ad Baptismi Sacramentum , et Ecclesiæ Consecrationem , sed Sancti Patres nostri , qui Spiritu Dei ista constituerant , voluerunt nobis satisfacere , non solum in his , quæ pertinent ad virtutem Sacramenti , verum etiam in illis (3) , quæ pertinent ad significationem . Sufficit enim aqua , & Spiritus ad Baptismi perfectionem ; cetera vero , quæ his adduntur , ad significationem pertinent . Non enim oleum, vel chrisma habuit Philippus Apostolus , qui (4) Eunuchum (5) baptizavit . Hæc tamen jam nunc prætermittenda non sunt, quæ ad significandum aliquid , Sanctorum diligenti dispositione , addita sunt (6) .

(1) Joan. III. 5.
(2) Editt. *qui quidem etc.*
(3) Ita Editt. Cod. *intelligere* . (4) Editt. *quando* .
(5) Act. Apost. cap.VIII. ver.36. seqq.
(6) Concil. Trid.Sess.VII. de Sacramentis Can. XIII.

Dicamus igitur, quid vinum significet. Vinum enim in hoc loco majorem, et spiritualem divinæ legis intelligentiam designat. Unde ad nuptias (1) vocatus Salvator noster in vinum aquas convertit, quatenus majori intelligentia eos (2) erudiret*, & spiritualis, novæque doctrinæ nectare satiaret. Divina namque Scriptura, ad literam intellecta, aqua est sine sapore, & jucunditate; quæ, si spiritualiter intelligatur, vinum fit, et quidem (3) miri saporis, magnæque suavitatis, quod enim interest inter aquam, & vinum, hoc interest inter literam, et Spiritum. Unde Apostolus (4): *Littera autem occidit, Spiritus autem vivificat*. Hoc autem vinum Psalmista nobis promittens, ait (5): *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Itemque (6): *Et calix tuus* (7) *inebrians quam præclarus*

„ Si quis dixerit, receptos, „ et approbatos Ecclesiæ „ Catholicæ Ritus, in so„ lemni Sacramentorum „ administratione adhiberi „ consuetos, aut contemni, „ aut sine peccato a mini„ stris pro libito omitti, aut „ in novos alios per quem„ cumque Ecclesiæ Pasto„ rem mutari posse, ana„ thema sit. „

(1) Joan. cap. II. vers. 2. seqq.

(2) Editt. *nos*

(3) Sic Editt. Cod. *et quam miri saporis*.

(4) II. Ad Corint. III. 6. ubi *Littera enim occidit etc.*

(5) Psal. XXXV. 9.

(6) Psal. XXII. 5.

(7) Sic legit Augustinus in Psal. XXXV. num. 14.

est. Et iterum (1): *Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix Domini* (2) *vini meri plenus mixto*. Humiliat (3) Dominus Judæum, exaltat Gentilem. Quare? Quia ille literam sequitur (4), quæ occidit; hic merum vinum, & spiritualem intelligentiam bibit (5). Unde Psalmista (6): *Fiat*, inquit, *mensa eorum coram ipsis in laqueum, & a retributione* (7) *in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva*. Hæc etenim mensa Divina Scriptura est, de cujus deliciis animæ nutriuntur, de quibus quodcumque animal comederit, vel biberit, nisi ruminaverit, non vivet.

Bonum est igitur hoc vinum, sed illis bonum, qui bene, et fideliter eo utuntur. Ad hoc enim bibendum in Canticis Canticorum ipse Dominus nos invitat, dicens (8): *Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum vigilat*. Nunc (9) igitur, nos inebriari, Dominus jubet, cum alibi de ebrietate fugienda dicat (10):

Tom. IV. Opp. col. 254. Vulg. vero. *Et calix meus inebrians etc.*

(1) Psal. LXXIV. 8. 9.

(2) Vulg. *in manu Domini.*

(3) Editt. addunt *enim*.

(4) Ach. *servavit*.

(5) Sic Editt. Cod. *recipere nolunt*.

(6) Psal. LXVIII. 23. 24.

(7) Vulg. *et in retributiones, et in scandalum*.

(8) Cant. V. 1. 2. ubi *Comedite amici, et inebriamini etc.*

(9) Edit. Ven. et Lugd. *tunc*.

(10) Lucæ XXI. 34.

Videte, ne corda vestra graventur in crapula, & ebrietate. Est igitur bona, & mala ebrietas; neque enim potest esse non bonum (1), quod Dominus jubet; iterum (2) non potest esse non malum, quod Dominus prohibet. Bona enim est ebrietas mentis, mala est ebrietas (3) ventris. Et de vino quidem, quid significet, sufficienter dictum est; restat nunc, ut de cinere dicamus.

Sed quid cinis, nisi pœnitentia? Sedere namque in cinere, & cilicio indui, pœnitentium est. Hinc est enim, quod de Ninivitis pœnitentibus dicitur (4), quia rex ipse *surrexit de solio suo, & indutus est sacco, & sedit in cinere*. Hinc & David (5): *Quia cinerem, tamquam panem manducabam, & potum* (6) *cum fletu miscebam*. Hinc & Abraham (7): *Loquar*, inquit (8) *ad Dominum meum, cum* (9) *sim cinis, & pulvis*. Hinc &

(1) Edit. Ven. et Lugd. *neque potest esse, nisi bonum*.

(2) Ita Editt. Cod. *alterum*. Deinde Editt. *non potest esse, nisi malum*.

(3) Hæc ab Edit. Venet. et Lugd. absunt.

(4) Jonæ III. 6. *Et pervenit verbum ad Regem Ninive, et surrexit de solio suo, et abjecit vestimentum suum a se, et indutus etc.*

(5) Psal. CI. 10.

(6) Vulg. *et potum meum etc.*

(7) Genes. XVIII. 27.

(8) Edit. Ven., et Lugd. demunt *inquit*.

(9) Vulg. *dum*.

peccanti homini dicitur (1) : *Quid superbis* (2) ? Babyloniæ quoque per Prophetam Dominus loquitur (3) : *Descende*, inquit, *in pulvere sede, Virgo, filia Babylonis, non est solium ultra tibi*. Unde et consuetudo in Ecclesia inolevit, ut per singulos annos in initio Quadragesimæ (4) capita nobis cinere aspergamus. His autem, & similibus facile ostenditur, quia per cinerem pœnitentia designatur.

Quia igitur dictum est, quid aqua, quid sal, quid vinum, & quid cinis significet, dicamus modo, quare simul misceantur, ut eorum aspersione Ecclesia consecretur. Puto enim, quod sine his, si vel unum defuerit (5), populus Dei (6), quod est Ecclesia, neque sanctificatur, neque solvitur a peccatis. Et de aqua quidem (7) manifestum est, quia *Nisi* (8) *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei* (9). De sale quoque nullum (10) dubium est, quia

(1) Eccli. x. 9. *Quid superbit terra, et cinis ?*

(2) Edit. Ven. et Lugd. addunt *terra, et cinis*.

(3) Isa. LVII. 1. *Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon, sede in terra : non est solium filiæ Chaldæorum, quia ultra non vocaberis mollis, et tenera*.

(4) Vide infra Num. CXII. *de Capite Jejunii*.

(5) Ach. *defecerit*.

(6) Edit. Ven. et Lugd. *Domini*.

(7) Editt. *quidem*. Cod. *quid*. (8) Vide pag. 3. not. 4.

(9) Edit. Ven. et Lugd. *cælorum*.

(10) Editt. *non dubium*,

sine fidei condimento, quod in sale significatur, nemo unquam salvari poterit, etiamsi aqua Baptismatis aspergatur. Sed quid dicam de vino, per quod spiritualis intelligentia designatur? Quo (1) qui aspersus non fuerit, idest, quicumque, vel de eo non biberit, vel propinantibus non crediderit, ad vitæ æternæ beatitudinem non pervenit. Cineris quoque aspersio, per quam pœnitentia intelligitur, tam necessaria est, ut sine ea non fiat remissio peccatorum: per ipsam enim venitur ad (2) Baptismum. Ipsa (3) est unicum, & singulare refugium peccatoribus post Baptismum. Unde & non immerito *Baptismus* vocatur, dicente Domino de Joanne, quia *venit* (4) *in universam regionem Galileæ* (5), *prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*. Dicebat enim (6) *Pœnitentiam agite, appropinquavit* (7) *enim regnum cælo-*

(1) Acherius ita. Edit. Ven. et Lugd. „ quo qui „ aspersus fuerit, quicum„ que de eo non biberit, vel „ propinantibus non credi„ derit, ad vitæ æternæ etc. „ Cod. „ Quomodo? quia „ spiritus non fuerit, idest, „ quicumque de eo, vel „ non propinaverit, non „ crediderit, ad vitæ æ„ ternæ beatitudinem non „ pervenit. „

(2) Vide S. Thomam III. Part. Quæst. LXVIII. art. IV. et VI., et Catechismum Romanum de Sacramento Baptismi num. 40.

(3) Hæc periodus deest apud Ach.

(4) Luc. III. 3.

(5) Vulg. *Jordanis*.

(6) Matth. III. 2.

(7) Cod. *Appropinquabit* pro *appropinquavit*; nam

rum . Sic cœpit prædicatio Joannis . sic cœpit prædicatio Christi .

In his autem omnibus soli parvuli excipiuntur , & ceteri , qui intelligentiam non habent . Hæc eſt igitur causa , quare hæc omnia , ideſt , aqua , & sal , vinum , & cinis simul misceantur ; quia , ut diximus , si vel unum defuerit , parum vel (1) cetera prosunt .

Quibus ita permixtis , accedit Episcopus ad Altare, & accepto fasciculo hyssopi, ex (2) supradicta aqua aspergit , atque santificat Ecclesiam , & Altare . Sed quid Altare in templo significat (3) ? Apostolus enim dicit (4) *Templum Dei sanctum est* , (5) *quod estis vos* . Si ergo templum Dei sumus , et Altare habemus, Altare nostrum cor nostrum est: Hoc (6) enim cor in homine , quod est Altare in templo . In hoc enim Altare fit sacrificium laudis (7) , & jubilationis ; unde Psalmista (8): *Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor con-*

veteres *b.* pro *v.* non raro usurpabant , sicuti etiam *e* pro *i* , quarum literarum promiscuus usus in antiquis Codd. sæpissime occurrit .

(1) Edit. Ven. et Lugd. mendose *parvulis nihil etc.* Cod. *parum* , *vel nihil cetera prosunt* .

(2) Editt. citt. perpetam *hæc* .

(3) Ita Editt. Cod. *Sed quomodo Altare significatur in templo ?*

(4) 1. Cor. III. 17.

(5) Edit. Ven. et Lugd. *templum Dei....et quod etc.* Ach. *templum enim etc.*

(6) Editt. *Hoc est enim* .

(7) Ach. *tribulationis* , *et laudis* .

(8) Psal. L. 19.

tritum, & humiliatum Deus non spernet (1). In hoc Altari fit commemoratio corporis, & sanguinis Christi. Hinc preces ascendunt in cælum, quia ad cor respicit Deus. Hoc igitur Altare aspergitur aqua, quando corda hominum evangelica prædicatione mundantur a peccatis. Nam prædicatio (2) aqua est, secundum illud (3): *Omnes sitientes venite ad aquas*. Itemque (4): *Aqua profunda verba ex ore viri*. Et iterum (5): *Expectetur, sicut pluvia* (6), *eloquium meum*. Hac igitur aqua, idest, Evangelica prædicatione, & Sancti Spiritus sanctificatione, & cordis Altare, & totus homo mundatur, & sanctificatur. Ecce Altare aspersum est, aquis baptizatum est.

Restat igitur, ut confirmetur, & chrismate liniatur. Hoc enim in hominibus (7) ipsis fieri videmus; (8) prius enim baptizantur, & (9) chrismate confirmantur.

(1) Antiqua Versio apud Sabbatier Tom. II. par. I. pag. 105.: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contribulatum, et humiliatum, Deus non spernet*. Vulg. autem: *cor contritum, et humiliatum Deus non despicies*.

(2) Editt. *et prædicatio*.

(3) Isa. LV. 1.

(4) Prov. XVIII. 4.

(5) Deuteron. XXXII. 2.

(6) Ita ex versione LXX. Vulg. *fluat ut ros eloquium meum*.

(7) Sic Editt. Cod. *in nobis ipsis etc.*

(8) Proxima verba apud Acherium desiderantur.

(9) Edit. Ven. et Lugd. *et sic postea chrismate etc.*

Dicamus igitur, quid Oleum, & Chrisma significet; non enim sine causa jam baptizati, & a peccatorum sorde mundati, Oleo unguntur, & Chrismate. Oleum enim misericordiam designat, quam qui non habet, idipsum amittit (1), quod baptizatus (2) est; unde ipsa Veritas ait (3): *Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra*. Hinc est, quod servus ille damnatur (4), qui centum denarios conservo suo dimittere noluit, dicente Domino (5): *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum?* Bene autem oleum misericordiam significat, quia, sicut oleum in liquoribus, ita et misericordia in bonis operibus superior est; quemcumque enim liquorem in oleum fundas, oleum semper desuper natat.

De misericordia quoque scriptum est (6): *Suavis Dominus universis, & miserationes ejus* (7) *super omnia opera ejus. Superexaltat* (8)

(1) Editt. citt. *amisit*.
(2) Editt. *baptizatus*. Cod. *baptizatum*. Dicitur autem, amittere *quod baptizatus est*, qui misericordiam non habet, quia perceptam in Baptismate gratiam amittit.
(3) Matth. VI. 15.
(4) Edit. Ven. et Lugd. *damnatus*.
(5) Matth. XVIII. 32. 33.
(6) Psal. CXLIV. 9.
(7) Edit. Ven. et Lugd. *et misericordia ejus*.
(8) Jacob. II. 13.

enim misericordiam judicium(1) Hinc est etiam, quod Dominus ait (2): *Misericordiam volo, & non sacrificium*. Multa sunt, quæ de misericordia dici possunt; siquidem: *Misericordia* (3) *Domini plena est terra*. *Sed* (4) *quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini*? Hac igitur ungatur, hoc oleo liniatur Altare cordis nostri, ut semper misericordiæ memores, aquæ aspersionem, & Baptismi regenerationem non amittamus (5). Quid enim prodest, quod hyssopo aspersi, et (6) a Sacerdotibus baptizati sumus, si Pater noster, qui in cælis est, non dimittit (7) nobis peccata nostra? Semper (8) igitur misericordiæ oleo natent corda, quatenus dimittantur nobis peccata nostra. Hæc autem de Oleo: cui si balsamum addatur, fit Chrisma; quo modo (9) Reges unguntur, & Sacerdotes. Balsamum enim tunc jungitur (10) oleo,

(1) Editt. citt. *Judicio*. Vulg. *Superexaltat autem misericordiam judicium*:

(2) Matth. IX. 13. et XII. 7.

(3) Psal. XXXII. 5.

(4) Psalm. CVI. 43.

(5) Edit. Ven. et Lugd. *dimittamus*; Ach. *amitteremus*.

(6) *Et* ab Edit. Ven. et Lugd. deest.

(7) Editt. *dimiserit*.

(8) Hæc periocha usque ad *hæc autem de oleo* desideratur apud Ach. Edit. autem Ven. et Lugd. *semper igitur in misericordiæ oleo natent corda nostra etc.* Cod. *natant*.

(9) Editt. *Quo reges etc.*

(10) Ach. *Balsamum conjungitur oleo*.

niam (1) bonus odor additur misericordiæ. quid (2) est bonus odor? Lætitia spiritua- & bona voluntas; unde Apostolus ait (3): *miseretur in hilaritate*: et *Hilarem* (4) *rem diligit Deus*. Tali enim Chrismate untur Christiani, ut (5) vero nomine vo- tur Christiani; quoniam Christiani a Chri- Christus a Chrismate dicitur. Ille enim tali ismate unctus est, qui vitæ honestate, & me- sanctæ conversationis circumquaque suæ æ spargit odorem. Unde Apostolus (6): *isti*, inquit (7), *bonus odor sumus Deo*, (8) *odorem notitiæ suæ manifestat per nos mni loco*.

Sic igitur Ecclesia consecratur, sic Dei (9) ulus innovatur, benedicitur, et sancti- tur.

Duodecim enim Apostoli sunt duodecim ɪi, quorum doctrina fugatæ sunt tenebræ, rum (10) prædicatione illuminatus est ndus. Lapis Altaris non solum Christum,

Edit. Ven. et Lugd. *do*.

Ach. *quis*. Edit. Ven. .ugd. *quid est bonus* ? Cod, *sed quidem*.

Rom. xɪI. 8. Cod. *l miseretur etc.*

ɪI. Corint. ɪx. 7., *Hi- n enim datorem etc.*

(5) Periodus hæc non legitur apud Ach.

(6) ɪI. Cor. ɪI. 15.

(7) Ach. *enim*

(8) Loc. cit. ver. 14.

(9) Ita in Editt. legitur. Cod. autem *omnis*.

(10) Edit. Ven. et Lugd. *quorumque*.

sed Christi quoque membra significat, de quo lapide scriptum est (1): *Erexit Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper*. De quo (2) Psalmista (3): *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Dilexisti* (4) *justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Ergo non solum ipse, sed & consortes ejus (5) per ipsum oleo lætitiæ uncti sunt. Unde manifestum est, quia in illo lapide, & ipse significatur, & membra ipsius.

Quia vero Sanctorum reliquiæ in Altari (6) ponuntur, altare quoque cordis nostri

(1) Genes. xxviii. 18. *Surgens Jacob mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper*.

(2) Ach. *de quo lapide*. Edit. Ven., et Lugd. *de quo et Psalmista*.

(3) Psal. xliv. 3.

(4) Ibid. ver. 8.

(5) Ita Editt. Cod. *etiam*.

(6) De Sanctorum reliquiis in Altari, cum consecratur, recondendis, omnes Rei Liturgicæ Scriptores agunt, ex quibus legi possunt Martenius *de antiquis Ecclesiæ Ritibus* lib. II. cap. xiii. num. 8. seqq. Benedictus XIV. *de Sacrificio Missæ* lib. II. cap. III. num. 8., alii. Quin etiam antiquitus in plerisque Ecclesiis, Romana præsertim, mos viguit, ut Hostia consecrata, vel tres ejus portiones, sive cum Sanctorum reliquiis, sive earum vice in Capsula conderentur, teste Durando, præ ceteris, qui in *Rationali de Altaris Consecratione* cap. vii. num. 23. inquit: „ „ Sane sine Sanctorum reliquiis, aut, ubi illæ ha-

sine Sanctorum reliquiis esse non debet; Sanctorum namque reliquias in corde gestamus, si eos semper in mente habemus; si eorum dicta, & exempla tenemus, & eorum verba memoriæ commendamus. Beata illa altaria (1), beata illa corda, quæ tales reliquias suscipere meruerunt. Quantas nobis reliquias Beatus Paulus reliquit: quantas & alii Sancti reliquerunt, quibus (2) utinam nostri cordis altare impleatur (3).

In Tabula enim reliquiæ includuntur, & lapis superponitur; quod significatum est in sepulchro Domini, eodem lapide exciso, ubi, corpore posito, lapis est superpositus. Non ergo sanctificetur Altare, nisi (4) lapideum. Lapis significat Christum; unde in passione Altaria discooperiuntur; quia, fugientibus discipulis, solus Christus remansit. Hæc autem de Consecratione dicta sufficiant.

„ beri non possunt, sine „ corpore Christi, non fit „ consecratio Altaris fixi. „ De consec. dist. 1. de fa- „ bric.etc. placuit. Sed via- „ tici, vel portatilis. Sic „ eadem distinct. Concedimus. „ Adeatur Martenius loc. cit. num. 11.

(1) Hæc periocha non habetur apud Ach.

(2) Hæc quoque verba apud Ach. desunt.

(3) Edit. Ven. et Lugd. addunt, *et condiatur*.

(4) Can. XXXI. *Altaria*. De Consecrat. dist. 1.

II.

QUO TEMPORE ECCLESIA CŒPIT ESSE.

Ecclesia domus Dei est ab æterno; unde Apostolus (1): *Nos elegit Dominus ante mundi constructionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu ejus*. Et hoc sola prædestinatione; ante mundi finem sola vocatione; unde Apostolus (2): *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit*. Hujus fundamentum Christus est; unde Apostolus (3): *Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi id, quod positum est; quod est Christus Jesus*. Et Prophetæ, & Apostoli fundamentum sunt; unde Psalmista (4) *Fundamenta ejus in Montibus Sanctis*. Item Apostolus (5): *Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*. Muri ejus sunt Sancti; unde illud (6): *Lapides pretiosi muri tui*. Quorum paries unus de Judæis est; unde illud (7): *Sedete in civitate, donec induamini virtutem* (8) *ex alto*. Alter vero paries est de Gen-

(1) Ephes. I. 4. *Sicut elegit nos in ipso ..... ante mundi constitutionem etc.*

(2) Rom. VIII. 30.

(3) I. Corint. III. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id. etc.*

(4) Psal. LXXXVI. 1.

(5) Ephes. II. 20.

(6) Apoc. XXI. 18. seq.

(7) Luc. XXIV. 49.

(8) Sic Auctor lib. de promiss. c. XXX. apud Sabbatier in not. ad hunc ver. Vulgata: *Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute etc.*

tibus, ut illud (1): *Potens est Dominus de lapidibus istis suscitare vobis filios Abrahaæ*. Tectum vero quotidie impletur in numero Sanctorum, ut illud (2): *Sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum*.

III.

De eodem

In principio mundi lapides cœperunt eruderari, scilicet Patriarchæ, & Prophetæ, & alii electi. In Christi incarnatione fuit positum fundamentum. In electione discipulorum unus paries est electus; Unde in Actibus Apostolorum legitur (3): *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una*: Alter ex Judæis: Tertius ex Gentibus; unde Dominus ait (4): *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili*. Quartus autem in fine de Judæis addetur; unde illud (5): *Reliquiæ Israel salvæ fient*. Et tunc domus fiet consummatio, et dedicatio, superaddito tecto æternæ beatitudinis.

(1) Matth. III. 9. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare vobis etc.*

(2) Apoc. VI. 11. *Et dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.*

(3) Act. IV. 32.

(4) Joan. X. 16.

(5) Rom. IX. 27. *Si fuerit numerus filiorum Israel, tamquam arena maris, reliquiæ salvæ fient.*

IV.
De eodem

Ecclesia multipliciter spargitur (1). Dicitur Ecclesia congregatio fidelium; unde est illud (2): *Petrus autem servabatur in carcere, oratio autem fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo*. Dicitur etiam ipsa fabrica manufacta, quæ per Episcopum consecratur. Et dicitur congregatio infidelium; unde Psalmista (3): *Odivi Ecclesiam malignantium*: Et hæc est Synagoga *Congregatio infidelium*: & dicitur *Synagoga*, idest, sine agone, hoc est, sine certamine diaboli, non pugnantes contra diabolum. Omnis enim Ecclesia (4), congrega-

(1) Forte *sumitur*.

(2) Act.XII. 5. *Et Petrus quidem servabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione etc.*

(3) Psal.XXV. 5.

(4) S.Augustinus in Joannis Evang. cap.III.Tr.XIII. num.12. Tom.III. Par.II. col.396. „ Omnis Ecclesia „ *Virgo* appellata est. Di„ versa esse membra Ec„ clesiæ,diversis donis pol„ lere videtis, atque gau„ dere. Alii conjugati, aliæ „ conjugatæ, alii viduati „ uxores ultra non quæ„ runt, aliæ viduatæ ma„ ritos ultra non quærunt, „ alii integritatem ab ine„ unte ætate conservant, „ aliæ virginitatem suam „ Deo voverunt. Diversa „ sunt munera, sed omnes „ isti una Virgo est. Ubi „ est ista virginitas? Non „ enim in corpore. Pauca„ rum feminarum est, Et, „ si dici virginitas in viris „ potest, paucorum viro„ rum sancta integritas „ etiam corporis est in Ec„ clesia : et honorabilius „ membrum est, Alia au-

tio videlicet fidelium, *Virgo* appellata est. Divisa itaque sunt membra Ecclesiæ, divisis nihilominus donis pollent, atque gaudent. Sunt igitur alii conjugati (1), aliæ conjugatæ, alii viduati uxoribus, aliæ viduatæ maritis. Alii integritatem ab ineunte ætate conservant, aliæ virginitatem suam Deo devovere. Divisa sunt munera, sed omnes isti una virgo est. Quod Apostolus evidenter ostendit, cum prius pluraliter dicit (2): *Desponsdi enim vos uni viro*: deinde singulariter subjungit: *Virginem castam exhibere Christo*. Sed solerter intuendum est, ubi sit ista virginitas, in corpore, an potius in mente. Sed sciendum est, quia, si hæc virginitas, de qua loquitur Apostolus, corporis tantum fore intelligitur, paucorum proculdubio est, sive ad viros, sive ad feminas referatur. Mentis ergo est maxime ista intelligenda virginitas. Quæ est igitur mentis virginitas?

„ tem membra non in corpore, sed omnia in mente servant virginitatem. „ Quæ est VIRGINITAS „ MENTIS? Integra fides, „ solida spes, sincera charitas „. Idem Ennarrat. in Ps.CXLVII. n.10. T.IV. col.1657. „ *Desponsavi vos* „ *uni viro, virginem castam* „ *exhibere Christo*: Paucorum est virginitas in carne, omnium debet esse „ in corde. Virginitas carnis corpus intactum, virginitas cordis fides incorrupta „.

(1) Cod. *Congregati*. Mendum ex S. Augustini textu emendavimus.

(2) II. Cor. XI. 2.

Integra fides, solida spes, sincera charitas. Quapropter ille dumtaxat veraciter servat virginitatem corporis, qui inviolatam custodit virginitatem mentis. Ceterum frustra est virgo corpore, qui virgo non manet in mente. Quapropter sciendum est, quia variæ sunt gratiarum donationes in Ecclesia; unde Apostolus (1): *Habentes*, inquit, *donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes*. Sed sciendum est, quia licet aliud habeat ille, & aliud iste; & quod habet iste, non habeat ille, una tamen est in omnibus Ecclesia; quoniam concordia unum efficit corpus; unde Apostolus (2): *Multi*, inquit, *unum corpus sumus in Christo Jesu*. Hanc unitatem matris Ecclesiæ, quæ per orbem terrarum diffusa est, nituntur conscindere, qui seorsum partes faciunt; ideoque merito ab ejusdem unitate repelluntur. Hanc nimirum Ecclesiæ unitatem illa sacra Dominica tunica præfigurabat, quæ inconsutilis, ac desuper texta fuisse perhibetur.

Sed illud sciendum est, quod miraculorum patratio non attinet ad unitatem (3)

(1) Rom. xII. 6. *Habentes autem etc.*

(2) Ibib. ver. 5. *multi etc. sumus in Christo*.

(3) S. Augustinus Tract. cit. num. 17. col. 399. „Teneamus ergo unitatem, „fratres mei: præter unitatem et qui facit mira„cula, nihil est. In uni„tate enim erat populus „Israel, et non faciebat

Ecclesiæ, neque ostendit unitatem. Principaliter namque Israel in unitate erat, & tamen

„ miracula: præter unitatem erant Magi Pharaonis, et faciebant similia Moysi. Populus Israel, ut dixi, non faciebat. Qui erant salvi apud Deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus Apostolus resuscitavit mortuum: Simon Magus fecit multa. Erant ibi quidam Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed unde gaudebant? Quia nomina eorum erant scripta in cælo.... Petrus dæmonia exclusit, nescio, quæ anicula vidua, nescio, quis homo qualiscumque laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei, non facit hoc. Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus; in eo tamen corpore est, in quo et Petrus: Et si minus valet digitus, quam oculus, non est tamen præcisus a corpore. Melius est esse digitum, et esse in corpore, quam esse oculum, et evelli de corpore.„ Ceterum S. Augustinus ut animadvertit Ven. Cardinalis Bellarminus de *Ecclesia militante* lib. IV. cap. XIV. Tom II. pag. 105. contrario modo loquitur„. In lib. cont. Epist. fundamenti, cap. IV. et V. ubi dicit, Ecclesiam demonstrari ex miraculis, non ex Scripturis, immo Scripturas demonstrari ex Ecclesia. Ne igitur secum pugnet, dicendum est, in utroque loco eum loqui ex hypothesi. Quia enim Manichæi admittebant miracula, et negabant Scripturas (nam veterem dicebant esse a Diabolo, novam dicebant esse totam corruptam a falsariis), Augustinus in lib. contra Epist. fundamenti Manichæorum, ex miraculis demonstrat Ecclesiam, deinde ex Ecclesia demonstrat Scripturam. Sed

men miracula non faciebat : E contra Magi Pharaonis præter unitatem erant , & Moysi tamen similia faciebant . Sed illi soli salvi erant , qui in unitate manebant . Petrus Apostolus mortuum resuscitavit : Simon Magus multa fecit . Erant denique ibi multi Christiani , qui neque hoc poterant facere , quod fecit Petrus , neque hoc , quod fecit Simon ,

„ quia Donatistæ credebant Scripturæ tam veteri , quam novæ , et jactabant suas visiones , contemnentes miracula Ecclesiæ , ideo Augustinus contra Donatistas alia via procedit , et ex Scripturis demonstrat Eeclesiam, deinde per Ecclesiam vult judicari de miraculis. Est autem observandum , recte demonstrari ex miraculis Ecclesiam , et ex Ecclesia miracula , sed diverso genere demonstrationis : quemadmodum ex effectu demonstratur causa, et ex causa effectus . Nam ex miraculis demonstratur Ecclesia , non quoad evidentiam , vel certitudinem rei , sed quoad evidentiam, et certitudinem credibilitatis . Cujus rei ratio est , quia ante approbationem Ecclesiæ non est evidens , aut certum certitudine fidei de ullo miraculo , quod sit verum miraculum ; tamen est tale , ut evidenter faciat rem credibilem . Et quidem , quod non sit evidens , patet , quia tunc fides esset evidens ; quod non sit certum certitudine fidei, patet , quia non constat nobis certitudine , cui non possit subesse falsum , illam non esse illusionem Dæmonis . Dæmon enim, etsi non potest facere vere miracula , tamen potest facere apparenter etiam maxima quæque „ .

sed tamen gaudebant, quia in unitate corporis manebant, & nomina eorum scripta erant in cælo. Deinde Petrus multa dæmonia exclusit, multaque alia fecit; atque magnus Ecclesiæ oculus fuit. Plures etenim extitere fideles, qui, etsi nullum signum fecerunt, in corpore tamen manserunt. Simon itaque Magus, licet multa fecerit, suisque ingens oculis paruerit, in corporis tamen unitate nec ultimum quidem membrum fuit.

Quod autem nonnulli miracula patrantes in unitate corporis Ecclesiæ minime sint, Dominus in Evangelio ostendit, dicens (1): *Surgent Pseudochristi, & Pseudoprophetæ.*

In hac enim Ecclesia tres sunt ordines fidelium, Conjugatorum videlicet, Continentium, & Prædicatorum. Et hæc Ecclesia quotidie variis adversitatibus fatigatur, a Paganis scilicet exterius, a fratribus siquidem interius: extrinsecus apertis persecutionibus Paganorum, intrinsecus autem occultis seditionibus fratrum simulatorum. Sed in quantum premitur, & pulsatur, in tantum prævalet, & augescit, & decora efficitur. Unde ipsa in Cantico amoris loquitur, dicens (2): *Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem.* Nigra quidem, & vilis in oculis persequentium appareo, sed ante Domi-

(1) Matth. xxiv. 24. (2) Cantic. I. 4.

num veritatis confessione gloriosa refulgeo. Et in Apocalypsi dicitur de ea (1): *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus; & in capite ejus corona stellarum duodecim*. Hæc enim mulier (2) Sancta est Ecclesia, circumdata tribulatione persecutorum: *Sole amicta*, hoc est, obumbrata Christi veritate; unde Apostolus (3): *Quotquot baptizati estis, Christum induistis*. Christus enim sol justitiæ, & candor lucis æternæ est. De hoc sole (4) impii

C 2

(1) Apoc. XII. 1.

(2) Auctor Exposit. in Beati Joannis Apocalyp. Homil. IX. in Appen. ad Tom. III. par. I. Opp. S. Augustini col. 1154. „ *Et signum magnum in cælo visum: mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus*: „ Ecclesiam dicit, partem „ suam, idest, homines „ fictos, et malos Christianos sub pedibus habere. „ *Et in capite ejus corona stellarum duodecim*: Istæ „ duodecim stellæ duodecim Apostoli intelligi „ possunt. Sole autem amicta spem resurrectionis „ significat, propter illud, „ quod scriptum est: *Tunc justi fulgebunt, sicut sol, in regno Patris eorum*. „

(3) Galat. III. 27. *Quicumque enim in Christo baptizati etc.*

(4) Tichonius Reg. VIII. Bibliot. max. Vett. PP. Tom. VI. Edit. Lugdun. MDCLXXVII. pag. 64. col. 2. „ Aquiloni vero, idest, „ adversæ parti non oritur (sol), sicuti iidem, „ cum in judicium venerint, dicent: Justitiæ „ lumen non luxit nobis: „ *Timentibus autem Dominum orietur sol justitiæ*, „ *et sanitas in pennis ejus*, „ sicut scriptum est. Malis „ vero meridies non est, „ sicut scriptum est: *Dum sustinent ipsi lumen, factæ sunt illis tenebræ*; *fulgo-*

in inferno dicturi sunt. Sol non est ortus nobis. Electis vero dicetur: Vobis, qui timetis Deum orietur sol justitiæ. *Et luna sub pedibus ejus*, quia Santa Ecclesia conculcavit, & despexit omnem gloriam hujus mundi. *Et in capite ejus corona stellarum duodecim*, quia in ea est perfecta completio prædicationis duodecim Apostolorum, lucentium in nocte hujus mundi. Apostoli enim primum Capiti nostro adhæsere,& primum ornamentum ejusdem capitis extiterunt. Recte ergo per stellas designantur, quia tenebras ignorantiæ radio veritatis illustrare probantur. Unde, & Angelus de cunctis veræ fidei Prædicatoribus Danieli loquitur, dicens (1): *Qui docti fuerint, fulgebunt, quasi stellæ firmamenti*. Quamquam etiam & alii possunt intelligi, ideo tamen illi specialiter,ac principaliter corona capitis extiterunt, quia primum per eos ipsum Caput de toto mundo victoriam reportavit.

Et hæc est illa mulier, quam persequitur draco (2),hoc est,diabolus; quæ peperit masculum, hoc est,Christum, quem ille draco

„ *rem, obscura nocte ambulabunt; palpabunt, sicut cæcus parietem*. „

(1) Dani. XII. 3.: *Qui autem docti... fulgebunt, quasi splendor etc.*

(2) Auctor cit. Exposit. in Apocalyp. loc. cit.„Draco magnus, rufus, diabolus est, quærens Ecclesiæ natum devorare. „

nequivit superare. Et huic mulieri, hoc est, Ecclesiæ pro Christo viriliter militanti, datæ sunt duæ alæ, hoc est, gemina dilectio Dei, & proximi, quibus volatur ad cælum, teste Augustino, hoc (1) dicente (2). Qui caret his geminis alis non habet unde volet ad regnum cælorum: Vel duo Testamenta (3), quibus est Ecclesia fulta. Hinc pugnant fideles, hinc victores existunt, etiam cum moriuntur.

Hæc etiam Ecclesia dicitur, *Amica*, *Columba*, *Formosa*, *Sponsa*, *Soror Christi*. *Amica*, quia Dominum amat, & Dominus

(1) Cod. mendose *ac dicente*.

(2) Forte respicit ad hæc S. Augustini verba Enarrat. in Psal. CXXXVIII. num. 12. Tom. IV. col. 1540. „Quas „pennas vult assumere, „nisi duas alas, duo præ„cepta charitatis? in qui„bus duobus præceptis to„ta lex pendet, et prophe„tæ.„ Idem in Psal. CIII. Serm. I. num. 13. Tom. eod. col. 1139. „Quisquis dile„xerit Deum, et proxi„mum, animam habet pen„natam, liberis alis, sancto „amore volantem ad Do„minum. Quicumque im„plicatur amore carnali, „viscum habet in pennis. „Nam si anima non habet „alas, et pennas, unde ille „gemens in tribulationi„bus dicit: Quis dabit „mihi pennas, sicut co„lumbæ, (et sequitur) et „volabo, et requiescam„. Confer S. Bernardum *de modo bene vivendi* Sermone XIII. Tom. II. Paris. MDCCXIX. col. 85.

(3) Auctor. cit. Exposit. in Apocalyp. Homil. X. in Append. ad Tom. cit. S. Augustini col. 1155. „Duæ „alæ magnæ duo sunt Testa„menta Ecclesiæ, quæ ac„cepit, quibus serpentem „evaderet in æternum.„

eam. *Columba*, quia Sancto Spiritu illustrata, fovens pullos infusione Spiritus Sancti. *Formosa* per morum pulchritudinem. *Sponsa* per arrham fidei. *Soror*, quia cohæres de Sanguine Christi soror. De accessu *proxima*, de Spiritu *columba*, de sermone, quem didicit, *immaculata*, *& perfecta*.

V.
De capite Ecclesiæ

Habet quoque Ecclesia Caput. Caput Ecclesiæ sunt majora membra in Ecclesia, ut Episcopi, & Prælati. Per capillos intelliguntur minora membra, ut sunt subjecti, qui, licet minores sint capite, tamen capiti sunt conjuncti, in vicinitate videlicet virtutum.

VI.
De oculis

Habet & Oculos. Per Oculos intelligimus illos, qui in facie summi honoris positi sunt, & providendi itineris officium susceperunt. Dignum (1) namque est, ut cuncti, qui præsunt, intus, atque in circuitu oculos habeant, quatenus & interno judici in semetipsis placere studeant, & exempla vitæ ex-

(1) Hæc ex S. Gregorio Magno Reg. Past. Part. II. cap. IV. Tom. I. Edit. Paris. MDCCV. col. 39. ubi *quippe* pro *namque*. In Cod. autem mendose legebatur *qui sunt* pro *qui præsunt*.

terius præbentes, ea etiam, quæ in aliis sunt corrigenda, deprehendant.

VII.

De naso

Habet & Nasum. Per Nasum intelliguntur cautissimi discretores boni, & mali. Naso quippe (1) odores, fœtoresque discernimus. Recte ergo per Nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde & in laudem sponsæ

(1) Hæc pariter ex S.Gregorio Reg. Past. Part. 1. cap.XI. col.11. ubi *tentamenta* pro *tempora nostra* legitur. Idem S. Gregorius Reg. ejusd. Part.III. cap.XXXII. col.90. scribit: „ Per nasum quoque odores, fœtoresque discernimus. Quid ergo per Nasum Ecclesiæ, nisi Sanctorum provida discretio designatur? Qui etiam turri similis, quæ est in Libano dicitur, quia discreta eorum providentia ita in alto sita est, ut tentationum certamina, et priusquam veniant, videant, et contra ea, dum venerint, munita subsistat. „ S.Isidorus Hispalensis Exposit. in Cant. cap.VII. Edit.Paris. MDCI. pag.729. „ In Naso verbi Dei dispensatores, causa discretionis designantur. Turri, quia eminentissimum locum tenet in Ecclesia, quæ respicit contra Damascum, idest, sanguinarium, et impium (quia Damascus sanguinem bibens interpretatur), significat carnales, et crudeles, contra quos Sancti Doctores in turri Libani, idest, firmitate Ecclesiæ semper vigilant „.

dicitur (1) : *Nasus tuus sicut turris , quæ est in Libano* (2) , quia nimirum Sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tempora nostra prodeant , per discretionem conspicit , & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit .

VIII.
DE LABIIS

Habet & Labia . Per Labia intelligimus verba doctrinæ sanctorum prædicatorum , quæ claritatem regni cælestis promittunt .

IX.
DE DENTIBUS

Habet & Dentes . Per Dentes intelligitur firmissima sermonum stabilitas, quia dentes in loquendo cooperantur .

X.
DE GENIS

Habet & Genas . Pulcbritudo mulieris in Genis dicitur esse conspicua . Per Genas intelliguntur sancti prædicatores , qui cibum Scripturarum conterunt , & auditoribus comestibile redditur . In Genis enim notatur signum pudoris , sicut in prædicatoribus mos recte vivendi .

(1) Cant.VII. 4. (2) Vulg. *Turris Libani* .

XI.
De facie

Habet & Faciem. Facies Ecclesiæ sunt ii, qui in locis regiminum positi, apparent primi, ut ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiamsi quid in corpore latet deforme. Qui, nimirum Prælati, plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus, ac si de propriis affligunt.

XII.
De gutture

Habet & Guttur. Per Guttur intelligitur internus sapor, et dulcedo ciborum Christi(1), quam pauci gustant; quia in quantum gustant, amplius esuriunt.

XIII.
De collo

Habet & Collum; per Collum namque & cibos trahimus in corpus reficiendum, & verba proferimus, quibus secreta cordis proximis declaramus, hoc est, doctores, qui & verbo instruunt, & cibum salutis in commissa sibi membra transfundunt.

(1) S. Isidorus Exposit. in Cant. cap. cit. pag. 727. col. 2. „ In gutture æterna „ dulcedo verborum illius „ (nempe Christi) memoratur, quam, qui sapit, „ non esurit „.

XIV.

De manibus, et digitis

Habet & Manus. Per Manus intelliguntur operatores; unde Ecclesia de suis operariis loquitur, dicens (1): *Manus meæ distillaverunt myrrham*; ac si aperte dicat: Operatores mei aliis circumquaque expresserunt exemplum amara patiendi. Per Digitos intelligitur discretio (2); sicut enim in manu sunt discreti digiti, sic in operibus oportet discretionem adhiberi; alioquin non valent.

XV.

De ventre

Habet & Ventrem. Per Ventrem potest intelligi mollities, & fragilitas eorum, qui prædicationis officium suscipiunt (3), quia se minus idoneos recognoscunt, & timent.

XVI.

De vulva

Habet quoque Ecclesia spiritualem Vulvam, quæ non solum filios pariat, sed et, si forte declinaverint, aula veritatis iterum eos

(1) Cant. v. 5. Vulg. *stillaverunt*.

(2) S. Isidorus loc. citat. pag. 726. inquit: „ In manibus . . . opera, in digitis discretio signatur „.

(3) Forte *non suscipiunt*.

adsumat. Unde Apostolus (1): *Filii mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis*.

XVII.

De cruribus

Habet & Crura. Per Crura possunt intelligi firmiores in novissimis temporibus, Sancti videlicet, qui ante poterunt occidi, quam a fide separari.

XVIII

De pedibus

Habet & Pedes. Per Pedes intelliguntur Apostoli, qui per totum mundum ejus doctrinam protulerunt. Unde Psalmista (2): *In omnem terram exivit sonus eorum*.

XIX.

De Christo, sponso Ecclesiæ, et ubi desponsavit eam.

Sponsus Ecclesiæ Christus est; unde Joannes Baptista ait (3): *Qui habet sponsam, sponsus est*. Et Dominus dicit per Oseam Prophetam (4): *Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in justitia, & judicio, & in*

(1) Galat. IV. 9.
(2) Psal. XVIII. 5.
(3) Ioan. III. 29.
(4) Osee. II. 19. 20.

misericordia , *& miserationibus* (1). *Et sponsabo te mihi in fide* , *& scies* , *quia Dominus* . O quanta (2) clementia Dei ! Meretrix , quæ cum multis amatoribus fornicata est , postquam revertitur ad virum , nequaquam reconciliari dicitur,sed despondi . Primo enim despondit eam in Abraham , quando ei dixit Dominus (3) : *Non vocabitur nomen tuum Abram* , *sed Abraham* , *quia patrem multarum gentium constitui te* . Sive in Egypto , ut uxorem habeat sempiternam , quando de Egypto eduxit eam,(4) interfectis parentibus, filii eorum terram repromissionis ingressi sunt . Secundo in monte Synai,dans ei pro desponsalibus legis justitiam , atque judicium , & cunctam legis misericordiam , ut quando pec-

(1) Vulg. *in miserationibus* .

(2) Sanct. Hieronymus in Osee lib. I. cap. II. ℣. 19. Tom. VI. Edit. Veron. MDCC. XXXVI. col. 26. „ O quanta „ clementia Dei ! Meretrix, „ quæ cum multis amatori- „ bus fornicata est , et ob „ crimen bestiis tradita , „ postquam revertitur ad „ virum , nequaquam re- „ conciliari ei dicitur , sed „ despondi . . . . Primo de- „ spondit eam in Abraham, „ sive in Ægypto , ut uxo- „ rem habeat sempiternam. „ Secundo in monte Synai, „ dans ei pro sponsalibus „ legis justitiam, atque ju- „ dicium , et junctam legi „ misericordiam, ut, quan- „ do peccaverit , tradatur „ captivitati ; cum egerit „ pœnitentiam , revocetur „ in patriam , et miseri- „ cordiam consequatur . „

(3) Genes. XVII. 5. *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram,sed appellaberis Abraham etc.*

(4) Deest aliquid. Forte et.

caverit, tradatur captivitati: cum egerit pœnitentiam, revocetur in patriam, & misericordiam consequatur. Qui enim in fide fuerit desponsatus, & crediderit in Evangelio, statim sciet, quia ipse sit Dominus, credens in eum, quem prius negaverat: & ille populus, qui prius vocabatur *absque* (1) *misericordia*, quando dicere ausi sunt: *Sanguis* (2) *ejus super nos, & super filios nostros*, deposito errore, conversi sunt ad Dominum, & effecti sunt filii Dei viventis.

Homines enim suis sponsis aurum, argentum, vestesque tribuunt, sed sanguinem pro eis non fundunt, qui etsi fundunt, sponsas suas jam ducere nequeunt: at vero iste certus de resurrectione pro sponsa sua, scilicet Ecclesia, proprium fudit sanguinem, quem semper erat possessurus post resurrectionem.

XX.

DE CAPITE

Caput Sponsi est ipsa Divinitas, unde dicitur (3): *Caput Christi Deus*.

(1) Ose. 1. 6.
(2) Matth. XXVII. 25.
(3) 1. Cor. XI. 3. *Caput vero Christi Deus*.

XXI.

DE OCULIS

Habet Sponsus Oculos. Oculi namque Sponsi dicuntur sancti provisores ejus, qui sibi, & aliis provident, et in se comburunt vitia, & alios sua prædicatione illuminant.

XXII.

DE FACIE

Habet & Faciem. Facies ejus sunt omnes electi, videntes Dominum facie ad faciem, cum de hoc mundo transeunt; lucent ut sol, unde dicitur (1): *Fulgebunt justi, sicut sol*. Vel sic: Facies dicitur essentia Divinitatis Filii Dei: de qua ipse Dominus ad Moysen per Angelum ait (2): *Posteriora mea videbis. Faciem meam videre non potes*; hoc est, Incarnationem meam videbis, Divinitatem autem meam videre non potes, quia *Deum* (3) *nemo vidit* (4) *unquam*.

(1) Matth. xiiI. 43.
(2) Exod. xxxiiI. 23. *Et videtis posteriora mea, faciem autem meam, videre non poteris*.
(3) Joan. I. 18.
(4) Hoc est, corruptibili adhuc, et mortali carne circumdatus, ut inquit Auctor Titulo *de Cancellis Ecclesiæ*.

XXIII.

DE NARIBUS

Habet & Nares. Nares Dei dicuntur inspiratio ejus in corda fidelium; unde in libro Regum legitur (1): *Ascendit fumus de Naribus*, hoc est, lacrymosa compunctio pœnitentium.

XXIV.

DE ORE

Habet Os. Os ejus dicuntur Prædicatores, qui sunt Os ejus, revelantes secreta Dei, prædicando.

XXV.

DE LABIIS

Habet & Labia. Labia Dei sunt duo Testamenta, propter doctrinam; unde Apostolus (2): *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*. Et propter consonantiam; sunt enim consona in præceptis, in promissis, & mysteriis, spiritualiter intellectis.

(1) II. Reg. XXII. 9. (2) Rom. XV. 4.

XXVI.

DE MANIBUS

Habet Manus. Per Manus intelligitur virtus, & potentia Dei; unde dicitur (1): *Humiliamini sub potenti Manu Dei*.

XXVII.

DE CRURIBUS

Habet Crura. Per Crura intelliguntur Apostoli, sicut de quibusdam Apostolis dicitur (2): *Qui videbantur esse columnæ* in templo Dei.

XXVIII.

DE VENTRE

Habet Ventrem. Per Ventrem intelliguntur incomprehensibilia Dei judicia, quæ rimari nequeunt: unde Salomon ait (3): *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?*

(1) I. Petri v. 6.
(2) Galat. II. 9.
(3) Sap. IX. 13.: *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus?* Isai. XL. 13. *Quis audivit spiritum Domini etc.* Rom. XI. 34. *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?*

XXIX.

DE PEDIBUS.

Habet Pedes. Pedes ejus sunt fideles, in terrenis adhuc adhærentes, hoc est, in activa vita manentes. Vel Pedes ejus dicuntur stabilimentum virtutis ejus, ipso dicente per Isaiam (1) *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum*. Vel per Pedes significati sunt Apostoli, & Prædicatores, de quibus scriptum est (2): *Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina ejus*.

XXX.

DE VESTIMENTO

Habet & Vestimentum. Per Vestimentum intelligitur caro Christi; de quo indumento carnis Isaias ait (3): *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Edom interpretatur *rubra*; ipse enim in sanguine suo peccatores lavit.

(1) Isaiæ LXVI. 1. *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*. Quæ Actor. VII. 49. sic referuntur: *Cælum mihi etc.*

(2) Deuteron. XXXIII. 3.

(3) Isa. cap. LXIII. ver. 1.

XXXI.

DE CALCEAMENTIS

Habet & Calceamenta. Per Calceamenta intelligitur ejus Incarnatio, quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. Unde Psalmista (1): *In Idumæam extendam calceamentum meum*, hoc est, in plebe gentium manifestabo Ecclesiæ incarnationem meam.

XXXII.

DE THORO

Thorus Sponsi, & Sponsæ dicitur æterna beatitudo, in qua Rex cum Sanctis quiescit.

XXXIII.

DE ANNULO

Accepit Sponſa Annulum a Sponſo, hoc eſt, Ecclesia accepit Annulum, Pontificatum ſcilicet fidei, quo credentium animæ signantur in frontibus per signum Crucis.

XXXIV.

UBI NUPTIÆ CONTRAHUNTUR

Hæc enim sponſalia non in quolibet loco, sed in loco, quem ipse Sponsus elegit,

(1) Psal. CVII. 10.

contrahuntur; videlicet in civitate Jerusalem, in qua templum sibi jussit dicari. Hæc enim civitas supernam civitatem Jerusalem figurat. *Civitas* enim a conversatione multorum dicitur, pro eo quod plurimorum in unum contineat vitam. Jerusalem etiam *visio pacis* interpretatur. Hæc est enim illa superna Jerusalem, civitas Regis magni. Unde Psalmista (1): *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*. Hæc namque civitas non in terris, sed in cælis vivis ex lapidibus est constructa, & Angelis miro ordine adornata: Lapides cujus non calce, sed charitate junguntur; cujus fundamentum Christus est, cujus portæ Apostoli sunt; cujus columnæ Episcopi sunt, atque Doctores; cujus plateæ, & muri sunt ex auro purissimo. Sicut enim aurum quanto plus coquitur, tanto pretiosius redditur, ita fideles quanto magis tribulationibus affliguntur, tanto magis pretiosiores efficiuntur. In hac etiam civitate sunt duodecim portæ; unde Joannes Evangelista in Apocalypsato libro ait (2): *Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab Austro portæ tres, & ab Occasu portæ tres*. Per Orientem populus intelligitur

(1) Psal. LXXXVI. 3.

(2) Apocalyp. XXI. 13. *Ab Oriente portæ tres, et ab Aquilone portæ tres, et ab Austro portæ tres, et ab Occasu portæ tres.*

Judæorum ,de quo Christus est exortus, qui est verus sol justitiæ, illuminans corda credentium. Ibi enim fuere primum portæ tres, hoc est, fides Sanctæ Trinitatis: in illis primum annuntiata est a Prophetis, & ceteris justis, qui per Spiritum Sanctum illuminati, fidem Sanctæ Trinitatis cognoverunt. Per Aquilonem intelliguntur Gentiles in frigore infidelitatis, & ignorantiæ positi, sicut fuere Patres nostri. Ibi quoque sunt portæ tres, quia & Gentiles per doctrinam Apostolorum edocti, fidem Sanctæ Trinitatis perceperunt.

Et bene quidem primum ab Oriente portæ tres, deinde ab Aquilone commemorantur, quia prius Judæi crediderunt, deinde Gentiles, qui ante erant in Aquilone, qui est frigidissimus, & durissimus ventus, habentes habitatorem diabolum, qui dicit (1): *Ponam sedem meam ad Aquilonem*. Per Austrum claritatem fidei intelligimus, quæ in toto orbe terrarum lucet, quia, dum sol in Austro, hoc eſt, in medio centro cæli figitur, totum mundum illuminat, ſignificans Christum, qui luce fidei claritatis suæ illuminat universam Ecclesiam. In Austro itaque portæ tres sunt, quia fides

(1) Isa. XVI. 13. *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*.

Sanctæ Ecclesiæ splendore Sanctæ Trinitatis illuminatur, baptizata in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Per Occasum, novissimam mundi accipimus ætatem, in qua per Eliam, & Henoch, ceterosque Prædicatores eadem fides Sanctæ Trinitatis per quadripartitum orbem diffundetur, Judæos, atque Gentiles pariter complectens. Duodenarius enim numerus Portarum, quæ per quatuor mundi partes sub ternario comprehenduntur, ad mysterium pertinet duodecim Apostolorum, per quos Fides Sanctæ Trinitatis per quadripartitum orbem diffusa est.

In hac etiam civitate templum Domini dedicatum est. De hoc templo dicitur (1): *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. De hoc templo dicit Apostolus (2) *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Dominus*. Templum quippe Dei violant, qui iniquitatem operantur, videlicet qui odiis, detractionibus, invidia, ceterisve aliis vitiis irretiti, maxime tamen carnali se polluunt immunditia. Et timendum satis est, ne nos in civitate sua aliud, quam ipse diligit, agentes inveniat; et ipse nobis, qualem non diligimus, districtus redditor ostendat. In hac enim (3) civitate, et in hoc templo celebran-

(1) 1. Cor. III. 17. *Templum enim Dei etc.*

(2) Ibid. *Si quis autem etc.*

(3) Forte *etiam*.

tur nuptiæ inter Sponsum, et Sponsam, hoc est, inter Christum, & Ecclesiam. Et fit convivium magnum, hoc est, lætitia magna. Invitantur multi, & juvenes videlicet, et senes.

Præparatur mensa; hæc enim mensa est Sacra Scriptura, quæ quatuor sustentatur columnis, videlicet Historia, Allegoria, Tropologia, Anagoge. Historia est, quæ res gestas loquitur, Allegoria est, in qua ex alio aliud intelligitur. Tropologia est moralitas, in qua de moribus ornandis tractatur. Anagoge est spiritualis intellectus, per quem de summis, & cælestibus tractamus, & ad superiora ducimur. His quatuor, quasi quibusdam columnis tota Divina Scriptura consistit. In hoc etiam convivio Confessores abluendis manibus aquas præbent, luminaria succendunt. De his enim scriptum est (1): *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris*. Intus enim ardent per affectum charitatis, exterius vero lucent per exemplum boni operis. Hi dant aquam manibus, non enim tantum deflent sua peccata, sed etiam aliena; hoc est enim dare aquam manibus, lacrymis succurrere pro peccatorum reatibus. In hac mensa ponit Abraham panes azimos subcineritios: tales enim panes

(1) Luc. XII. 35.

sunt sine fermento malitiæ, & languore nequitiæ, & sine furore perversæ doctrinæ. Subcineritii etiam sunt propter asperitatem pœnitentiæ peccatorum, qui igne Sancti Spiritus sunt decocti, & in escam acceptabilem sunt præparati. Vel ipse Sponsus, hoc est, Christus dat panem vitæ, videlicet æternæ; Unde ipse ait (1): *Ego sum panis vitæ. Si quis* (2) *ex hoc pane manducaverit, vivet in æternum.* Dat etiam & vinum, hoc est, Sanctorum prædicationem ferventem, & auditores rerum mundanarum reddit oblitos; ita scilicet, ut præ timore tribulationum non desistant a prædicationibus, juxta quod dicitur (3): *Dum steteritis ante Reges, & Præsides, nolite præmeditari, qualiter respondeatis.* Vel in vino potest notari Crux Dominicæ Passionis; hoc enim vinum lætificat cor hominis. Apponit etiam ipse Sponsus vitulum saginatum. Iste autem Vitulus saginatus est Corpus Domini nostri Jesu Christi, qui propter salutem nostram ad arborem Crucis est immolatus. Hic vitulus pro redeunte filio (4) in Evangelio

(1) Joan. VI. 48.
(2) Ibid. 52.
(3) Matth. X. 19. *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini* Luc. vero XXI. 11. *Cum autem inducent vos in synagogas, et ad magistratus, et potestates, nolite solliciti esse, qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis.*
(4) Luc. XV. 23.

est occisus. Abel protomartyr affert agnu
Abel enim denotat quemlibet fidelem, qui
devotione sua attulit fidem veri agni, hoc e
Christi. Agnus enim tria præstat, lac,
nam, & esum suæ carnis; Sic Christus c
lac, scilicet simplicis doctrinæ, dicens (1
*Mandatum novum do vobis, ut diligatis in
cem*. Dat etiam lanam, exemplum videlicet b
norum operum, dicens (2): *Discite a me, qu
mitis sum; & humilis corde*. Dat etiam esu
suæ carnis, dum Corpus, & Sanguinem sui
manibus Sacerdotum administrat fidelibu
Lacte nutrit, lana vestit, & esu suæ carr
mentes fidelium reficit. Hic enim Agnu
solus sine peccato, solusque mundi abl
peccata. Hunc agnum metuunt lupi; h
agnus mortuus leonem interfecit. De eo a
tem dicit Joannes Baptista (3) *Ecce agn
Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Quo ordi
peccata mundi tollit? Petrus Apostolus oste
dit dicens (4): *Non corruptibili argento, v
auro redempti estis de vana vestra conversati
ne, sed pretioso sanguine Agni inmaculat*
Unde Apostolus in Prophetia Apocalypsa

(1) Joan. XIII. 34.
(2) Matth. XI. 29.
(3) Joan. I. 29.
(4) I. Pet. I. 18. 19. *Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de va vestra conversatione pat na traditionis, sed pretic sanguine quasi Agni imm culati*.

ait (1) : *Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Nos enim dilexit, cum passionem pro nobis sustulit, et lavit nos ab originali peccato, & ab illis, quæ nosmet egimus : *In sanguine suo*, hoc est, per effusionem sui sanguinis. Unde dicit Apostolus (2): *Quicumque in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus*. Juvenibus in fide adhuc recentibus Apostolus dat lac, ut & ad perfectum cibum prædicationis perveniant; dicit enim (3): *Lac vobis potum dedi, non escam*. Dat etiam senibus fortiora cibaria; unde ipse ait (4) : *Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo principum hujus sæculi cognovit*. Apponit Moyses (5) *mel de petra, oleumque de saxo durissimo; butyrum et lac*. Mel autem de petra, sunt eloquia Divina a Christo, qui dicitur *Petra*; unde Apostolus ait (6): *Petra autem erat Christus*. Dicitur Christus *petra*, tamquam sine cultura perveniens, ut illud (7) *Lapis excisus sine manibus*. Et propter firmitatem; unde (8) : *Posui faciem meam tamquam petram*

(1) Apocalyp. I. 5.

(2) Rom. VI. 3.

(3) I. Cor. III. 2.

(4) Epist. eadem cap. II. vers. 6. et 8.

(5) Deuteron. XXXII. 13. *Butyrum de armento, et lac de ovibus*.

(6) I. Corinth. X. 4.

(7) Dani. II. 3. *Donec abscissus est lapis de monte sine manibus*.

(8) Isa. L. 7. Vulg. *Ideo posui faciem meam, ut petram durissimam*.

duram, et propter duritiam, quia durus apparebit reprobis in judicio; unde dicitur (1): *Qui ceciderit super lapidem istum conteretur, super quem autem ceciderit lapis, confringet eum*. Et propter eminentiam; unde Psalmista (2): *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Lapis angularis propterea dicitur, quoniam, velut angulus duos parietes, ita et ipse duos populos, ex diverso venientes, in una sui fide consociavit. Oleum autem de saxo durissimo, sunt flagrantia (3) bonorum operum de populo Gentium, qui propter duritiam cordis *lapides* vocantur. Butyrum, et lac diversitas est Divinorum præceptorum.

Martyres vero diversa carnium genera ministrant; Stephanus carnes lapidatas, Joannes oleo frixas, Laurentius igne assatas. Dat etiam Joannes Baptista caput in disco; Jacobus suum præbet percussoribus. Virgines etiam (4) ministrant teneras carnes; Agatha ubera, Agnes ustulata latera, Margarita carnes virgis cæsas. In hac etiam mensa *Advena* (5), *& Mercenarius non comedent*. Ad-

(1) Matth. xxi. 44. *Et qui ceciderit super lapidem istū, confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum*

(2) Psal. cxvii. 22.

(3) Forte deest *exempla*. Et loco *gentium* legendum *Gentilium*.

(4) Cod. *enim*.

(5) Exod. xii. 45. Vulg. *edent*.

vena est, qui nuper venit ad fidem, ut sunt Neophiti. Mercenarius autem est, qui pro terrenis tantum lucris laborat, & nulla in futuro præmia requirit. Hi sane non sunt digni comedere in mensa Domini, hoc est, accipere Corpus Christi (1).

Ibi auditur Mariæ tympanum; et David cum cantoribus citharam percutit. Laus Dei in tympano (2), & choro præcipitur; in tympano namque sicca, et percussa pelle resonant: in choro autem vocis societate concordant. Quisquis itaque corpus affligit, sed concordiam deserit, Dominum quidem laudat in tympano, fed non laudat in choro. Tympanum fit ex corio mortui animalis, et ligno: & nos de nobismetipsis tympanum facere debemus, ponentes mortificationem carnis super lignum fidei Passionis Christi. Cithara de ligno fit, et tres habet chordas, et nos in fortitudine religiosæ vitæ tres chordas, Fidei, Spei, et Charitatis habere debemus. In cithara cantat qui corda tumentia placat. Tibia longe sonat; et nos vocem prædicationis, et bonæ operationis longe emittere debemus. Ipse namque Sponsus

(1) Hoc, si ad Neophitos referatur, de illis non est intelligendum, qui initiati Baptismate sunt, fidemque ex animo susceperunt. Hi namque digni profecto sunt, qui corpus Christi comedant.

(2) Psal. CL. 4.

epulantes hortatur, ut comedant, et bibant; et inebrientur, dicens in Cantico amoris(1): *Comedite amici mei, et bibite, et inebriamini charissimi*. *Comedite* scilicet, faciendo præcepta mea, *et bibite*, scilicet integra charitate me amplectendo, *et inebriamini*, scilicet virtutes bonorum retractando. Torporem mentis discutite, et ad amorem æternorum accensi, temporales pœnas non sentietis. Comedit, nec satiatur, qui epulas Scripturarum didicit, et justorum exempla novit, nec tamen vitam correxit. Bibit, et non inebriatur, qui præcepta vitæ lætabundus audit, sed adimplendo piger manet. Beati sunt, qui sic in tali mensa comedunt, et bibunt, et inebriantur, quoniam ipsos Dominus vocat, dicens (2): *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi*. Post talem refectionem cubat Sponsus (3) cum Sponsa, hoc est, Christus cum Ecclesia in meridie, hoc est, in splendore Majestatis, ubi plenum, et indeficiens lumen est, et tenebræ nullæ; ubi cælestis, et perpetua gloria est, quam Sanctis suis præparavit Dominus noster Jesus Christus.

(1) Cant. v. 1. *Comedite amici, et inebriamini charissmi*.

(2) Matth. xxv. 34.

(3) Cantic. 1.

XXXV.

DE ALTARE

Altare (1) Prophetæ esse dicuntur, per quos Apostolorum sermo confirmatur. Quod vero quadratum est, significat,quod homo ex quatuor virtutibus debet constare; quadratus scilicet Prudentia, Justitia, Fortitudine, Temperantia. Scimus enim,quod quadratum in quacumque parte cadat, firmiter jacebit. Ad Prudentiam pertinet nullum bonum præponere Domino, vel æquare; Ad Justitiam pertinet subditum esse Domino; Ad Fortitudinem pertinet Domino fortissime hærere; Ad Temperantiam pertinet nulla re noxia delectari.

XXXVI.

DE EODEM

Per Altare etiam possumus intelligere Crucem Christi; & ipse Christus ante Crucem se viriliter egit, patiendo omnia, quæ de eo fuerunt scripta.

(1) De partibus Templorum, de quibus Anonymus noster hoc, et proximis Numeris agit, consulantur, si libet, Cardinalis Bona rerum Liturgicarum lib.1. cap.xx. §.1. et seqq. et Robertus Sala in nott. et observationibus ad eumdem, Cabassutius in Dissertatione de Veterum Ecclesiarum situ, partibus, et structura, et alii.

XXXVII.

DE EODEM

Altare etiam significat electos Ecclesiæ, igne Divini amoris succensos, qui digne per Altare figurantur, quia spiritualia in eis sacrificia celebrantur.

XXXVIII.

DE EODEM

Altare significat Ecclesiam, de qua fumus compunctionis ad Dominum dirigitur. Vel Altare significat Christum, super quem nos imponimus animas, ut ad Patrem deferat, sicut in Altare aliquis ponit Sacrificium. Altare etiam multipliciter spargitur; Est enim Altare Fidei; unde Psalmista (1): *Passer invenit sibi domum, & Turtur nidum, ubi reponat pullos suos*. Super hæc Altaria offerri debent bona opera. Est Altare mentis; unde Dominus ait (2): *Altare de terra facietis mihi*, super quod offerri debet charitas. Est & Corporis Christi, ut illud (3): *Habemus Al-*

(1) Psal. LXXXIII. 4. Sic habet Ambrosius lib. II. de Abraham cap. VIII. col. 338., at lib. de Noe, et Arca cap. VI. col. 233. delet *sibi* post *nidum*; Vulg. autem *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos*.

(2) Exod. XX. 24.

(3) Hebr. XIII. 10. Vulg. *Habemus Altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt*.

tare Crucis, de quo edere non habent potestatem, qui foris sunt. Est & vitæ æternæ, ubi debent offerri perpetuæ laudes, scilicet vituli labiorum nostrorum; unde Psalmista (1): *Imponent super Altare tuum vitulos* (2).

XXXIX.

DE THRONO EPISCOPALI

Sedes Episcopalis, quæ *Thronus* dicitur, est sedes judiciariæ potestatis; & significat Thronum Dei. Est enim Thronus Dei anima justi. Deus enim, non super elementum, sed in corde hominis sedet. Unde dicit Salomon (3): *Et Thronus Filii est æqualitas cum Patre*. Ut in Apocalypsi (4) *Qui vicerit, faciam eum sedere mecum in throno meo; sicut et ego vici, & sedi in throno Patris mei*. Est et Thronus judiciariæ potestatis, ut illud (5): *Sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*. Vel Thronus est Ecclesia, quæ est sedes Dei Patris. Vel Thronus est Caro Christi, quæ est Sedes Divi-

(1) Psal. L. 21.

(2) Sic in marginali nota: „ Vitulus major hostia „ apud Judæos erat. Offert ergo Domino vitulum, quicumque se ipsum „ totum vovet, et reddit„.

(3) Desunt verba Salomonis; nam quæ proxime sequuntur, nec in Salomonis libris, nec alibi in Bibliis occurrunt.

(4) Apocalyp. III. 21. Vulg. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.*

(5) Matth. XIX. 28.

nitatis ; unde Apostolus (1) : *In ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter* .

X L.

DE CANCELLIS ECCLESIÆ

Fit etiam paries in Ecclesia, ut Sacerdos non videatur , nisi per ostium ; Ipse enim Dominus indutus parietem nostræ carnis , ita manet in nobis , ut videri a nobis non possit , nisi per ostium , hoc est , per Scripturam . Unde Joannes Evangelista ait (2) : *Deum nemo vidit unquam* ; hoc eſt , corruptibili adhuc , & mortali carne circumdatus incircumscriptæ Divinitatis non potest lucem contueri . Unde manifestius dicit Apostolus (3): *Quem nemo hominum vidit , sed nec videri poteſt* . Quocirca Sancti Patres quidam leguntur vidisse : Viderunt quidem eum , sed per subjectam creaturam ; et tamen veraciter attestatur Joannes quia *Deum nemo vidit unquam* . Vel ſic : Paries , qui ab ejus aspectu nos seducit , mortalitatis conditio est , quam peccando meruimus, quia ita conditi fuimus, ut , si non peccaremus , omnes electi Divinum lumen cerneremus . Sed in hoc pariete fene-

(1) Coloss. II. 9. Vulg. *inhabitat etc.*

(2) Joan. 1. 18.

(3) Timot. v. 16. *quem nullus hominum vidit , sed nec videre potest* .

fenestras, & cancellos, unde nos perspiceret, fecit. Profpicit ipse nos per fenestras, hoc est, per quinque sensus corporis sollicite intuetur. Ubi enim ipfe non profpicit, mors ascendit; unde Jeremias ait (1): *Ascendit mors per fenestras nostras*. *Et* (2) *respicit per cancellos*, hoc est, per inspirationem. Vel fic; Sicut sol intrans per fenestras illuminat domum, ita Chriftus exemplo, et admonitione Apostolorum nos illuminavit. Sicut per Cancellos, hoc est, per parva foramina parva lux intrat, sic obfcura cogitatio per Prophetas.

XLI.

DE PULPITO

Per Pulpitum enim charitas designatur; unde Isaias Propheta ait (3): *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion*.

XLII.

DE CAMPANILE

Campanile vero montem significat excelsissimum, hoc est, charitatem; in quo monte, hoc est, in charitate stare debent campanæ, hoc est, Prædicatores; unde

(1) Jer. IX. 21. (2) Cantic. II. 9. (3) Isa. XL. 9.

as (1) : *Super* (2) *montem excelsum ascen-u*, *qui evangelizas Jerusalem* .

XLIII.

DE CAMPANIS

Per Campanam intelligimus Prædica-:s , qui nos vocare debent ad similitudi-ı Campanæ: quod significatum est in Ve- Testamento , quando Dominus præcepit yſi , ut faceret vestem Summo Pontifici , : haberet septuaginta duo mala grana-3) , & totidem tintinnabula , quæ omnia ırent , cum ingrederetur Summus Ponti- in Sancta Sanctorum .

XLIV.

UOMODO CAMPANÆ PULSARI DEBEANT

Quando campanæ pro mortuis pulsantur, debet (4) incipere, et insimul finire; quia ırrectio mortuorum sine aliquo progressu poris insimul fiet . In festivitatibus vero ctorum debet incipere , et finire una t aliam , quia paulatim , & quasi per quos-ı progressus corpus Christi , quod est Ec-ia , adimpletur .

Cod. mendose *Psal.* *a* .

Isa. Cap. XL. 9.

Exod. XXVIII. 33.

(4) Cod. *unam debent* ; Sicut infra *debent incipere, et finire unam etc.*

XLV.

DE EODEM

Illa vero, quæ primum sonat, significat Prophetas, & Patriarchas non exponentes ea, quæ dixerunt. Alia vero, quæ postea sonat, significat Sanctos Patres exponentes ea, quæ dicta sunt; tertia vero, quæ major est, significat altiora contemplantes, charitatem videlicet. Alia sola, quæ facto intervallo sonat, significat illos, qui non possunt sanguinem pro Domino fundere, sed diligunt Dominum, ac proximum: unde in Cantico amoris dicitur (1): *Media charitate constravit propter filias Jerusalem*. Vel quia duæ quandoque simul pulsantur, significat, quod Deum in cymbalis glorificare, & laudare debemus, unde Psalmista (2): *In cymbalis bene sonantibus laudate Dominum*. Cymbala quippe Dei resonantia sunt duo cleri. Quod in tertia vice omnes sonant, significat, quod omnes Apostoli conversi sunt ad Gentes. Quod autem ter sonantur, significat, quod, qui ad Ecclesiam conveniunt, debent instrui de fide Trinitatis. Et quando quatuor; quod in quibusdam Ecclesiis mos est, significat, quod debent audire prædicationem quatuor Evangeliorum.

(1) Cant. III. 10. (2) Psal. CL. 5.

XLVI.

CHRISMATIONE CAMPANARUM

:,quamvis sint res inanimatæ, à qui-
brismantur. Satis tolerabile est (1),
ter utilitatem chrismantur, ad de-
1 aerearum potestatum. Similiter
Ecclesiæ chrismantur.

XLVII.

DE PICTURIS SANCTORUM

Sanctorum Majestates pinguntur,
s (2) super capita eorum ad modum

r Joseph Ca-
Commentariis
ile Romanum
xx. num. 22.
iI. pag. 338.
ertus Sala in
os rerum Litur-
rdinalis Bona
xxiI. not. 1.
5. 138. seqq.,
iitate, et ori-
Ritus agunt,
hæreticorum
ous post Bel-
Gretserum,
cant.
culo perfectio
atur ex Ange-
Speculo Epis-

copali Tit. *Perfecti definitio* T.iI. Opp.ejusdem p.135. Hujusmodi porro circulo Ethnicorum Augustorum statuas ornatas fuisse, ad eorum divinitatem significandam, constat. Qua de re legendus Ciampinius Veterum Monimentorum Par.I. cap.xiv. pag.111. seqq. qui Salmuthium, quem sequitur Figrellius *de Statuis* cap.xxxiI. merito coarguit, propterea quod putaverit, Christianos veteres similibus tegumentis in statuis, picturisque ornare Deum, Angelos, Sanctosque consuevisse exemplo antiqua-

cæli, quia Sancti dicere possunt: *Nostra* (1) *conversatio in cælis est*. Quod non fit in aliis picturis, significat, quod plebs quærit terrena. Vel sic: ante mortem Christi omnes boni, et mali descendebant ad infernum (2), ibique justi nullam coronam habebant, quia non videbant lucem veram, *quæ* (3) *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; unde ipsi non pinguntur cum coronis in capite, sed postquam Dominus januas inferni confregit, & januam Paradisi aperuit, infernum expoliavit, et electos suos inde retraxit, & in cælum coronatos locavit. Post mortem vero Christi quicumque boni ab hoc sæculo migraverunt, cum coronis in cælo coronati sunt; unde ipsi cum coronis depinguntur.

rum statuarum, quibus Opificum studio addebantur lunulæ, seu patellæ supra capita ad avium sordes, et stercora removenda.

(1) Philippens. III. 20.

(2) Inferni vocabulo abdita illa receptacula significantur, in quibus animæ extra cælestem beatitudinem constitutæ detinentur, aut detinebantur. Ex his illud, in quo animæ Sanctorum ante Christi Domini adventum excipiebantur, *Limbus Patrum* dicitur. Vide Catechism. Rom. de v. Symboli articulo §.3.

(3) Joan. I. 9.

XLVIII.

DE AGNO CUM CRUCE PICTO

Agnus vero (1), qui portat sceptrum, & Crucem in pede, quæ extenditur ultra dorsum, ut apparet in picturis, denotat, quod ipse est Christus, non tantum in affectu, quod ostenditur per pedem, sed etiam in opere, vel corpore, quod ostenditur per dorsum, quo (2) bajulavit Crucem pro nostra redemptione. Tenet sceptrum, ut demonstret, se portare redemptionis nostræ imperium. Agnus innocentiam demonstrat; & ipse Christus innocentiæ puritatem demonstrat, dum coram se tondente obmutuit.

XLIX.

DE QUATUOR EVANGELISTIS, ET QUALITER SUB CERTIS FORMIS DEPINGANTUR.

DE BEATO MARCO

Quod autem Beatus Marcus Evangelista in forma leonis depingitur, significat, quia a desertis suum incepit tractatum, dicens (3): *Vox clamantis in deserto*: et qualiter Joannes asperrime vixit in deserto, disseruit.

Marcus (4) *ut alta fremit vox per deserta leonis.*

(1) De hoc, et proximis symbolis erudite agit, ut solet, Ciampinius in Op. cit. cap. 11I. pag. 27.

(2) Addidi *quo*

(3) Marc. 1. 3.

(4) Quatuor carmina, quæ hic describuntur de quatuor Evangelistis, sunt Sedulii Presbyteri Op. Pa. Paschalis lib. 1. sect. ult.

L.

DE BEATO LUCA

Quod autem Beatus Lucas Evangelista in forma bovis depingitur, significat, quod ipse loquitur de sacrificiis Patrum Veteris Testamenti, & de vitulo sacrificii; qui vitulus significat Christum immolatum pro salute hominum.

Jura Sacerdotum Lucas tenet ore Juvenci.

LI.

DE BEATO MATTHÆO.

Quod autem Beatus Matthæus Evangelista in forma hominis depingitur, significat, quod ipse præ ceteris aliis Evangelistis de humanitate Christi tractavit.

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet.

LII.

DE BEATO JOANNE

Quod autem Beatus Joannes Evangelista in forma aquilæ depingitur, significat, quod, sicut aquila præ ceteris avibus altius volat, ita Beatus Joannes Evangelista præ ceteris aliis Evangelistis altius, & sublimius de Divinitate tractavit.

More volans aquilæ verbo petit alta Joannes.

LIII.

DE EISDEM

Hæc enim sunt illa quatuor (1) animalia, quæ in Apocalypsi (2) leguntur : Marcus, Lucas, Matthæus, Joannes. Marcus ideo primus est positus, quoniam significat gratiam ante Vetus Testamentum hominibus datam (3); quando ferocitas ad Dominum cognoscendum illis inerat. Lucas vero gratiam significat, quam Dominus dedit Judæis. Matthæus vero illam significat, quam veniens in mundum nobis concessit : Sed, ne Christus solummodo humanus putaretur, additur Joannes, significans altam Christi divinitatem. Vel sic : Marcus ideo ponitur primus similis leoni, quia per nimiam assiduitatem auditorum duritia mollificatur. Dehinc ponitur Lucas similis vitulo, quia illi mollificati libenter sanctam prædicationem audiunt. Post hæc Matthæus homini similis ponitur; nam, postquam prædicatio fit perceptibilis, & audibilis, jam ut homo creditur rationabilis; quæ trina prædicatio est ante Baptismum : sed postquam baptizantur, prædi-

(1) Vide Ciampinium Op. cit. cap. XXI. pag. 191. seq. ubi profert testimonium Zachariæ Episcopi Chrysopolitani, in quo variæ Patrum de Figuris Evangelistarum sententiæ recensentur.

(2) Apoc. Cap. IV. ver. 6.

(3) Cod. *deditam*.

catio fit illis,ut aquila, quia de Divinitate jam alta contemplantur. Vel sic: Ideo sic ordinantur, quoniam in die judicii quidam præ nimia (1) nequitia, nec judicabuntur, nec salvabuntur, per Marcum designati. Quidam vero judicabuntur, & damnabuntur, ut falsi Christiani, quoniam nequitia bonitatem superavit: Hi per Lucam designantur. Tertia vero pars judicabitur, & salvabitur, per Matthæum intellecta. Quarta autem pars non judicabitur, sed salvabitur, ut Apostoli, & eo-

(1) S.Isidorus Sententiarũ lib.1. De Judicio cap. 27. pag. 635. „ Duæ sunt differentiæ, vel ordines hominum in judicio, idest, „ electorum, et reproborũ; „ qui tamen dividuntur in „ quatuor.Perfectorum ordo, unus est, qui cum „ Domino judicat, et alius, „ qui judicatur:utrique tamen cum Christo regnabunt. Similiter ordo reproborum partitur in „ duobus: dum hi, qui „ intra Ecclesiam sunt mali, judicandi sunt, et „ damnandi: qui vero extra Ecclesiam inveniendi „ sunt, non sunt judicandi, sed tantum damnandi.Primus igitur ordo eorum, qui judicantur, et „ pereunt, opponitur illi „ ordini bonorum, de quo „ sunt, qui judicantur, „ et regnant. Secundus „ ordo eorum, qui non „ judicantur, et pereunt, „ opponitur illi ordini justorum, in quo sunt hi, „ qui non judicantur, et „ regnant. Tertius ordo „ eorum, qui judicantur, et „ regnant, illi ordini est „ contrarius, de quo sunt, „qui judicantur,et pereunt. „ Quartus ordo eorum,qui „ non judicantur,et regnant, „ opponitur illi contrario „ ordini., in quo illi sunt, „ qui non judicantur, et „ pereunt. „

rum imitatores, terrena deserentes, & cælestia contemplantes, ut aquila. Vel quia primum ordinem in Ecclesia positum Marcus figurat, qui est ordo Lectorum non exponentium, quæ legunt. Secundus ordo Subdiaconorum vitulo comparatur. Tertius vero Diaconorum per Matthæum significatur. Quartus Sacerdotum altiora contemplantium per Joannem significatur. Ideo sic ordinate ponuntur, quoniam in primo auditu prædicatio dura videtur auditoribus, & ad contemplandum difficilis; sicut de quibusdam discipulis legitur, qui dixerunt (1): *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Hæc etiam quatuor (2) animalia ad Christum congrue referuntur; ipse namque unigenitus factus est homo; ipse in sacrificio nostræ redemptionis dignatus est mori, ut vitulus; ipse resurrexit, ut leo, per suæ virtutem fortitudinis; Ipse post resurrectionem suam ascendens ad cælos, in superioribus est elevatus, ut aquila. Possunt autem etiam sub hoc intel-

(1) Joan. vi. 61.

(2) In Codicis margine hæc alio charactere verba leguntur: „ Ezechiel contra quare posuit Matthæum primum? Solutio: „ Ezechiel ordinem servavit historicum, Joannes vero virtutem aspiciens, quia a mortuis resurrexit; mundum quinimmo in se compulit credere, recte animal primum simile Leoni reposuit „

lectu hæc animalia fidelibus congruere ; omnis enim , qui in ratione perfectus est , homo est : Et quoniam se ipsum mortificat ab hujusmodi voluptatibus, vitulus est . Quia vero contra omnia adversa fortitudinem securitatis habet , leo est ; unde dicitur (1) *Justus autem quasi Leo confidens, absque terrore erit*. Qui autem sublimiter contemplatur ea , quæ cælestia sunt , et æterna , aquila est .

LIV.

DE SENIS ALIS , QUAS HABENT

Et unumquodque istorum animalium depingitur habere senas alas , quæ sunt sex opera Misericordiæ : *Esurivi* (2) , *& dedistis mihi manducare* ; *Sitivi* , *& dedistis mihi bibere* ; *Hospes eram* , *et collegistis me* ; *Nudus et operuistis me* ; *Infirmus* , *et visitastis me* ; *In carcere eram* , *et venistis ad me* . Quæ opera sunt dicenda alæ,quia illis volamus ad cælestem requiem .

LV.

DE OCULIS EORUM

Et hæc animalia plena oculis ante , et retro leguntur,hoc est, rationabilibus senten-

(1) Proverb. xxvIII. 1.
(2) Matth. xxv. 35.seq. Vulg. *cooperuistis* .

tiis animæ providentibus, ut oculi corpori; ante, hoc est, quia Evangelia habent ea, quæ futura sunt: Sicut illud Evangelii, quod dicetur in die judicii (1): *Venite benedicti Patris mei*: Et habent, quæ retro sunt, hoc est, præterita, ut Nativitas, et Passio. Vel quoniam præterita recolunt, et quæ futura sunt, denuntiant.

LVI.

DE ANGELO CUM DUABUS ALIS DEPICTO

Angelus cum duabus alis depictus significat geminam Dei, et proximi dilectionem, quibus volatur ad cælum, teste Augustino, hoc dicente (2): *Qui caret his geminis alis, non habet, unde volet ad regnum cælorum*. Vel duæ alæ sunt duo Testamenta, quibus Ecclesia est fulta.

LVII.

DE ANGELO, QUI TENET GLADIUM

Angelus, qui describitur habens gladium versatilem (3) ante januam Paradisi significat temporalem pœnam, quia ad patriam redire non possumus, nisi per pœnam temporalem. Vel habens romphæam acutam, hoc est, vitia secantem ex utraque parte, hoc est, tam

(1) Ibid. ver. 34. (2) Vide pag. 37. not. 2.
(3) Genes III. 24.

corporis, quam animæ. Vel Vetus, et Novum Testamentum. Vel acutum utraque parte, hoc est, minantem de præsenti morte animæ, et de futura gloria Sanctorum, et damnatione malorum. Vel propter dilectionem Dei, & proximi. Vel habens romphæam, hoc est, gladium versatilem, videli cet Divinam Scripturam, quæ vertit bonos ad vitam, malos ad mortem. Vel habens gladium, hoc est, prædicationem: Unde Apostolus (1): *Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei*. Utraque parte acutum; quia hinc culpas operis, illinc resecat illicitas cogitationes. Vel quia hinc electos dum percutit, a terrenis voluptatibus abscindens, in novæ vitæ conversatione vivificat; Illinc reprobos feriens litera occidit. Hoc gladio jugulantur ii, qui ob amorem cælestis patriæ parentes, ac carnales propinquos deserunt. Vel gladius utraque parte acutus, hoc est, Novum, & Vetus Testamentum, amputans in utraque parte, hoc est, bonorum, & malorum quosdam ad mortem, quosdam ad salvationem judicabit.

(1) Ephes. VI. 17.

LVIII.

DE ATRIO ECCLESIÆ

Per Atrium Ecclesiæ intelligimus hære ticos sola simulatione Ecclesiæ conjun ctos (1), qui foris Ecclesiam sunt, tamquan Atrium. Ipsi enim extra catholicam Ecclesia fidem, ejiciendi sunt foras per excommunica tionem. Dicit enim Scriptura (2): *Hæreti cum hominem post primam, et secundam cor rectionem devita*.

LIX.

DE CÆLO

Cælum etiam dicitur Ecclesia; und Dominus ait (3): *Ego sum ostium, per m si quis introierit, salvabitur*. Recte vero pe Cælum Ecclesia designatur; sicut enim Cæ lum a terra, deserens eam, sublimatur, & terram imbre irrigat, sic & Ecclesia, ho est, fidelium congregatio, terrena deseren ad alta tendit, & pluviam prædicationis, & abundantiam bonæ operationis suis subditi tribuit.

(1) Cod. *injunctos*

(2) Tit. III. 10. Vulg. *Hæ-reticum . . . post unam et*

(3) Joan. X. 9.

LX.

DE SOLE

Ipse enim (1) soli comparatur. Sol quippe habet ortum, & occasum; unde Salomon ait (2): *Oritur sol, & occidit sol, & ad locum suum revertitur*. Sol enim ortus est, quando Christus natus est; venit ad occasum, quando pro nobis mortuus est; & ad locum suum revertitur, quando ascendit in Cælum, unde descenderat: et dicitur sol, quia *illuminat* (3) *omnem hominem venientem in hunc mundum*, qui tamen meretur (4) illuminari. Et quia calefacit, unde Psalmista (5): *Non est, qui se abscondat a calore ejus*. Et quia urit; unde Dominus in Evangelio ait (6): *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Et quia incrementum dat, ut illud (7): *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum*

(1) Deesse videtur vox *Christus*.

(2) Eccle.I. 5. *Oritur sol, et occidit, et ad locum etc.*

(3) Joan.I. 9.

(4) Huc verba ista transtulimus, quæ in Cod. post illa *et dicitur sol* perperam leguntur. Hæc porro de merito ex gratia profecto, non de merito ex natura, intelligenda sunt.

(5) Psal. xvIII. 7.

(6) Luc. xII. 49.

(7) 1. Corinth.III. 6. *sed Deus incrementum etc.*

dedit. Sicut enim sol non potest videri, nisi purgatus sit oculus corporis, sic multo minus incomprehensibilis Dominus potest videri, nisi simplex & mundus fuerit oculus cordis. Quod autem sol videtur, quasi per speculum subtus aquam, vel glaciem, significat nos, qui quamdiu sumus in hoc mundo, Deum videre non possumus, nisi *per speculum* (1) *in ænigmate*; hoc est, nisi per Scripturam. Vel per solem, qui quandoque patitur eclipsim, possunt intelligi Majores in Ecclesia Dei, ut sunt Episcopi, præ aliis in Ecclesia lucentes, qui quandoque patiuntur eclipsim, hoc est, defectum nimiis præssuris, & tribulationibus hæreticorum; unde in Canticis dicitur (2): *Nigra sum, sed formosa filiæ Jerusalem*.

LXI.

DE LUNA

Luna (3) enim non de suo lumine fulget, sed a sole accipit lumen. Luna quippe desinit, ut crescat; crescit, ut desinat; ut doceat homi-

(1) Ibid. cap. XIII. ver. 12.
(2) Cant. 1. 4.
(3) S. Augustinus Enarrat. in Psal. X. num. 3. seq. Tom. IV. col. 59., et S. Isidorus in lib. *de Natura Rerum* cap. XVIII. *de Lumine lunæ* pag. 393., similia habent.

homines exorta morituros, ex morte victuros. Nonnunquam vero eadem Luna etiam Ecclesia accipitur; quia sic Luna a sole, sicut Ecclesia a Christo illuminatur. Vel Luna dicitur Christi humanitas, quæ lumen parat, quia exemplum bonæ operationis aliis tribuit, dicens (1): *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*. Et iterum (2): *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*. Possumus et in nobis ipsis habere solem, & Lunam; si enim studeamus & nos effici Cælum, habebimus in nobis luminaria scilicet solem, & Lunam, hoc est, Christum, & Ecclesiam ejus; ipse est enim lux mundi, quæ & Ecclesiam illuminat, sicut sol Lunam illuminat, ut per ipsam possit nox illuminari. Sic Ecclesia, suscepto Christi lumine, illuminat ignorantiæ tenebris excæcatos. Hæc etiam Luna patitur similiter aliquando eclipsim; quod significat fideles in nocte hujus mundi aliquantulum lumen fidei aliis dantes, qui (3) Dominum Creatorem suum derelinquunt, & diabolo, & operibus ejus inhærent.

(1) Joan. XIII. 15.
(2) Matth. XI. 29.
(3) Supplevimus *qui*.

LXII.

DE STELLIS, ET SIDERIBUS

Sidera, vel Stellæ sunt fideles in Ecclesia, qui & lumen doctrinæ, & sanctæ conversationis aliis administrant; & in semetipsis perficiunt, & in inferioribus lumen scientiæ demonstrant.

LXIII.

DE SCALA CÆLI

Vidit Jacob (1) in somnis Scalam stantem super terram, & cacumen illius tangebat cælum; & Angeli Domini ascendebant, & descendebant per eam. Somnus enim Jacob (2) mors, sive passio Christi est. Scala

(1) Genes. XXVIII. 12.

(2) Fusius S. Isidorus Comment. in Gen. c.XXIV. *De Scala, quam vidit Jacob* pag.435. scribit: „ Iste Jacob mors, sive passio „ Christi est. Lapis ad caput ejus, qui nominatim quodammodo dictus „ est, etiam Christus unctus significatur. Caput „ enim viri Christus est. „ Quis enim nescit, Christum ab unctione appellari? Domus autem Dei, „ quia ibi natus est Christus in Betlehem. Porta „ vero cæli, quia ibi in „ terram descendit: ibi iterum ad cælum conscendit. Erectio autem lapidis resurrectio Christi „ est. Porro Scala Christus est, qui dixit: *Ego „ sum via.* Per hanc ascendebant, et descendebant „ Angeli, in quibus significati sunt Evangelistæ, „ et Prædicatores Christi. „ Ascendentes utique, cum „ ad intelligendam ejus supereminentissimam Di-

enim Christus intelligitur, qui dicit (1): *Ego sum via, veritas, & vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Angeli autem ascendentes, & descendentes ii sunt, in quibus significati sunt Evangelistæ, et Prædicatores Christi; ascendentes utique, cum ad intelligendam ejus supereminentissimam Divinitatem excedunt universam creaturam, ut eum inveniant in principio Verbum Dei apud Deum, per quem facta sunt omnia: Descendentes autem, ut eum inveniant *Na-*

„ vinitatem, excedunt universam creaturam; ut eum inveniant verbum in principio, Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia. Descendentes autem, ut eum inveniant *factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret*. In illa enim scala a terra usque ad cælum, a carne usque ad spiritum, quia in illa carnales proficiendo, velut ascendendo spirituales fiunt. Ad quos lacte nutriendos, etiam ipsi spirituales descendunt quodammodo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: Ipse est sursum in capite suo, ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo Scalam intelligamus, quia ipse dixit. *Ego sum via*. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur, et ad ipsum descenditur, ut in membris suis parvulis nutriatur. Et per illum solum se erigunt, ut eum sublimiter expectent. Per ipsum etiam se humiliant, ut eum sublimiter, ac temperanter annuncient „.

(1) Joan. XIV. *6. et veritas*.

tum (1) *ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret*.

Illa etiam Scala a terra usque ad cælum, a carne usque ad spiritum, quia illi carnales proficiendo, velut ascendendo, spirituales fiunt; ad quos lacte nutriendos ipsi etiam spirituales descendunt; quodammodo cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ipse est sursum capiti suo, ipse deorsum corpori suo; quod est Ecclesia. Ipsum ergo Scalam intelligimus, quia ipse dicit (2): *Ego ſum via*. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur, & ad ipsum descenditur, ut in membris suis parvulus nutriatur; & per ipsum solum se erigunt, ut eum sublimiter expectent: per ipsum se humiliant, ut eum humiliter, ac temperanter annuntient. Vide Apostolum ascendentem (3): *Sive mente excessimus, Domino*; Deſcendentem (4): *Sive sobrii sumus, vobis*.

Ascendentes, et descendentes Angelos vidit, quia videlicet Sancti Prædicatores non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ, videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque, membra illius miseran-

(1) Galat.IV.4. seq.Vulg. *factum ex muliere etc.*

(2) Vide not.1. pag. super.

(3) II. Cor.V. 13. Vulg. *Sive enim mente excedimus, Deo*.

(4) Ibidem.

do, descendunt. Angeli Dei Sancti sunt Prædicatores; ipsi nempe ascendunt, dum de .... Unitate loquuntur, descendunt autem, cum de ejusdem prædicant Incarnatione. *Angelus* sane græce, latine *Nuntius*. Sancti ergo Prædicatores pulchre vocantur *Angeli*, quia sunt nuntii, *boni* videlicet.

LXIV.

DE ARCU CÆLESTI

De Arcu, qui apparet in nubibus cæli Clemens (1) Romanus Antistes, et Martyr

(4) S. Isidorus in lib. *de Natura rerum* cap. xxxI. *de Arcu* pag. 368. „ Clemens Romanus Antistes, „ et Martyr ita scribit „ (*Quamvis hæc, utpote falso adscripta Sancto „ Clementi, refellantur*): „ Arcus in aere ex imagine solis hoc modo formatur. Dum enim sol „ in nubibus rarescentibus „ exadverso refulserit, radiosque suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit, fit „ repercussio splendoris „ ejus in nubibus, e quibus fulgor emicans arcus „ speciem format. Sicut „ enim impressa cera an„nuli imaginem exprimit, „ sic nubes e contra ex rotunditate solis figuram „ sumentes orbem efficiunt, et arcus effigiem „ fingunt. Apparet autem „ hic non semper, sed cum „ rarescunt nubila cæli. „ Nam rursus cum in se „ coeunt nubes, atque densantur, confestim arcus „ formatus solvitur. In nubium enim densitate arcus aerem in perfecto gyro complectitur. Denique sine sole, et nubibus „ nunquam apparet arcus, „ quia ex ipsis radiis solis „ species ejus formatur.

ita historialiter scripsit: Arcus enim in a
ex imagine solis hoc modo formatur; c
enim sol in nubibus rarescentibus ex
verso refulserit, radiosque suos directa
nea humori nubiloso transfundens imp
serit, fit repercussio splendoris ejus in
bibus, ex quibus fulgor micans arcus s
ciem format. Denique sine sole, et
bibus nunquam apparet arcus', sed c
rarescunt nebulæ cæli, ex tepore radii
lis species ejus formatur. Quadricolor e
est, et ex omnibus elementis in se rapit s
cies. De cælo enim trahit igneum colore

„ Quadricolor enim est, „ et ex omnibus elementis „ in se rapit species. De „ cælo enim trahit igneum „ colorem, de aquis pur- „ pureum, de aere album, „ de terris colligit nigrum. „ Hic autem Arcus pro eo „ quod a sole resplendet „ in nubibus, Christi glo- „ riam indicat in Prophe- „ tis, ac Doctoribus reful- „ gentem. Alii duobus „ coloribus, idest, aquo- „ so, et igneo duo judicia „ significari, dixerunt. „ Unum, pro quo dudum „ impii perierunt in dilu- „ vium; alterum, per „ quod postmodum pecca- „ tores cremandi sun „ inferno. „ Idem S.I Comment.in Genes. *D ca, sive de Diluvio* *di* cap.VII. pag.424.co „ Testamentum Deus „ suit inter se, et hom „ atque omnem ani „ vivam, ne perdat „ diluvio: arcum sci „ qui apparet in nub „ qui nunquam, nis „ sole resplendet. Illi „ non pereunt diluvic „ in Prophetis, et in c „ bus divinis Scripti „ tamquam in Dei nub „ agnoscunt Christi „ riam, et non qua „ suam. „

de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Hic autem arcus pro eo quod a sole resplendet in nubibus, Christi gloriam indicat in Prophetis, ac Doctoribus refulgentem. Alii ex duobus coloribus, hoc est, aquoso, et igneo duo judicia significari, dixerunt. Unum, propter quod impii perierunt in diluvio; alterum, propter quod postmodum peccatores cremandi sunt in inferno. Ille enim, ut prædiximus, nunquam nisi de sole resplendet; illi enim non pereunt in diluvio, qui in Prophetis, et omnibus Divinis Scripturis, tamquam in Dei nubibus Christum agnoscunt. Arcus vero iste, qui diversis coloribus in nube apparere videtur, est signum propitiationis a tempore diluvii positum inter Dominum, et homines, tuncque fit arcus in cælo, cum radiis solis imbrifera nubes fuerit illustrata, quia dum claritas lucis æternæ, et sol justitiæ carnem assumpsit, reconciliatio facta est mundo. Possunt in arcu mysteria figurari Baptismatis, quo baptizamur (1) aquis in memoriam passionis Filii Dei: Sicque percipimus gratiam Spirtus Sancti; unde Dominus ait (2): *Ignem veni mittere in terram*.

(1) Cod. *baptizantur*. (2) Lucæ cap. XII. ver. 49.

LXV.

DE EODEM

Ait enim Joannes Evangelista in Apocalypsi (1): *Et Iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ* (2). *Iris*, hoc est, Divina propitiatio erat in circuitu sedis, hoc est, in protectione Ecclesiæ, quæ est sedes Dei. *Similis visioni smaragdinæ*, secundum viriditatis colorem: Smaragdus enim præ nimia viriditate arborum folia, et herbas juxta se positas superat; oculorum etiam acumen turbatum, vel lippatum recreat. Hoc idem etiam Dei pietati convenit; ipse enim Dominus oculum nostrum, erroris caligine primi parentis turbatum, carnem assumendo misericorditer recreavit, et nos per primum hominem in peccato mortuos sibi reconciliavit, & nos cum Deo semper esse facit. Iris formam curvati arcus habet sine chorda: extendendo arcum, innuit, se potestatem habere nos destruendi; sed absentia chordæ significat, nos peccantes in hoc præsenti tempore tolerare; unde ipse ait (3): *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat*. Et Apo-

(1) Apocalyp. IV. 3.
(2) Cod. *Smaragdinis*.
(3) Ezech. XXXIII. 11. *Nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a vita sua, et vivat*.

stolus ait (1) : *Ignoras homo , quoniam patientia Dei , & benignitas ejus ad pænitentiam te adducit?* Quæ chorda in die judicii arcui est adjungenda; unde Psalmista (2): *Reddet unicuique secundum opera sua* . In hoc arcu tres colores designantur : rubeus , viridis , et glaucus . Rubeus justitiam , et Dei visionem significat ; sicut enim ignis cito comburit , sic et Dei justitia , et ultio nos consumet , si nostras respexerit iniquitates . Sed viriditas majora obtinens temperat rubedinem , cum Dominus in hoc mundo magis misericordiam , quam ultionem exerceat . In fine vero rubedo prævalebit , cum nos secundum merita tantum judicabit ; et tunc in conspectu ejus ignis ad devorandos malos ardebit ; unde Psalmista (3) : *Ignis in conspectu ejus ardebit* (4) . Glaucus autem color in medio existens ex utroqùe colore fit , & (5) significat,pro timore judicii, et pro spe divinæ remunerationis , jejunando , et abstinendo sanctos debere esse , et pallidos .Serenitas enim gaudium significat lucis æternæ .

(1) Rom. II. 4. Vulg. *Ignoras , quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit ?*

(2) Psal. LXI. 13. Vulg. *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua* .

(3) Psal. XLIX. 3.

(4) Sic antiqua Versio. Vulg. autem *exardescet* .

(5) Supplevimus *et* .

LXVI.

DE NUBIBUS

Nubes enim homines sunt, dilectione frigentes, qui etiamsi existimantur candidi puritate Baptismatis, non fervent spiritu charitatis. Nubes quippe ad altiora suspenditur, sed densata vento impellitur, ut currat; calore autem solis dissipatur, ut evanescat. Sic nimirum corda sunt hominum, quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emicant: impulsà autem maligni spiritus flatu, pravis desideriorum suorum motibus huc, illucque pertrahuntur; sed districto respectu superni Judicis, quasi solis calore liquefiunt, & locis pœnalibus tradita, ad operationis usum non ultra redeunt.

LXVII.

DE EODEM

Nubis appellatione peccator exprimitur, qui tentationis impulsione commovetur. Vel nubem, carnem nostri Redemptoris possumus accipere; unde Psalmista (1): *Qui ponis nubem ascensum tuum*. Quia sicut in nube ascendit Deus, & homo, ita descendet Deus, & homo ad judicandum; quod intelligitur in nube. Nubes enim inferius frigida

(1) Psal. CIII. 3.

eſt, unde intelligitur humanitas: Superius calida, & inde Divinitas percipitur. Hanc nubem diligamus, quæ perpetua est, & quæ a mundi ardore nos protegit; cui sedens Dominus venit in Ægyptum, & omnium Ægyptiorum simulacra confregit. Amemus illum rorem, de quo Moyses loquitur (1) *Descendant sicut ros verba mea*.

LXVIII.

DE PLUVIA

Pluviæ (2) vero nubium sunt eloquia Apostolorum, quæ quasi guttatim, hoc est, sententialiter veniunt, sed abundantius doctrinæ fœcunditatem infundunt.

LXIX.

DE NIVE.

Nix vero homines increduli ſunt, frigidiſſimi, atque pigri, & ad infima torpore mentis depreſſi. Vel aliter: Nix ſignificat fideles, qui ſunt virtutibus candidi. Nix tria habet; alba est, & desuper venit, & fri-

(1) Deuter. xxxII.2. Ita Versio LXX. Vulg. vero *Concrescat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum*.

(2) Hæc fere ad literam ex S. Isidoro Lib. *de natura rerum* cap. xxxIII. *de Pluviis* pag.369. col.2., sicut et ea, quæ proxime habet Anonymus noster de Grandine, Tempestate, et de Ventis, ex c.xxxv. seqq. sumpsit.

gus emittit. Sic fideles candidi sunt virtutibus, hoc est, patientia, humilitate, castitate; & alios a vitiis refrigescere faciunt; & quod habent, desuper venit; unde dicitur (1): *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.*

LXX.

DE GRANDINE

Grando (2) namque perfidia duritiæ est, torpore malitiæ frigida.

LXXI.

DE TEMPESTATE

Tempestas turbo est Divini judicii, sicut Propheta (3) ait: *Dominus in tempestate, & turbine viæ ejus.*

LXXII.

DE VENTIS

Venti enim interdum Angelorum intelliguntur spiritus, qui a secretis Dei ad salutem humani generis per universum mundum mittuntur. Item nonnunquam venti per spiritum incentoris poni solent, pro eo

(1) Jacob. I. 17.

(2) S. Isidorus lib. citat. cap. XXXV. „ Dum per longum spatium a nubibus „ usque ad terras decurrit figuraliter grando, „ perfidiæ duritia est, torpore malitiæ frigida „.

(3) Nahum I. 3.

quod malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succendunt, secundum quod scriptum est (1): *Tollit eum urens ventus*.

LXXIII.

DE FULMINIBUS

Ajunt (2) autem naturalium scrutatores causarum, quod ex collisione, atque attritu

(1) Job. xxvII. 2. Vulg. *Tollet eum ventus urens*.

(2) S. Isidorus in lib. cit. cap. xxx. *de Fulminibus* pag. 368. col. 2. „ Ajunt „ naturalium scrutatores „ causarum, quod ex col- „ lisione, atque attritu nu- „ bium fulgura generen- „ tur, ad instar silicum du- „ riorum, quos cum expul- „ seris invicem sibi, me- „ dius ex his ignis elabi- „ tur; vel quemadmodum, „ si lignum ligno teras, „ ignem emittit: Unde et „ Papinius: Fulguraque at- „ tritis quotiens micuere „ procellis. Hac itaque ra- „ tione, cum nubila invi- „ cem in se fuerint collisa, „ illico fulmina emittun- „ tur. Dehinc sequuntur „ tonitrua, quæ licet so- „ nitu tardiora sint, præce- „ dente concursi luminis „ claritate, pariter tamen „ cum fulgore emittuntur. „ Sed eorum sonitus tar- „ dius penetrat aures, quam „ oculos splendor fulgoris, „ ad instar securis arbo- „ rem procul cædentis, cu- „ jus quidem ante cernis „ ictum, quam ad aures „ perveniat sonitus. Ergo „ nubium attritu fulmina „ nascuntur. Nunquam „ enim sereno cælo fulgu- „ ra micuerunt. Unde et „ Virgilius: Non alias cælo „ ceciderunt plura sereno „ fulgura. Fit enim fulmen „ nube, imbre, et vento. „ Nam cum ventus in nu- „ bibus vehementer agita- „ tus est, sic incalescit, ut „ incendatur. Dehinc, ut

nubium fulgura generantur, ad instar silicum duorum, quos cum pulsaveris invicem sibi, medius ex his ignis elabitur. Vel quemadmodum si lignum teratur, ignem emittit. Hac itaque ratione, cum nubila invicem in se fuerint collisa, illico fulmina emittuntur. Dehinc sequuntur tonitrua, quæ licet sonitu tardiora sint, præcedunt concussi luminis claritate luminaria magna. Pariter tamen, cum fulgura emittuntur, sed eorum sonitus tardius penetrat, quam oculis splendor fulguris; ad instar securis arborem cædentis, cujus quidem ante cernis ictum, quam ad aures per-

„ prædictum est, fulgura, „ et tonitrua simul exprimuntur: sed illud celerius videtur, quod clarum est, hoc autem tardius ad aures pervenit. „ Post fulminis autem jactum ventorum erumpit „ violentia: sicque furorem tempestatis, quam „ in nubibus conclusi agebant, exeuntes ad terras emittunt. Lucretius „ autem dicit, fulmina ex „ minutis seminibus constare, adeo penetrabilia, „ ut ubicumque fulmen ceciderit, fulgorem ardoris emittat. Virgilius: Et „ late circum loca fulgure „ fumant. Et Lucanus: Ætereoque nocens fumavit „ sulphure ferrum. In fulminibus Sanctorum accipiuntur miracula, claritate signorum, ac virtutum micantia, atque „ ad intima cordis pervenientia. Sublimia loca „ amplius sentire dicuntur „ ventorum, vel fulminis „ injuriam, quam humilior „ terra. Unde et Horatius: „ Feriuntque summos fulgura montes „. Confer Orig. lib. XIII. cap. IX. *de Fulminibus* pag. 178.

veniat sonitus. Ergo nubium attritu fulmina nafcuntur: nunquam enim fereno cælo fulgura micuerunt; unde Virgilius (1):

Non alias cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura.

Fit enim fulmen nube, imbre, & vento; nam cum ventus in nubibus vehementer agitatus est, sic incalefcit, ut accendatur. Dehinc, ut prædictum est, fulgura, & tonitrua simul exprimuntur: sed illud celerius videtur, quia clarum est; hoc autem ad aures tardius pervenit. Ubicumque autem fulgura ceciderunt, fulphuris odorem emittunt; unde Virgilius (2)

Et late circum loca sulphura fumant.

Inde Lucanus (3):

Æthereoque nocens fumavit sulphure ferrum.

Sublimia enim loca amplius sentiunt fulmina, quam humilior terra; unde Oratius (4):

. . . . *Feriuntque* (5) *summos*
Fulgura montes.

Nimis autem excelsiora loca tempestatibus, & fulminibus sunt secura; ut Olympus, qui

(1) Georgic. lib.I.Tom.I. Edit.Leovardiæ,MDCCXVII. ver.487. pag.159.

(2) Æneid. lib.II. Tom.I. ver.698. pag.481.

(3) Lib.VIII.ver.60. p.321.

(4) Carmin. lib.II. Ode X. ver.XI. pag. 189. „ Decidunt turres, feriuntque „summos fulmina montes„.

(5) Cod. mendose *feruntur que*.

celsitudine sua, nec impetus ventorum, nec ictus fulminum sentit, quia nubes excedit.

In fulminibus Sanctorum accipiuntur miracula, claritate signorum, ac virtutum micantia, atque ad intima cordis pervenientia. Tonitrua autem clara prædicatio Sanctorum est, quæ forti clamore per totum orbem terrarum in auribus fidelium perstrepit, per quod possit culpam suam agnoscere mundus. Mundus est universitas omnis, quæ constat ex cælo, & terra. De quo Apostolus (1) ait: *Præterit enim figura hujus mundi*. „ Et „ si (2) alius a Domino Christo significatus „ est mundus, ille congruentius possit intel- „ ligi, in quo erit Cælum novum, & terra no- „ va; quoniam complebitur, quando oramus, dicentes: *Adveniat* (3) *Regnum tuum*. Secundum autem mysticum sensum mundus competentem hominem significat, quia sicut ille ex quatuor concretus est elementis, ita et iste ex quatuor constat humoribus concretus; scilicet igneo, aereo, aquoso, atque terreno. Ratio ignis in calore vitali, ratio aeris in spiritu, ratio humoris in sanguine, ratio terræ in carne. Nunc, quomodo quatuor hæc elementa spiritualiter sunt intelligen-

(1) I. Cor. vII. 31.

(2) S. Augustinus Retract. lib. I. Tom. I. cap. III. numer. II. col. 6.

(3) Matth. vI. 10. Luc. xI. 2.

genda, expediamus. Quatuor continet ignis; urit, calefacit, purgat, illuminat. Ita Spiritus Sanctus urit vitia, calefacit virtutes, purgat animam, illuminat cor. Aer autem iste inanis, & tenuis vacuas hominum mentes, vagasque significat. Itaque aqua, ut ignis, spiritualiter quatuor continet; satiat, lavat, mortificat, vivificat; ita Spiritus Sanctus satiat animam, lavat peccata, mortificat vitia, virtutes vivificat. Quarta pars est terrena, quia de terra sumpta est, quam dæmones ad terrena desideria succendunt.

LXXIV.

DE TERRÆMOTU

Sapientes (1) mundi dicunt, terram in

(1) Hæc pariter ex S. Isidoro *de Natura Rerum* cap. XLV. pag. 373. „ Sapientes dicunt, terram „ in modum spongiæ esse, „ conceptumque ventum „ rotari, et ire per cavernas. Cumque tantum „ ierit, quantum terra capere non possit, huc, atque illuc ventus fremitum, et murmura mittit. „ Dehinc quærentis viam „ evadendi, dum sustinere „ eum terra non potuerit, „ aut tremit, aut dehiscitur, ut ventum digerat. „ Inde autem fieri terræmotum, dum universa „ ventus conclusus concutit. Unde et Salustius: „ Venti, inquit, per cava „ terræ præcipitati, rupti „ aliquot montes, tumulique sedere. Ergo, ut diximus, tremore terræ, vel „ spiritu venti per cava „ terræ, ruina inferiorum, „ motusque inde existit. „ Sic enim et Lucanus ait:

dum spongiæ esse, conceptumque (1)
ıtum rotari, & ire per cavernas; cum
e tantum ierit, quantum terra capere non
ssit, huc, atque illuc ventus fremitum,
murmura mittit. Dehinc quærentes
m (2) evadendi, dum sustinere eam ter-
non possit, aut tremit, aut dehiscit,
ventum generet; Inde ajunt fieri terræmo-
n, dum universam terram ventus inclusus
ıcutit. Terræmotum autem illuc assidue
ri, ubi cava terrarum sunt, in quibus
ıti ingrediuntur, et terræmotum faciunt.
m ubi arenosum est, et solida est terra,
n ibi fit terræmotus. Hujus autem terræ
nmotio pertinet ad judicium; quoniam
:catores, & terreni homines spiritu oris
i concussi commovebuntur. Item terræ
nmotio hominum terrenorum est ad fidem

'erraque dehiscente in-
olitis tremuerunt mo-
bus alpes. Terræmo-
ım autem illuc assidue
eri, ubi cava terrarum
ınt, in quibus venti in-
rediuntur, et faciunt
:rræmotum. Nam ubi
:enosum est, aut solida
ıt terra, non ibi fit ter-
æmotus. Terræ autem
ıotio pertinet ad judi-
ium, quando peccato-
„ res, et terreni homines
„ Spiritu oris Dei concussi
„ commovebuntur. Item
„ terræ commotio homi-
„ num terrenorum est ad
„ fidem conversio. Unde
„ scriptum est: *Pedes ejus*
„ *steterunt*, *et mota est*
„ *terra*, utique ad creden-
„ dum.

(1) Cod. mendose *conceptam que vento rotari*.

(2) Cod. *vim*.

converſio. Unde scriptum est (1): *Pedes ejus steterunt, et commota est terra*, et utique ad credendum.

LXXV.

DE CHRISTIANIZANDIS, ET BAPTIZANDIS PUERIS

Is (2) enim, qui ad Ecclesiam venit, prius de fide interrogatur, qui postquam credere respondet, Sacerdos ei in faciem insufflat, ut spiritus superbus pellatur (3), et Sancto Spiritu malignus spiritus ejiciatur: adest enim (4) Spiritus Sanctus non solum verbis, quæ dicuntur in nomine suo, verum etiam significationibus, quæ fiunt in honore ſuo. Deinde in Ecclesiam introducitur, et fidelium populo sociatur. Ac sic Sacerdos ei sal ponit in ore, per quod quid significetur, supra (5) in *Conſecratione Ecclesiæ* diximus.

(1) Abacuc III. 5. et 6. Vulg. habet. *Et egredietur Diabolus ante pedes ejus, stetit, et mensus est terram*; ex Versione LXX. legitur: *Ante faciem ejus ibit Verbum, et egredietur in campos ad pedes ejus, stetit, et commota est terra.*

(2) Integer hic Numerus sumptus est ex eodem Sancti Brunonis Opusculo, ex quo Num. I., Vide pag. I. not. I.

(3) Acherius *ut spiritus spiritu pellatur*. Edit. Ven. et Lugd. *ut Spiritus Sanctus ingrediatur*.

(4) Editt. addunt, *ut modo diximus*.

(5) In Editt. *superius diximus*.

Hoc enim sal prima fidei documenta significat, sine quorum condimento insulsus est omnis homo. Postmodum vero nares ejus, et aures saliva (1) tangit; quod ipse Dominus, et Salvator noster tunc nobis exposuit, quando exiens de finibus Tyri, et veniens per Sidonem ad mare Galilææ sanavit hominem surdum, et mutum; expuens enim tetigit linguam ejus, et ponens digitos suos in auriculas ejus, dixit: *Ephpheta*, quod est *adaperire*. *Et statim*, ut ait Evangelista (2), *apertæ sunt aures, et solutum est vinculum linguæ ejus, et loquebatur recte*. Saliva igitur Christi dulcedo (3) verborum defluentium ex ore Christi, et ipsa Divinitas Christi nos satiat (4).. Nares itaque ejus (5) tanguntur, ut Divinam virtutem suscipiant, qua bonum a malo discernant odorem, et sanam doctrinam separare valeant ab odore hæreticæ pravitatis. Hinc enim Ecclesiæ dicitur (6): *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum*. Tanguntur autem et aures, ut verbis Evangelicis pateant, et vanas, et inutiles fabulas a se repellant; *Corrumpunt* (7)

(1) Editt. *cum saliva*.

(2) Marci cap. vII. ver. 35. ubi *aures eius*, quod pariter habent Editt.

(3) Edit. Ven. et Lugd. *dulcedo est etc.* Ach. *dulcedo verborum Dei etc.*

(4) Edit. Ven. et Lugd. *sanat*.

(5) Editt. *ei*.

(6) Cantic. vII. 4.

(7) I. Cor. xv. 33.

enim *mores bonos colloquia mala* . Deinde ad Baptismum veniens prius in pectore, et inter scapulas oleo ungitur, quatenus intelligat, sine misericordiæ oleo, etiamsi baptizetur, se tamen Deo (1) placere non posse. Et de oleo quidem supra *de Consecratione Ecclesiæ* diximus. Bene autem quod (2) in pectore ungitur, ubi est cor, memoria, ratio (3), & intellectus; quatenus semper misericordiam in mente habeat, & nunquam pietatis, & misericordiæ obliviscatur. Sed quia non sufficit, ut misericordia in mente solummodo habeatur, nisi et opere exerceatur, ungitur etiam & inter scapulas, ut audiat Apostolum dicentem (4): *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*. In scapulis enim, et super humeros feruntur onera: Hoc enim ipse Dominus ostendit, dicens de Pharisæis (5): *Quia alligant onera gravia, et importabilia, et imponunt in humeros hominum*. Oleum igitur a corde transfertur ad scapulas, quando misericordia, quæ in mente concipitur, opere perficitur. De Baptismo autem supra *de Conse-*

(1) Apud Acher. desideratur *Deo*.

(2) Edit. Ven. et Lugd. *quidem*.

(3) Ach. mendose *ubi est commemoratio*.

(4) Galat. VI. 2.

(5) Matth. XXIII. 4. *Alligant enim onera etc.*

cratione Ecclesiæ satis dictum est (1). Postquam autem baptizatus est homo, ungitur Chrismate a Sacerdote in vertice, in quo simul et nomen Christi, et humilitatem suscipiat: utrumque enim, et Christus, et Christianus a Chrismate nominatur. Et bene quidem signum Crucis, et nomen humilitatis in vertice describitur, ubi ipsa superbia sedere videbatur; semper enim superbia superiora petit; unde inclinato capite humiles, et erecta cervice superbos stare videmus. Hos humilitas inclinat, illos superbia erigit. Sed quid dicit Scriptura? *Veruntamen* (2) *Dominus conquassabit capita inimicorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis*. Hac igitur unctione superbia tollitur, et humilitas commendatur. Deinde suscipit vestem candidam, per quam interioris, et exterioris hominis castitas, et puritas figuratur. Audiat Scripturam dicentem (3): *Omni tempore sint vestimenta tua candida*.

LXXVI.

DE EODEM

Dominus noster Jesus Christus servis (4)

(1) Quæ sequuntur usque ad Numeri finem, leguntur apud S. Brunonem loc. cit. pag. 144. iisdem plane verbis, inverso tamen ordine.

(2) Psal. LXVII. 22. *Deus confringet*.

(3) Eccle. IX. 8.

(4) S. Augustinus Exposit. in Evang. Joan. Tract. V.

baptizandi ministerium dedit;nec tamen multis eorum baptizandi potestatem contulit; sed sibi eam reservavit; unde Joannes Evangelista ait (1) : *Super quem videritis Spiritum descendentem , et manentem super eum , hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto* . Sed quomodo dicit : *Hic est , qui baptizat in Spiritu Sancto* ? Numquid non Apostoli , omnesque Christi Sacerdotes in Spiritu Sancto baptizant? Revera quoscumque Apostoli , Christique etiam nomine Sacerdotes Baptismatis aqua lavant , ipse solus eos in Spiritu Sancto baptizat , quia ipse tantum solus per Spiritus Sancti gratiam peccata relaxat. Ipsius quippe solius est peccatorum nexus solvere , Sanctique Spiritus dona tribuere . Item magnopere quaerendum est , quid sit, quod Joannes Evangelista dicit (2) : *Audierunt Pharisaei , quia Jesus baptizat* ; deinde mox subjungit (3) : *Quamquam Jesus non baptizaret , sed discipuli ejus* . Baptizabat namque Jesus, et non baptizabat ;

num.7. Tom.III. Part.II. col.323. " Sibi tenuit Dominus baptizandi potestatem , servis ministerium dedit ". Ex quibus verbis posuimus *nec tamen* cum in Cod. legeretur *sed tamen*. Confer, quae habet inferius num.20. col.330. , et Tract.VI. num.6.et seqq. col.332. seqq.

(1) Joann. I. 33. *Super quem videris* .

(2) Ibidem IV. I. *Audierunt Pharisaei , quod Jesus plures discipulos facit , et baptizat* .

(3) Ibid. ver.2.

Baptizabat enim, quia ipse mundabat; non baptizabat, quia non ipse aqua (1) tingebat. Præbebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adjutorium majestatis. Quando

(1) Fusius S. Augustinus Exposit. in Evang. Joannis cap.I.Tract.xv. num.3.seq. Tom.cit. col.408. „ Quid „ ergo ? Falsum dictum „ erat, et correctum est, „ cum additum est: *Quamquam Jesus non baptizabat, sed discipuli ejus* ? „ An utrumque verum est, „ quia et Jesus baptizabat, „ et non baptizabat ? Baptizabat enim, quia ipse „ mundabat, non baptizabat, quia non ipse tingebat. Præbebant Discipuli „ ministerium corporis, „ præbebat ille adjutorium „ majestatis. Quando enim „ cessaret a baptizando, „ quamdiu non cessat a „ mundando ? De quo dictum est ab eodem Joanne, per Joannis Baptistæ „ personam dicentis: Hic „ est, qui baptizat. Ergo „ Jesus adhuc baptizat: et „ quousque baptizandi sumus, Jesus baptizat. Securus homo accedat ad „ inferiorem ministrum; „ habet enim superiorem „ magistrum. Sed forte ait „ aliquis: baptizat quidem „ Christus in spiritu, non „ in corpore: Quasi vero „ alterius dono, quam illius, quisquam etiam sacramento corporalis, et „ visibilis Baptismatis imbuatur. Vis nosse, quia „ ipse baptizat non solum „ spiritu, sed etiam aqua? „ Audi Apostolum: Sicut „ Christus, inquit, dilexit „ Ecclesiam, et seipsum „ tradidit pro ea, mundans „ eam lavacro aquæ in verbo, ut exhiberet ipse sibi „ gloriosam Ecclesiam, non „ habentem maculam, aut „ rugam, aut aliquid hujusmodi. Mundans eam. „ Unde? Lavacro aquæ in „ verbo. Quid est Baptismus Christi? Lavacrum „ aquæ in verbo. Tolle „ aquam, non est Baptismus: tolle verbum non „ est Baptismus. „

enim cessat a baptizando? quando cessat a mundando? Adhuc ergo Jesus baptizat, et quousque baptizandi sunt homines, semper ipse baptizat. Sed fortasse dicit aliquis: Baptizat quidem Christus in Spiritu, non tamen in corpore, quasi vero alterius dono, quam illius, quisquam etiam Sacramento corporali, et visibili imbuatur. Vis nosse, quia ipse baptizat non solum Spiritu, sed etiam aqua? Audi Apostolum dicentem (1): *Sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquæ in verbo*. Ecce Christus mundat Ecclesiam suam, sed lavacro aquæ in verbo. Quid est enim aliud Baptismus Christi, nisi lavacrum aquæ in verbo? Tolle aquam, vel verbum, non est Baptismus. Junge ergo verbum, et elementum, et fit Sacramentum; ait enim B. Ambrosius (2): Baptismus Ecclesiæ est mors Christi. Et ita ab inquinamento mundatur anima, ut in pane, et vino, Corpore, et Sanguine Christi sui, mentem suam ad æternitatem fidelis reficiat.

(1) Ephes. v. 25. 26. *Sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ*.

(2) Forte lib. II. de Sacramentis cap. II. numer. 6. Tom. III. Opp. Edit. Venet. MDCCLI. col. 448. „Unde sit Baptisma, nisi „de Cruce Christi, de morte Christi?„

Per ablutionem, quæ corpori extrinsecus adhibetur, purgatio animæ exprimitur, quam fides interior operatur; utrumque enim lavat, purgat, purificat; illud carnem, hoc mentem. Natura vero spiritus invisibilis est, carnis vero visibilis; atque ideo carnalis generatio visibiliter administratur visibilibus incrementis. Qui in carne nascitur, per peccatum momenta perficit; Spiritualis autem generatio tota invisibiliter agitur. Nam videtur quidem qui baptizatur, in fontem descendere, aquis intingi, de aquis ascendere: quid autem in illum lavacrum regenerationis egerit, minime potest videri. Sola hoc fidelium pietas novit, quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit; filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit; filius prævaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit; descendit filius iræ, sed ascendit filius misericordiæ; descendit filius diaboli, sed ascendit filius Dei. Sola hæc Ecclesia mater, quæ generat, novit. Ceterum oculis insipientium videtur talis exire de fonte, qualis intravit; totumque ludus esse, quod agitur; unde in fine videntes gloriam Sanctorum dicent gementes in tormentis (1): *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum*.

(1) Sap. v. 3. *quos habuimus aliquando etc.*

LXXVII.

DE EODEM

Qui autem ex aqua, et Spiritu regeneratur invisibiliter, in novum mutatur hominem; et de carnali efficitur spiritualis; unde Dominus in Evangelio (1): *Quod natum ex carne, caro est, et quod natum est ex Spiritu, Spiritus est*. Qui ideo recte non solum *Spiritualis*, sed etiam *Spiritus* vocatur, quia sicut substantia Spiritus invisibilis est nostris aspectibus, ita is, qui per gratiam Dei renovatur, invisibiliter fit spiritualis, et Dei filius, cum visibiliter omnibus appareat caro, et hominis filius: Ipse enim, qui ita regeneratur ex aqua, et spiritu, invisibiliter agente Spiritu Sancto, incipit esse, quod non erat; ita ut infideles nesciant, unde Spiritus Sanctus veniat, et quo vadat; a gratia namque regenerationis venit in adoptionem filiorum Dei, et vadit in perceptionem regni cælestis. Hinc est enim, quod legitur in Evangelio (2): *Spiritus, ubi vult, spirat; et vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat, et quo vadat*.

In Baptismo parentum mutantur et nomina, ut omnia resonent novitate.

(1) Joan. III. 6. *Quod natum est ex carne etc.*

(2) Ibid. ver. 8. Vul. *aut quo vadat*.

LXXVIII.

DE DIVERSITATE BAPTISMI

Ait enim Augustinus *in libro de Fide* (1) *ad Petrum*: „Ex illo tempore,quo Salvator dixit: „ *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , et Spiritu* „ *Sancto,non intrabit in regnum cælorum*; ab- „ sque Sacramento Baptismatis præter eos , „ qui in Ecclesia sanguinem suum fundunt , „ aliquis vitam æternam accipere non po- „ test„. Item Augustinus *in lib.*xiv.(2) de Civitate Dei : „ Quicumque non percepto „ regenerationis lavacro , pro confessione

(1) Liber de fide ad Petrum,Veterum aliquot Mss. authoritate olim S. Augustino vulgo tributus , est S. Fulgentii . Vide Maurinorum admonitionem in eumdem librum in Appen. ad Tom.vi. Opp. S. Augustini col.17. et 18. Habet autem S. Fulgentius hoc modo cap.iiI. num.43. in App. ad Tom. cit. col. 27. „ Quemadmodum , et ex „ illo tempore , quo Salvator noster dixit, *Si quis* „ *renatus non fuerit ex* „ *aqua, et Spiritu Sancto* , „ *non potest introire in re-* „ *gnum Dei*; absque Sa- „ cramento Baptismi, præter eos, qui in Ecclesia „ Catholica sine Baptisma- „ te pro Christo sanguinem „ fundunt, nec regnum cæ- „ lorum potest quisquam „ accipere, nec vitam æter- „ nam . „

(2) Corrige lib. xiiI. cap.viI. Tom.viI. col.329. „ Quicumque etiam non „ percepto regenerationis „ lavacro pro Christi con- „ fessione moriuntur, tan- „ tum eis valet ad dimit- „ tenda peccata , quantum „ si abluerentur sacro fon- „ te Baptismatis . „

„ Christi moriuntur, tantum valet eis ad „ dimittenda peccata, quantum si ablueren- „ tur sacro fonte Baptismi. Item (1): Nul- „ lum Catechumenum, quamvis in bonis „ operibus defunctum, vitam æternam ha- „ bere credimus, excepto martyrio, ubi Bap- „ tismi tota Sacramenta implentur „. Hæc enim sic sunt intelligenda, ut soli habentes tempus excipiantur. Si enim aliquis habens fidem, et charitatem voluerit baptizari, et non potest, necessitate præventus; supplet Omnipotentis benignitas, quod Sacramento defuerat.

LXXIX.

DE PARVULIS SINE BAPTISMO MORIENTIBUS

Parvulis enim non sufficit fides sine Sacramento Ecclesiæ, qui, si absque Baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferuntur ad Baptismum, damnabuntur; ait enim Augustinus *in lib. de Fide ad Petrum* (2): „ Fir-

(1) Gennadius in lib. de Ecclesiasticis Dogmatibus cap. XLI. in Append. ad Tom. VIII. Opp. S. Augustini, cui olim hoc opus adscribebatur col. 79.

(2) S. Fulgentius lib. cit. cap. XXVII. num. 70. in Append. ad Tom. VI. S. Augustini col. 31. „ Firmissime „ tene, et nullatenus dubi- „ tes, non solum homines „ jam ratione utentes, ve- „ rum etiam parvulos, qui „ sive in uteris matrum vi- „ vere incipiunt, et ibi „ moriuntur, sive jam de „ matribus nati, sine Sa

„ missime tene, parvulos, qui vel in uteris „ matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, vel de matribus nati sine Sacramento „ Baptismi de hoc seculo transeunt, æterno supplicio puniendos. „

LXXX.

DE EODEM

Parvuli (2) enim ex primi hominis origine rei tenentur, qui voluntate peccavit; quoniam libero, & ad faciendum, & ad non faciendum motu animi non carebat, eique ab opere malo abstinendi summa potestas erat.

LXXXI.

DE PECCATO PRIMI HOMINIS

Peccatum primi hominis ex libera voluntate perpetratum est; non enim ille tentator coegit, sed suasit, ut hoc fieret. Nesciens homo, peccatum esse, quod fecit; volens tamen fecit. Est enim voluntas animi motus, cogente nullo, ad aliquid, vel non amittendum, vel adipiscendum. Quod propterea dictum est, ut hac definitione volens a no-

„ cramento S. Baptismatis, „ quod datur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus „ Sancti, de hoc seculo „ transeunt, ignis æterni „ supplicio sempiterno puniendos „.

(2) S. Augustinus Retract. lib. I. cap. xv. num. 2. Tom. I. col. 23.

lente discerneretur. „ Peccatum enim est „ voluntas retinendi, vel consequendi,quod „ justitia vetat. „ Augustinus de Retractatione (1); vel „ Peccatum (2) est inordi- „ natio hominis, atque perversitas; vel pec- „ catum est prævaricatio legis Divinæ, & „ cælestium inobedientia præceptorum. „ Non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea, quæ Deus contempsit, aut fugiuntur, quæ ipse sustinuit. Peccatum primi hominis a diabolo per feminam ad virum pervenit; præceptum a Deo per virum ad feminam pervenit (3).

(1) S. Augustinus Retract. lib. I. cap. xv. num. 4. Tom. I. col. 25. „ Peccatum est vo- „ luntas retinendi, vel con- „ sequendi, quod justitia „ vetat, et unde liberum „ est abstinere „.

(2) S. Ambrosius Tom. I. lib. *de Paradiso* cap. VIII. num. 39. col. 185.

(3) „Peccatum tribus mo- „ dis admittitur: aut igno- „ rantia, aut infirmitate, „ aut studio; et gravius „ quidem infirmitate, quam „ ignorantia, sed multo gra- „ vius studio, quam infir- „ mitate. Gregorius in Moral. „ Ita in Cod. margine secunda manu ejusdem ferme ætatis. Indicatus porro S. Gregorii locus extat Moralium lib. xxv. cap. xi. numer. 28. Tom. I. col. 803. plenius: „ Sciendum quip- „ pe est, quod peccatum „ tribus modis committi- „ tur. Nam aut ignorantia, „ aut infirmitate, aut stu- „ dio perpetratur. Et gra- „ vius quidem infirmitate, „ quam ignorantia, sed „ multo gravius studio, „ quam infirmitate pecca- „ tur. Ignorantia Paulus „ peccaverat, cum dice- „ bat: *Qui prius fui blasphe- „ mus, et persecutor, et „ contumeliosus, sed mise- „ ricordiam consecutus sum,*

LXXXII.

QUOD IN MATERNO UTERO NULLUS BAPTIZETUR

Illud etiam ignorandum non est, quod in materno utero nullus baptizari potest, etiamsi mater baptizetur. Unde Isidorus in libro (1) Sententiarum: „ Qui in maternis „ uteris sunt, ideo baptizari non possunt, „ quia qui natus adhuc secundum Adam „ non est, secundum Christum non potest „ re-

„ *quia ignorans feci in in-* „ *credulitate*. Petrus ve- „ ro infirmitate peccavit, „ quando in eo omne robur „ fidei, quod Dominus pe- „ rhibuit, una vox puel- „ læ concussit, et Deum, „ quem corde tenuit, voce „ denegavit. Sed quia in- „ firmitatis culpa, vel igno- „ rantiæ eo facilius tergi- „ tur, quo non studio per- „ petratur, Paulus, quæ „ ignoravit, sciendo cor- „ rexit: et Petrus motam, „ et quasi arescentem jam „ radicem fidei lacrymis „ rigando solidavit. Ex in- „ dustria vero peccaverunt „ ii, de quibus ipse Magi- „ ster dicebat: *Si non ve-* „ *nissem, et locutus fuissem* „ *eis, peccatum non habe-* „ *rent: nunc autem excusa-* „ *tionem non habent de pec-* „ *cato suo*: Et paulo post: „ *Et viderunt, et oderunt* „ *me, et Patrem meum* „.

(1) Sententiarum lib.I. de *Baptismo, et Communione* cap.XXII. pag.632. „ Qui „ in maternis uteris sunt, „ ideo cum matre baptiza- „ ri non possunt, quia qui „ natus adhuc secundum „ Adam non est, renasci „ secundum Christum non „ potest. Neque enim dici „ regeneratio in eo pote- „ rit, quem generatio non „ præcessit „.

„ renasci ; neque regeneratio in eum dici „ potest, in quem generatio non præcessit.„ Item Augustinus ad Dardanum (1) : *Non potest quisquam renasci, antequam natus sit*. Si opponatur de Jeremia, & de Joanne Baptista, qui ab utero sanctificati leguntur ; dicimus, quod Divinum miraculum fuit ; Divina enim miracula non sunt trahenda in exemplum humanæ (2) actionis.

LXXXIII.

DE LAVACRO

Lavacrum enim multipliciter spargitur. Dicitur enim Lavacrum *Baptismi* ; unde Dominus per Prophetam ait (3) : *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. Dicitur etiam *Pœnitentiæ* ; unde Psalmista (4) : *Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me*. Dicitur & *Eleemosynæ* ; unde illud (5) :

(1) Epist. CLXXXVII. olim LVII. cap. IX. numer. 31. Tom. II. col. 688. *Nec renasci quisquam potest, antequam natus sit*.

(2) Hæc de infante intra matris uterum prorsus abdito. De eo autem, cujus corpus, etsi nulla ex parte ab utero egressum, aqua lustrari potest, vel cujus pars aliqua prodiit. Vide quæ tradit Benedict. XIV. de Synodo Diœcesana lib. VII. cap. 5. num. 6. et seqq.

(3) Ezech. XXXVI. 25.

(4) Psal. L. 4.

(5) Lucæ XI. 41.

Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Dicitur & *Martyrii*; unde illud (1): *Laverunt stolas suas in sanguine Agni*.

LXXXIV.

DE CONFIRMATIONE (2), QUÆ DATUR POST BAPTISMUM

Post Sacramentum Baptismi, & Confirmationis sequitur Eucharistiæ Sacramentum. Per Baptismum mundamur, per Eucharistiam in bono confirmamur. Baptismus æstus vitiorum extinguit; Eucharistia spiritualiter reficit; unde et excellenter dicitur *Eucharistia*, hoc est, *Bona gratia*; quia in hoc Sacramento non tantum est augumentum virtutis, & gratiæ; sed ille totus sumitur, qui est fons, & origo totius gratiæ; cujus figura præcessit, quando manna pluvit (3) Dominus patribus in deserto, qui quotidiano pascebantur cæli alimento; unde (4): *Panem Angelorum manducavit homo*. Sed tunc panem illum qui manducaverunt, mortui sunt; iste vero panis vivus, qui de cælo descendit, vitam mundo tribuit. Manna illud e cælo; hoc super cælum. Illud scaturiebat (5) in diem

(1) Apocalyp. vII. 14. *Et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni*.

(2) Vide infra Nu. LXXXVI.

(3) Exod. cap. XVI.

(4) Psal. LXXVII. 25.

(5) Forte deest *vermibus*.

alterum reservatum ; hoc ab omni corruptione alienum quicumque gustaverit, corruptionem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri, ubi submersis Ægyptiis (1), liberati sunt Hebræi ; ita hoc cæleste manna nonnisi regeneratis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram repromissionis per desertum eduxit ; hæc esca cælestis fideles hujus seculi desertum transeuntes in cælum subvehit ; unde recte *Viaticum* appellatur, quia in via nos reficiens usque in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura Baptismi præcessit, ita in manna significatio Dominici Corporis. Hæc duo Sacramenta demonstrata sunt, ubi de latere Christi sanguis, et aqua fluxerunt ; quia Christus per sanguinem redemptionis, & aquam ablutionis nos redimere a diabolo venit, & a peccato ; sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquam maris ab Ægyptiis liberavit. Hujus etiam Sacramenti ritum Melchisedech ostendit, ubi panem (2), & vinum Abrahæ obtulit. Iste Melchisedech, ut refert Scriptura (3), fuit *sine patre, & sine matre, & sine filiorum generatione* : & in hoc

(1) Exod. XIV.
(2) Genes. XIV. 18. seq.
(3) Heb. VII. 3. *Sine Patre, sine Matre, sine genealogia.*

denotat Christum,qui fuit sine patre in terris, sine matre in Cælis, sine successione liberorum secundum humanitatem ; quod adimplevit per humilitatem, ad quem dicitur (1): *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* ; utique per mysterium, non pecudum victimis, sed oblatione panis, & vini, hoc est, Corporis, & Sanguinis sui. Melchisedech *Rex* (2) *pacis*, vel *Rex justitiæ* interpretatur ; quod bene refertur ad Christum : *Orietur* (3) enim *in diebus ejus justitia, & abundantia pacis*. Et ipse Abraham dat ei decimas, & primitias omnium bonorum, quia principium, hoc est, bonam voluntatem, & finem, hoc est, consummationem boni operis Pater attribuit ei ; unde Dominus de se ipso dicit (4): *Ego sum* A, *&* Ω, *principium, & finis* : *Principium*, quia nullus ante me ; *Finis*, quia nullus post me; sicut ipse per Isaiam (5) testatur, dicens: *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit*. Vel *Principium, & Finis* est, quia est Dominus ante secula, & homo in fine seculorum.

(1) Psal. CIX. 4.
(2) Heb. VII. 2.
(3) Psal. LXXI. 7.
(4) Apoc. I. 8.
(5) Cap. XLIII. 10.

LXXXV.

DE MANNA

Manna enim erat album, et quasi semen (1) coriandri, et interpretatur; *Quid est hoc* (2)? Corpus Domini significat, quod candorem immunitatis habuerit, a quo omnia virtutum semina processerunt: quod mirantur, et adorant catervæ fidelium, ac si dicatur: Quid est hoc? Scilicet qui tam altus pro salute nostra sic est humiliatus. Vel significat *Verbum Dei*. Cum (3) audimus le-

(1) Exod. XVI. 31.

(2) Id enim significat hebraicum verbum *Man hû* (ex quo Manna) ab Hebræis mirantibus prolatum

(3) S. Isidorus Comment. in Exodum cap. XXIII. *de carnibus alitum, et manna.* pag. 454. col. 2. „ Unde et „ interpretatio nominis sic „ sonat: Manna enim inter- „ pretatur, quid est hoc? „ Cum enim audimus le- „ gem Dei recitari in Ec- „ clesia, interrogamus Do- „ ctores, dicentes: quid „ est hoc? Hoc autem Man- „ na minutum erat, sicut „ semen coriandri, et sua- „ ve. Quid verbo Dei mi- „ nutius, quidve subtilius? „ Aut quid dulcius, et sua- „ vius eloquiis Dei, quæ „ sunt dulcia super mel, et „ favum? Sed quid est, „ quod sexta die duplum „ colligi jubetur, quod „ etiam sufficiat in Sabba- „ to? Sexta dies ista est „ sexta ætas mundi, in qua „ nunc sumus. In hac ergo „ duplum colligit, qui „ propter spem vitæ æter- „ næ verbum Dei et audit, „ et facit. In hoc duplum „ recondit, qui et bene vi- „ vit, et aliis misericor- „ diam præbet. Quod re- „ ponebatur pro Sabbato, „ non corrumpebatur: bo-

gem Dei recitari, interrogamus magistros nostros, quid est hoc? Habet enim in se aliquid oleris, quo nutriri infirmus possit: *Qui* (1) *enim infirmus est, olera manducet.* Habet aliquid rigoris, et ideo ut pruina est. Quid est autem, quod in die sexto hoc Manna duplum jubetur colligi? Sex enim diebus fecit Dominus hunc mundum; Hac ergo die tantum recondere debemus, quantum sufficiat in futuro die. Si quid enim hic boni operis acquiras, hoc tibi in futuro seculo erit cibus: *Quod* (2) *autem seminaverit homo,*

„ na enim opera facta propter futuram requiem in futuro seculo permanent. Qui vero infideles erant, et præter causam Sabbati servabant de Manna, ebulliebant ex eo vermes, et computrescebat. Sic et qui propter præsentem vitam, et amorem seculi thesaurizant, his illi vermes ebulliunt, qui nunquam morientur. Isti sunt vermes, quos generat avaritia, et divitiarum cæca cupiditas his, qui habent pecunias, et videntes in necessitate fratres suos claudunt ab eis viscera sua; sed et is, qui post susceptum verbum Dei peccat, efficitur ei ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, et arcana pectoris rodat. Quamquam et vermis sit Christus, ipso loquente: Ego autem sum vermis, et non homo. Sicut enim ipse aliis in ruinam, aliis in resurrectionem; ita et ipse in Manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur „.

(1) Rom. XIV. 2. *Qui autem infirmus est, olus manducet:*

(2) Galat. VI. 8. *Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet.*

hoc et metet. Ergo non amemus, quod corrumpatur, sed quod perduret in crastinum. Qui autem infideles fuerunt, servaverunt de Manna; ebullierunt inde vermes, et computruit. Quod autem propter Sabbatum reponebatur, non corrumpebatur. Si autem propter præsentem vitam tantum thesaurizes, continuo vermes ebulliunt, qui non morientur. Isti sunt vermes, quos generat avaritia, et non aliunde in nobis fiunt, nisi de Manna, hoc est, de verbo Dei. Sic enim ipse dicit (1): *Si non venissem, et loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent*: Post susceptum enim Verbum Dei si quis peccet, efficitur vermis, qui ejus conscientiam semper fodiat. Istud autem Manna, prout vult unusquisque, talem saporem reddit in ore ejus; si enim tribularis, hoc Manna, hoc est, verbum Dei consolatur te dicens (2): *Cor contritum, et humiliatum Deus non spernit*. Si iracundus es, mitigat te, et dicit (3): *Desine ab ira, et derelinque furorem*. Si non habes lumen, et cæcus es: *Dominus* (4) *illuminat cæcos*.

(1) Joan. XV. 22. Vulg. *et locutus fuissem*.

(2) Psal. L. 19. Sic Ambrosius lib. I. de Cain, et Abel cap. 9. Tom. I. pagin. 199., et Antiqua Versio. Vulg. autem *Deus non despicies*.

(3) Psal. XXXVI. 8.

(4) Psal. CXLV. 8.

Potest quoque sextus dies, in quo duplum colligi jubetur, sextam scilicet ætatem, in qua sumus nunc, significare; in quinque enim diebus, hoc est, præteritis quinque ætatibus seculi, scilicet ab Adam usque in diluvium, a diluvio usque in Abraham, ab Abraham usque in Moysen, a Moyse usque in David, a David usque in Christum, pro terrenis commodis servabant homines, ut manducarent, bona terræ (1). Nos, quibus non terrena, sed cæleste præmium Regnum promittitur, in hac die sexta, hoc est, a Chriſto usque ad finem seculi duplum colligimus, quia non solum in præsenti, sed et in futuro requiem nobis præparamus.

Quod autem de Manna ebullierunt vermes, potest intelligi, ut diximus, ut qui post susceptum verbum Dei peccat, efficiatur et ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, et arcana pectoris corrodat. Quamquam et vermis sit Christus, ipso loquente (2): *Ego sum vermis, et non homo*. Sicut enim ipse est aliis in ruinam, aliis in resurrectionem; ita et ipse in Manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur. Christus enim comparatur vermi, propter nascendi similitudi-

(1) Non omnes quidem, sed qui secundum carnem Israelitæ. Nam etiam ante Christi adventum plerique justi fuerunt.

(2) Psal. xxi. 7.

nem ; Unde Psalmista (1) : *Terra nostra dabit fructum suum* . Et propter carnis fragilitatem , ut in libro Regum legimus (2) . *Vermis ligni tenerrimus octingentos interfecit uno impetu* . Et propter vilitatem ; unde illud (3): *Reputavimus eum tamquam leprosum*. Et propter silentium ; ut illud (4) : *Non est audita in plateis vox ejus* . Et propter incedendi modum , quia ſicut vermis ore se trahit, ita Christus sua prædicatione se traxit usque ad patibulum Crucis : *Dixit* (5) *enim Filius Dei sum* .

De hoc Manna Dominus in Evangelio ait ad Judæos (6) : *Patres vestri manducaverunt manna in deserto , et mortui sunt* . Perversi patres perversorum , et mali patres malorum illud Manna manducaverunt , et mortui sunt ; animæ scilicet mortuæ, quia hoc tantum intelligebant , quod comedebant . Quocirca illud in perceptione Corporis , et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi nunc agi creditur , quod tunc in Mannæ esu agebatur . Quicumqne enim hoc tantum , quod vi-

(1) Psal. LXXXIV. 13.

(2) II. Reg. XXIII. 8. *Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus , qui octingentos interfecit impetu uno* .

(3) Isa. LIII. 4. *Et nos putavimus eum quasi leprosum , et percussum a Deo , et humiliatum* .

(4) Matth. XII. ver. 19. *Neque audiet aliquis in plateis vocem ejus* ,

(5) Ibidem XXVII. 43. *dixit enim* : *quia Filius Dei sum* .

(6) Joan. VI. 49.

dent, intelligunt, proculdubio moriuntur. E contra, qui longe aliud, quam quod vident, percipiunt, et intelligunt, omnino vivificantur.

LXXXVI.

DE CORPORE CHRISTI

Qui dicit, Corpus Christi, vel pro parte, vel pro toto manibus Sacerdotum tractari super Altare, manibus frangi, dentibus atteri, excepto quod ad Sacramentum pertinet, contra veritatem, et dignitatem doctrinæ Christi (1) loquitur. Qui vero di-

(1) S. Thomas III. Part. quæst. LXXVII. artic. 7. ad. 3. inquit: „ Illud, quod manducatur in propria specie, ipsum et frangitur, et masticatur in sua specie; corpus autem Christi non manducatur in sua specie, sed in specie sacramentali: unde et super illud Jo: VI. *Caro non prodest quidquam*, dicit Augustinus: *Hoc est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant; carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur*; et ideo ipsum Corpus Christi non frangitur, nisi secundum speciem sacramentalem; et hoc modo intelligenda est confessio *Berengarii*, ut fractio, et attritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua vere est Corpus Christi „. Confessionis autem Berengarii verba, quæ eo modo intelligenda esse, S. Doctor affirmat, hæc sunt: „ *Consentio S. Romanæ Ecclesiæ, et corde, et ore profiteor, panem, et vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem verum corpus, et sanguinem Christi esse, et in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, et fidelium dentibus atteri* „.

cit, Corpus Christi, postquam ad dexteram Patris sedit, vulnerari non posse, vel frangi, vel atteri, excepto quod ad Sacramentum pertinet, secundum veritatem, et dignitatem Christi doctrinæ loquitur; ait enim Augustinus (1): In mensa Dominica aliud attende subjici oculis tuis, aliud innui cordi tuo; et illud per partes manducatur in Sacramento, et manet integrum totum (2) in corde tuo. Et illud non veneratur, quod videtur, et transit; sed illud, ad quod talia referenda intelligit. Item Augustinus: contra Faustum (3): Panis, et calix, non quilibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur; proinde quod non ita fit, alimentum est refectionis, non Sacramentum religionis; quod vero ita fit, Sacramentum est religionis, non solum alimentum refectionis.

(1) Forte noster Auctor ad hæc respicit S. Augustini verba Doctr. Christ. lib. III. cap. IX. numer. 13. Tom. III. Part. I. col. 49. „ Non hoc veneratur, quod „ videtur, et transit, sed „ illud potius, quo talia „ cuncta referenda sunt „.

(2) Cod. men dose *integer totus*.

(3) S. Augustinus contra Faustum Manichæum lib. XX. cap. XIII. Tom. VIII. col. 342. „ Noster autem „ panis, et calix, non qui- „ libet, (quasi propter „ Christum in spicis, et in „ sarmentis ligatum, sicut „ illi desipiunt) sed certa „ consecratione mysticus „ fit nobis, non nascitur. „ Proinde quod non ita fit, „ quamvis sit panis, et ca- „ lix, alimentum est refe- „ ctionis, non sacramen- „ tum religionis „.

Aqua, panis, et vinum per consecrationem dicimus fieri Sacramenta; et secundum hoc manent (1), quæ erant, et esse incipiunt, quæ non erant; unde est illud (2): *Verbum caro factum est*, non amittens, quod erat; sed assumens, quod non erat.

In Altare a Sacerdote preces funduntur, ut panis, et vinum non absumantur, sed accepta habeantur, et benedicantur; et Corpus, et Sanguis nobis fiant Domini nostri Jesu Christi. Ad fontes; *Descendat* (3), inquit Sacerdos, *in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus tui*: totamque hujus aquæ substantiam, non ait: *absumat*, aut *evertat*; sed ait: *Sui luminis admixtione fœcundet*, *fœcundet*, inquam, ait; non *corruptione absumat*. *Sit fons vivus*, *aqua regenerans*, *unda purificans*; quod ad regenerationem (4) pertinet: *Nisi* (5) *quis renatus fuerit ex aqua*, *et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei*. Confitetur Ecclesia toto orbe terrarum diffusa,

(1) Manent scilicet, quod attinet ad species panis, et vini, esse autem incipiunt, quæ non erant, quia substantia panis, et vini in Christi corpus, et sanguinem convertitur, quæ conversio *transubstantiatio* dicitur. Vide Concil. Trid. Sess. XIII. de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento Can. I., et S. Thomam III. Part. Qu. LXXV. art. 8.

(2) Joan. I. 14.

(3) Hæc verba dicuntur Sabbato Sancto in benedictione fontis. Sed *Spiritus Sancti* pro *Spiritus tui*.

(4) Cod. *generationem*.

(5) Joan. III. 5.

panem, et vinum ad sacrandum proponi in Altari, sed incomprehensibiliter, et ineffabiliter in substantiam (1) Carnis, et Sanguinis commutari: et hoc, quod conficitur Corpus, ex Virgine est: Carne, et Sanguine utroque invisibili, intelligibili, spirituali significatur Redemptoris Corpus visibile, palpabile, manifeste plenum gratia omnium virtutum, et Divina Majestate. Quorum alterum quidem dum frangitur, et in populi salutem dividitur, alterum vero effusum de calice ab ore fidelium sumitur, mors ejus in cruce, et sanguinis ejus de latere emanatio figuratur. Utrumque Beatus Gregorius in quarto Dialogorum libro (2) exponit, dicens: „Ejus quippe caro ibi sumitur, et san„guis non in manus infidelium, sed in ora „fidelium funditur.„ Christus enim *Panis* dicitur, sed tropice. Porro tropicus panis in mentem, non in ventrem vadit. Et illud: In ista Carne, ac Sanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, sed vivificatricem substantiam, atque salvatricem. Mysterium, ut ait Augustinus in libro *De ca-*

(1) Cod. *in substantia*.

(2) S. Gregorius Magnus Dialogor. lib. IV. cap. LVIII. *De virtute, ac mysterio Victimæ salutaris* Tom. II. col. 472. „Ejus quippe ibi „corpus sumitur, ejus caro in populi salutem par„titur, ejus sanguis, non „jam in manus infidelium, „sed in ora fidelium fun„ditur„.

mino (1): *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; sic sacræ mensæ communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate Corporis Christi, et Sanguinis (2) ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur; et frustra ab illis *Amen* respondetur, a quibus contra id, quod accipitur disputatur; aliter enim in Ecclesia Dei, quæ Corpus Christi est, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, versus immaculati agni Sanguis emundet; qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex Virgine, Sacramentum propitiationis exequitur. Ut ergo in nobis Sacramentum Dominicæ passionis non sit otiosum, debemus imitari, quod sumimus, et prædicare ceteris, quod veneramur.

LXXXVII.

DE CONFIRMATIONE AB EPISCOPO FACIENDA

Nunc (3) autem sola Confirmatio restat, quæ ab Episcopis fieri jubetur, in qua totius

(1) Joan. VI. 54.

(2) Cod. *a dubitatione ambigatis*.

(3) Quæ integro hoc Numero continentur usque ad illa verba *Hæc autem Confirmatio* ad literam accepta sunt ex Opusculo S. Brunonis alias indicato T. I. pag. 144.

Christianæ religionis (1) plenitudo completur. In Baptismo namque per Spiritum Sanctum datur remissio peccatorum: hic (2) ipse Spiritus Sanctus invitatur, ut veniat, et domum ipsam, quam sanctificavit (3), defendere, & habitare dignetur; nam Spiritum Sanctum (4) et ipsi Apostoli post Baptismum acceperunt, quem utique in ipso Baptismo jam acceperant in remissionem peccatorum. Neque enim credendum est, eos non baptizatos fuisse, qui alios (5) baptizabant (6); et ipsum Dominum dixisse audierant (7): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non intrabit in*

I

(1) Editt. addunt *mysterii*.

(2) Editt. *hic autem etc.*

(3) Acherius *ædificavit*.

(4) Supplevimus ex Editt. *Spiritum Sanctum*.

(5) Ach. mendose *et alios baptizatos*.

(6) Augustinus in Epistola CCLXV. alias CVIII. ad Seleucianam *de Baptismo, et pœnitentia Petri* num. 4. Tom. II. col. 897. „ Scriptum est, quando baptizatus sit Apostolus Paulus, et scriptum non est, quando baptizati sint alii Apostoli; veruntamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus; quemadmodum scriptum est, quando baptizatæ sint plebes Ecclesiarum in Jerusalem, et Samaria; quando autem baptizatæ sint aliæ plebes gentium, quibus Apostoli epistolas miserunt, non est utique scriptum; et tamen etiam ipsas baptizatas utique minime dubitamus, propter illam Domini sententiam: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum* „.

(7) Joan. III. 5. *Non potest introire in regnum Dei.*

regnum cœlorum . Acceperunt autem et iterum Spiritum Sanctum, quo ligarent, et solverent a peccatis; insufflavit enim Dominus in eos, ut ait Evangelista, et dixit (1): *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt*. Acceperunt autem iterum (2) in die Pentecostes ad totius virtutis, et scientiæ perfectionem, ad cujus utique similitudinis perfectionem (3) hæc ultima Confirmatio fieri jubetur. In quo manifestum est, quod hoc Sacramentum non iteratur, sed propter aliud, et aliud datur. Quamvis enim prius in vertice, et postea in fronte homo Chrismate ungatur, non tamen iteratur Chrismatis Sacramentum, quia, ut superius diximus, propter aliud, et aliud fit. Sicut (4) et Baptismum iterari non dicimus, cum toties post Baptismum aqua spargimur (5): Ibi enim iteratur Sacramentum, ubi idipsum (6) iterum datur propter (7) idipsum; veluti si aliquis baptizatus iterum in aquis Baptismatis

(1) Joan. xx. 22. 23.

(2) Edit. Ven. et Lugd. *receperunt et iterum* .

(3) Editt. citt. *ad cujus similitudinem, et significationem* . Ach. *ad totius itaque similitudinem perfectionis* .

(4) Ach. *sic et* .

(5) Edit. Ven. et Lugd. *aspergatur* . Ach. *cum toties aqua aspergamus post Baptismum* .

(6) Edit. Ven. et Lugd. *ad ipsum* .

(7) *Propter* posuimus ex Editt. Cod. *præter* .

mergeretur, quatenus et ab originali (1), et aliis peccatis solveretur. Aliter enim non rebaptizatur, si multoties aliquis Baptismatis aquis submergatur.

Hæc autem ultima Confirmatio ideo in fronte fit, quia perfectorum est, non in occulto, sed palam, et in manifesto Christi nomen semper habere. Hinc est enim, quod Joannes Apostolus ait (2): *Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis*. Stare enim, et in monte (3) stare, et cum Agno stare perfectorum est. Ipsi enim Apostoli antequam ungerentur, antequam Spiritu Sancto confirmarentur, nondum stabant, nondum perfecti erant; adhuc timebant, et nondum Christi nomen in frontibus (4) gerebant. Hæc (5) autem Confirmatio septem diebus observari debet, propter septiformem gratiam Spiritus Sancti (6).

(1) Ach. addit *peccato*.

(2) Apocalyp. XIV. 1. *Et vidi: et ecce Agnus stabat supra montem Sion etc.*

(3) Ita Editt. Cod. mendose *montem*.

(4) Ach. *fronte*. Edit. Ven. et Lugd. *et nondum Christi nomen in Christi nomine gerebant*.

(5) Hæc periodus in Editt. desideratur.

(6) „ Cum hodie statim „ ac quilibet confirmatus „ est, auferatur linea vit- „ ta, qua frons confirmati

LXXXVIII.

DE BAPTISMO HÆRETICORUM

Baptismus (1), qui extra Ecclesiam datur, formam quidem Sacramenti habet, virtutem autem Sacramenti (2) non (3) habet. For-

„ ligata est; olim ea manere debebat in fronte, „ quousque Chrisma siccatum esset, ut est in „ veteri libro Pontificali; „ unde in eodem libro adnotatum est, quosdam „ consuevisse portare ligaturam tres dies, alios „ unum tantum: Isthinc „ ergo Papa Clemens ex „ gratia speciali voluit, ut „ statim Carolo Vitta auferretur. „ Ita Balutius Vitar.Pont.Avenionensium Tom.I. col.1254.

(1) Hæc, et proxima verba usque ad illa *Sive enim hæreticus etc.* sumpta sunt ex Opusculo S. Brunonis, cui titulus: *Responsio ad eam quæstionem, Cur corruptus tunc temporis Ecclesiæ status?* Tom.II. Edit. Ven. pag.151. et Vet. PP. Biblioth. T.xx. pag.1735. ubi *baptismus enim, qui etc.*

(2) Editt. omittunt *Sacramenti*.

(3) Hic præ oculis habenda sunt verba S. Augustini lib.vi. contra Donatistas cap.v.Tom.ix.col.163.seq. „ Potest tradere separatus; „ sed quam perniciose habere, tam perniciose „ tradere. Ille autem, cui „ tradit, potest salubriter „ accipere, si ipse non separatus accipiat: sicut „ plerisque accidit, ut catholico animo, et corde „ ab unitate pacis non alienato, aliqua necessitate „ mortis urgentis in aliquem hæreticum irruerent, et ab eo Christi „ Baptismum sine illius „ perversitate perciperent, „ et sive defuncti, sive liberati, nequaquam apud „ eos remanerent, ad quos „ nunquam corde transierant „.

mam quidem Sacramenti habet, quia fit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: virtutem autem non habet, quia remissionem peccatorum non operatur. Quare ergo non rebaptizantur qui ab Hæreticis veniunt (1)? Vis audire quare? Quia formam Baptismi habent hoc est (2), quia jam ad invocationem Trinitatis ex aqua regenerati sunt: Restat nunc, ut et Spiritu Sancto regenerentur, qui operatur in eis remissionem peccatorum, quam illa forma visibilis dare non potuit. *Nisi* (3) enim *quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei*. Utrumque ibi necessarium est (4), et aqua, et Spiritus; nam neque aqua sine Spiritu, neque Spiritus sine aqua solvit hominem a peccatis. Forma Sacramenti, et intus, et extra dari potest; virtus autem Sacramenti nonnisi intra Ecclesiam datur. Unde Sancti Romani Pontifices, Spiritu Dei pleni, admirabili providentia constituerunt, ut ii, qui ab Hæreticis veniunt, quoniam formam Baptismi habent, nullatenus rebapti-

(1) Excipe Baptismum non collatum materia, vel forma a Christo Domino præscripta.

(2) Editt. *idest*.

(3) Vide pag. 129. not. 7.

(4) Addit Edit. Ven. et Lugd. *et forma Sacramenti, et virtus Sacramenti, utrumque necessarium est, et aqua etc.*

zentur. Quia vero virtutem hujus Sacramenti non habent, ad invocationem Sancti Spiritus, qui ab Hæreticis dari non potest, per manus impositionem Sacrosancto Chrismate (1) confirmantur. Quæris fortasse au-

(1) Idem S.Bruno in Joannem Comment. in quatuor Evangelia Tom. II. pag.461. ait: „ Quidam... „ Sanctorum dicunt, eos, „ qui ab hæreticis baptizan- „ tur, a Catholicis debere „ confirmari, quia hæreti- „ ci dare non possunt Spi- „ ritum Sanctum„. Ad quæ verba hæc apposita est nota: „ *Constat, Hæreticos* „ *nonnullos iisdem ferme ri-* „ *tibus Ecclesiæ reconcilia-* „ *tos, quibus Sacramentum* „ *Confirmationis confereba-* „ *tur; de quibus S. Grego-* „ *rius* lib.XI. Ind.IV. ep.67. „ *Et notissima verba sunt* „ *S.Leonis* ad Nicetam. Qui „ Baptismum ab Hæreticis „ acceperunt, cum bapti- „ zati antea non fuissent, „ sola invocatione Spiri- „ tus Sancti per impositio- „ nem manuum confirman- „ di sunt, quia formam „ tantum Baptismi sine san- „ ctificationis virtute sum- „ pserunt; *et antiquiora Si-* „ *ricii* ad Himerium, *ubi* „ *vetat Arrianos baptizari:* „ quos, *ait*, nos cum No- „ vatianis, aliisque Hære- „ ticis, sicut est in Synodo „ constitutum, per invoca- „ tionem solam septiformis „ Spiritus, Episcopalis ma- „ nus impositione, Catho- „ licorum conventui socia- „ mus; quod etiam totus „ Oriens, Occidensque cu- „ stodit. *Atque hinc quæ-* „ *stio Theologica de natura* „ *hujus unctionis, sive im-* „ *positionis manuum. Con-* „ *firmatoriam tueri viden-* „ *tur Petrus de Marca* ad „ C.Claromont. et *Sirmon-* „ *dus* Antirrh. 2. *Negant* „ *ii, quos antea laudavi-* „ *mus, Chardon præsertim,* „ *qui tamen* de Conf. c. 5. „ *ex solius intentionis defe-* „ *ctu asserit, Confirmatio-* „ *nis Sacramentum non fuis-* „ *se. Sequioribus ætatibus* „ *in Oriente per Sacramen-*

ctoritatem ? Dabitur tibi . Et hoc quidem necessarium est, quoniam in hac sententia non omnes concordare videntur ; videlicet, ut qui ab Hæreticis veniunt, rebaptizari quidem non debeant, sacro (1) autem Chrismate confirmari iterum debeant, præsertim cum Beatus Augustinus (2) dicat in (3) libro contra Parmenianum, quod nulli Sacramento injuria facienda sit, in qua re multum ab aliis dissentire videtur . Quid est enim injuria Sacramenti, nisi Sacramenti reiteratio ? Quod autem quædam Sacramenta reiterentur, et exemplo abundamus, et auctoritatibus . Quædam autem, ut (4) dixi, quia Baptismi, et Sacrorum Ordinum reiterationem fieri non licet; unde et in Conciliis Africanis legitur : *Non licet fieri rebaptizationes* (5), *et reordinationes, et Episcoporum trans-*

„ *tum Confirmationis Hæreticos fuisse reconciliatos*, „ *ex eorum Euchologio (ut* „ *explicare aliter rem Goarius conetur)*, *aliisque* „ *monumentis eorum temporum permulti contendunt* . *Vid. TT. et Holstenium* Diss. II. de forma „ Sacramenti Confirmationis ap. Græc. „

(1) Ita emendavimus ex Editt. Cod. *facto*.

(2) Sanct. Augustinus contra Epistolam Parmeniani lib. II. cap. XIII. num. 30. Tom. IX. col. 45. „ Neutri „ Sacramento injuria facienda est „.

(3) Prætermittunt Editt. *in libro contra Parmenianum*.

(4) Editt. demunt *ut*.

(5) Editt. *rebaptizationem, et Episcoporum translationes*.

lationes. At vero in Concilio Nicæno (1) præcipitur de Paulianistis, ut in Ecclesiam venientes iterum baptizentur; et eorum Clerici, si digni fuerint, iterum ordinentur: in quo manifeste ostenditur, hoc in his tantum, et non in aliis fieri debere; isti enim non secundum Ecclesiæ formam baptizantur, hoc est, *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*; unde etiam ab aliis Hæreticis differebant, qui Ecclesiæ formam in baptizando tenebant; si enim secundum hanc formam, quam modo diximus, baptizati essent, non utique talis lex de eis specialiter promulgata (2) esset; præsertim cum de aliis omnibus Hæreticis dicatur, ut ad Ecclesiam venientes non rebaptizentur, nec reordinentur, sed sola Episcopalis manus impositione Ecclesiæ reconcilientur. Quod autem hæc duo Sacramenta, hoc est, B.ptismus, et Ordines Sacri reiterari non debeant, tota Ecclesia idem sentit, nulla-

(1) Concil. Nicænum I. can.XIX. Tom.I. Edit.Venet. MDCCXXIX. col. 42. „ De Paulianistis, qui deinde ad Ecclesiam confugerunt, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. „ Si vero tempore præterito in Clericorum numero erant, siquidem a „ culpa, et reprehensione „ alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur a „ Catholicæ Ecclesiæ Episcopo. Si vero examinatio eos non esse aptos „ deprehendit, deponi eos „ oportet „.

(2) Ita Editt. Cod. *manifestata promulgata esset*.

que inter Sanctos dissentio est ; unde et Beatus Augustinus ait (1) : „ Manus autem impositio , sicut et Baptismus reiterari non debet : „ De illa manus impositione loquens, de qua ad Timotheum Apostolus ait (2) : *Manum cito nemini imposueris* ; nam et Chrismatis consignatio , et pœnitentium reconciliatio *manus impositio* dicitur . Unde et Sacri Canones prohibent , ne inter alios pœnitentes, manus ab Episcopis Clericis imponatur (3). Quod vero quædam Sacramenta reiterari liceat , et frequens usus Ecclesiæ , et unum Beati Gregorii exemplum apertissime manifestat . Quotidie namque Ecclesiarum consecrationes , non solum pro necessitate , verum etiam pro Episcoporum (4) voluntate reiterari videmus ; unde et quidam Canones de Ecclesiis præcipiunt , ut , si Altare motum fuerit , denuo consecretur (5) . Beatus quoque

(1) S. Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. III. cap. XVI. numer. 21. Tom. IX. col. 117. „ Manus autem impositio, „ non sicut Baptismus, repeti non potest. Quid „ est enim aliud, quam oratio super hominem ? „

(2) I. Timot. V. 22. Vulg. *Manus cito etc.*

(3) Vide Vales. ad Eusebium lib. VI. cap. XLII.

(4) Addidimus ex Editt. *pro Episcoporum* .

(5) Can. XIX. *Si motum* de Consecratione dist. I. Hic porro Canon ab Ecclesia servatur ; Quod vero uti a Sancti Hygini Papæ Epistola excerptus a Gratiano refertur , disceptant nonnulli, Epistolam S. Hygino falso adscriptã explodentes.

Gregorius (1), sicut ipse testatur, consecravit Romæ quamdam Ecclesiam in Suburra,

(1) S. Gregorius Magnus Dialogor. lib.III. cap.XXX. Tom.II. col.341. „ Arrianorum Ecclesia in regione urbis hujus, quæ Suburra dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset, placuit, ut in fide Catholica, introductis illic Beati Sebastiani, et Sanctæ Agathæ martyrum reliquiis, dedicari debuisset; quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes, atque omnipotenti Domino laudes canentes, eamdem Ecclesiam ingressi sumus; cumque in ea jam Missarum solemnia celebrarentur, et præ ejusdem loci angustia populi se turba comprimeret, quidam ex his, qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc, illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret, et juxta se stantibus indicaret, idem porcus Ecclesiæ januas petiit, et omnes, per quos transiit, in admirationem commovit: sed videri a nullo potuit, quamvis sentiri potuisset. Quod idcirco divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione Missarum recessimus; sed adhuc nocte eadem magnus in ejusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit: cum subito tanto terrore insonuit, ac si omnis illa Ecclesia a fundamentis fuisset eversa: et protinus recessit, et nulla illic ulterius inquietitudo antiqui hostis apparuit; sed per terroris sonitum, quem fecit, innotuit, a loco, quem diu tenuerat, quam coactus exibat. Post paucos vero dies in magna serenitate aeris, super altare ejusdem Ecclesiæ nubes

quoniam longo tempore ab Arrianis possessa fuerat. Cujus consecratio, sive reiteratio quantum Deo accepta fuerit, virtutes, et miracula ostendunt, quæ ipsis diebus, quibus consecrata fuerat, ibidem Dominus operatus est (1). De Consecratione vero Ecclesiarum quoties dubitatur, et nec certa scriptura, nec testes existunt, a quibus Consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote, eas esse sacrandas. Nec talis trepidatio faciat deteriorationem, quoniam non mon-

" cælitus descendit, suoque illud velamine operuit, omnemque Ecclesiam tanto terrore, ac suavitate odoris replevit, ut patentibus januis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque, et custodes, vel hi, qui ad celebranda Missarum solemnia venerant, rem videbant, ingredi minime poterant, et suavitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alio, cum in ea lampades sine lumine dependerent, emisso divinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies, cum, expletis Missarum solemniis, extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressus fuisset, post paulullum intravit, et lampades, quas extinxerat, lucentes reperit. Quas negligenter extinxisse se credidit, eas jam sollicitus extinxit, et exiens, atque Ecclesiam sollicitus clausit. Sed post horarum trium spatium regressus, lucentes lampades, quas extinxerat, invenit: ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus ille a tenebris ad lucem venisset ".

(1) Quæ sequuntur usque ad *quomodo ergo etc.* inseruit Anonymus noster.

stratur esse iteratum, quod nescitur factum ? Quomodo ergo verum est, quod nulli Sacramento injuria facienda sit ? Similiter autem quod Chrismatis consignatio reiterari debeat, subsequenti Sanctorum auctoritate probatur (1) : De qua videlicet consignatione Eusebius Papa sic ait (2) : „ Hæreticos „ omnes, quicumque Dei gratia ad Dei gra„ tiam (3) convertuntur, et in Sanctæ Tri„ nitatis nomine credentes baptizati sunt, „ Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per „ manus impositionem (4) reconciliari præ„ cipimus „. Et mox de qua manus imposi-

(1) Editt. *probabitur*.

(2) Sive auctor Epistolæ III. S. Eusebio Primo suppositæ Tom.I. Collect. Concill. col. 1415. „ Hæ„ reticos omnes, quicum„ que Dei gratia conver„ tuntur, et in Sanctæ Tri„ nitatis nomine credentes „ baptizati sunt, Romanæ „ Ecclesiæ regulam tenen„ tes, per manus imposi„ tionem reconciliari præ„ cipimus. Manus quoque „ impositionis sacramen„ tum magna veneratione „ tenendum est, quod ab „ aliis perfici non potest, „ nisi a Summis Sacerdoti„ bus. Nec tempore Apo„ stolorum ab aliis, quam „ ab ipsis Apostolis legi„ tur, aut scitur peractum „ esse : neque ab aliis, „ (sicut jam dictum est) „ quam ab illis, qui eorum „ locum tenent, unquam „ perfici potest, aut fieri „ debet. Nam, si aliter „ præsumptum fuerit, ir„ ritum habeatur, et va„ cuum, nec inter Eccle„ siastica unquam reputa„ bitur Sacramenta „.

(3) *Ad Dei gratiam* non legitur in Editt.

(4) Edit. Ven. et Lugd. per errorem .... *impositionem loqueretur adjunxit*.

tione loqueretur, adjunxit: „ Manus autem
„ impositionis Sacramentum magna venera-
„ tione tenendum est; quæ ab aliis perfici
„ non potest, nisi a Summis Sacerdotibus.
„ Nec tempore Apostolorum ab aliis, quam
„ ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur pe-
„ ractam (1) esse; neque ab aliis, sicut
„ jam dictum est, quam ab illis, qui eorum
„ locum tenent, unquam perfici potest,
„ aut fieri debet: nam si aliter præsumptum
„ fuerit, irritum habeatur, et vacuum, nec
„ inter Ecclesiastica unquam reputabitur Sa-
„ cramenta „. Audiamus etiam quod tempo-
re Beati Silvestri Romæ de hac re in Conci-
lio (2) statutum est. „ Eodem, *inquit*, tem-
„ pore, tertiodecimo Kalendarum Juliarum
„ die, quando memoratum magnum Conci-
„ lium in Nicæa congregatum est, cano-
„ nica jam fatus Papa vocatione in Urbem
„ Romam, et ipse cum consilio Constanti-
„ ni Augusti congregavit ducentos septua-
„ ginta septem Episcopos, damnavit ite-
„ rum, tam Calistum, quam Arrium, at-
„ que Sabellium; et constituit, ut Presby-
„ terum Arrianum resipiscentem non aliquis
„ susciperet, nisi Episcopus ejusdem loci
„ eum reconciliaret, et Sacrosancto Chri-

(1) Editt. *peracta*.

(2) Concil. Rom. I. Collect. Concil. Edit. cit. T. I. col. 1575.

„ smate per Episcopalis manus impositionem „ Sancti Spiritus gratia, quæ ab Hæreticis „ dari non potest, eum confirmaret „. Quid apertius ? Quid manifestius dici potuit ? Numquidnam hoc Sacramentum non reiteratur ? Demus adhuc et alia exempla, quatenus hæc sententia, cui a pluribus contradicitur, manifestior, et certior fiat. Dicat igitur Papa Siricius (1). „ Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos plurimos ab impiis Arrianis ad fidem Catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle; quod

(1) S. Siricius Papa Ep.I. ad Himerium Tarraconensem Episcopum Collect. Concill. Tom. I I. col. 1215. „ Prima itaque paginæ tuæ „ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arrianis „ plurimos ad fidem Catholicam festinare, et „ quosdam de fratribus „ nostris, eosdem denuo „ baptizare velle, quod non „ licet; cum hoc fieri, et „ Apostolus vetet, et Canones contradicant, et „ post cassatum Ariminense Concilium missa ad „ provincias a venerandæ „ memoriæ prædecessore „ meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos „ nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sicut est „ in Synodo constitutum „ per invocationem solam „ Septiformis Spiritus, Episcopalis manus impositione, Catholicorum conventui sociamus. Quod „ etiam totus Oriens, Occidensque custodit: in „ quo tramite vos quoque „ posthac minime convenit deviare, si non vultis „ a nostro Collegio Synodali separari sententia. „

„ non licet, cum hoc et Apostolus (1) ve-
„ tet, et Canones contradicant; et post cassa-
„ tum Ariminense Concilium, missa ad pro-
„ vincias a Prædecessore meo Liberio vene-
„ randæ memoriæ generalia decreta prohi-
„ beant: quos nos cum Novatianis (2),
„ aliisque Hæreticis, sicut est in Synodo
„ constitutum, per invocationem solam Se-
„ ptiformis Spiritus, Episcopalis manus im-
„ positione, Catholicorum conventui socia-
„ mus: quod etiam totus Oriens, Occidens-
„ que custodit. „ Videamus etiam, quid
Leo Primus (3) dicat, qui fidem jam (4) pe-
rituram sua constantia, et fortitudine cor-
roboravit, cujus sententiæ contradicere, ut
opinor, nemo audebit (5) „. Hi autem, de
„ quibus scripsisti, non se baptizatos ne-
„ sciunt, sed cujus fidei sunt, qui eos ba-

(1) Ephes. IV. 5.

(2) Cod. mendose *Novaticianis*.

(3) In Editt. non habetur *Primus*.

(4) Posui *jam* ex Editt. Cod. *etiam*.

(5) S. Leo Epist. ad Rusticum Narbonensem Respons. ad Inquisition. XVIII. in Tom. I. Opp. ejusdem S. Leonis Edit. Ven. MDCCLIII. col. 1428. „ Non se isti bap„ tizatos nesciunt, sed „ cujus fidei fuerint, qui „ eos baptizaverunt, se ne„ scire profitentur: unde „ quoniam quolibet modo „ formam Baptismatis ac„ ceperunt, baptizandi non „ sunt; sed per manus im„ positionem, invocata vir„ tute Spiritus Sancti, quam „ ab hæreticis accipere non „ potuerunt, Catholicis „ copulandi sunt „.

„ ptizaverint, se nescire profitentur : unde „ quoniam quolibet modo formam Baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per „ manus impositionem virtutem Spiritus „ Sancti, quam ab Hæreticis accipere non „ potuerunt, Catholicis copulandi sunt „. Item idem ipse (1). „ Nam hi, qui Baptismum ab Hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola Sancti Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum Baptismi, sine Sancti Spiritus (2) „ virtute sumpserunt. Et hanc regulam (ut „ scitis) servandam in omnibus Ecclesiis „ prædicamus; ut lavacrum semel initum „ nulla iteratione violetur, dicente Aposto„ lo : *Unus Deus, una Fides, unum Baptisma*, cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (ut diximus) sola sanctificatio Sancti Spiritus innovanda (3); ut „ quod ab Hæreticis nemo accipit, a Catholicis Sacerdotibus consequatur „. Sive enim Hæreticus, sive Schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione Sanctæ Trinitatis baptizetur, non valet ille, qui baptizatus est

(1) Idem S. Leo Epist. ad Nicetam Episcopum Aquilejensem cap. VII. *De his qui emel baptizati sunt, sed ab hæreticis* T. cit. col. 1334.

(2) S. Leo loc. cit. *sine sanctificationis virtute*.

(3) Ibid. *invocanda est*.

est, a bonis Catholicis rebaptizari, ne confessio, vel invocatio tanti nominis videatur annullari.

Hæretici enim, cum aliquem simplicem in Ecclesia reperiunt, solent interrogare, dicentes: a quo baptizatus es? quibus dum respondet: ab illo, vel illo Episcopo, aut Sacerdote; oportet te, inquiunt, rebaptizari, quoniam ab homicida, perjuro, vel adultero baptizatus es. Hinc sane Evangelica doctus sententia necesse est, ut respondeat: Non, inquam, rebaptizari oportet, quia hic est Christus, videlicet qui baptizat. Hæretici: Num, inquiunt, illius Episcopi, vel Sacerdotis Baptisma melius est Joannis (1)

(1) S. Augustinus in Joannis Evang. Tract. v. num. 18. seqq. Tom. III. Part. II. col. 328. „ Baptismum „ Christi das, ideo non post „ te baptizatur: post Joannem baptizatum est, quia „ non Cristi Baptismum dabat, sed suum, quia sic „ acceperat, ut ipsius esset. Non ergo tu melior, „ quam Joannes: sed Baptismus, qui per te datur „ melior, quam Joannis. „ Ipse enim Christi est, „ iste autem Joannis. Et „ quod dabatur a Paulo, „ et quod dabatur a Petro, „ Christi est: et si datum „ est a Juda, Christi erat.... „ Quos ergo baptizavit Judas, non sunt iterum baptizati: et quos baptizavit Joannes, iterum baptizati sunt? Plane iterum, sed non iterato Baptismo. Quos enim baptizavit Joannes, Joannes „ baptizavit, quos autem „ baptizavit Judas, Christus baptizavit. Sic ergo „ quos baptizavit ebriosus,

Baptistæ ? An audebis dicere, quod ebriosus tuus Episcopus, vel Sacerdos, ut de ceteris criminibus taceam, Joanne melior sit ? Ad hæc Fidelis : Non, inquam, ebriosus Episcopus, vel Sacerdos Joanne melior, sed ejusdem Baptisma (1) majus, meliusque est, quam fuerit Joannis, quia suo Joannes Baptismate baptizabat, quo peccata solvi non poterant ; iste, aut Episcopus, aut Sacerdos non suo, sed Christi baptizavit Baptismate, quo peccata quippe solvuntur. Et quid mirum ? cum etiam Judæ majus, quam Joannis fuerit Baptisma (2), licet Joannes bonus, Judas autem fuerit malus. Plane quos baptizavit Joannes, Joannes baptizavit; quos autem baptizavit Judas, Christus siquidem baptizavit. Quamobrem quos baptizavit ebrio-

„ quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si Baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam adtendo, per quam mihi dicitur: *Hic est, qui baptizat*. Ceterum, fratres mei, delirum est dicere, quia melioris meriti fuit, non dico Judas, sed quilibet hominum, quam ille, de quo dictum est : In natis mulierum nemo exsurrexit major Joanne Baptista .....Quare Joannes quod didicit in Domino, quia *ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto*, et nulli servo suo translegavit potestatem baptizandi, non debuit discere, nisi per columbam „.

(1) Cod. *Baptismum*.

(2) Cod. ut sup. *Baptismum*.

sus, homicida nihilominus, et adulter, si Christi est Baptisma (1), Christus profecto baptizat. Ad hæc iterum Hæretici: Quomodo, ajunt, tu dicis Judæ, vel ebriosi, homicidæ, sive adulteri majus fore, quam Joannis Baptisma, cum Joannis etiam majus fuerit Baptismate (2) Domini? Usque adeo enim majus est, ut Christus ab eo baptizari meruisset. E contra Fidelis: Fortassis hoc (3) verum foret, si solus Christus eo baptizatus fuisset: denique plurimi alii ab eo baptizati sunt.

In (4) Laodicensi quoque Concilio (5)

(1) Vide nott. superiores.

(2) Non modo Joannis Baptisma Baptismate Domini majus non fuit, sed ne eamdem quidem vim habuit, ut definit Conc. Trid. Ses. VII. de Baptismo can. I. his verbis. „ Si quis dixerit, Baptismum Joannis habuisse eamdem vim cum Baptismo Christi, anathema sit „. Jam vero triplicem ob causam inquit S. Hieronymus Comment. in Matth. lib. I. cap. III. ℣. 13. 14. T. VII. Ed. Ver. MDCCXXXVII. col. 19. „ Salvator a Joanne accepit Baptismum 1. ut, quia homo natus erat, omnem justitiam, et humilitatem legis impleret 2. ut Baptismate suo Joannis Baptisma comprobaret 3. ut Jordanis aquas sanctificans per descensionem columbæ, Spiritus Sancti in lavacro credentium monstraret adventum. „

(3) Ita posuimus. Cod. *Hoc, quod verum foret*.

(4) Quæ sequuntur usque ad finem hujus Numeri, Anonymus sumpsit ex Opusculo mox cit. S. Brunonis pag. 152.

(5) Concilium Laodice-

scriptum est: „ De his, qui ab Hæreticis „ convertuntur, hoc est, Novatianis, aut „ Photinianis, sive baptizati sint illi, seu „ Catechumeni, non ante suscipiantur, „ quam omnes hæreses anathematizent (1), „ & præcipue illam, qua detinebantur; & „ tunc demum hi, qui apud eos dicebantur „ fideles, nostræ fidei symbolo imbuantur, „ et uncti sancto Chrismate, sic myste- „ riis communicent sacrosanctis „. Possemus de his adhuc alias auctoritates dare; sed, ut puto, istæ sufficiunt. Dubitari autem potest de eo, quod Beatus Augustinus ait (2): *Nulli Sacramento injuria facienda est*, cum idem ipse alibi dicat (3),

num Can. VIII. Collect. Concill. Tom. I. col. 1531. „ Eos, qui ex hæresibus, „ hoc est Novatianis, sive „ Photinianis, vel Tessara- „ decatitis convertuntur, „ sive catechumenos, sive „ qui apud illos fideles di- „ cuntur, non admitti, prius- „ quam omnem hæresim „ anathematizaverint, et „ præcipue eam, in qua „ detinebantur, et tunc „ deinceps eos, qui apud „ illos fideles dicebantur, „ fidei symbola discentes, „ et sancto Chrismate inun- „ ctos, sic sancto myste- „ rio communicare. „

(1) Edit. Ven. et Lugd. *anathematizassent*.

(2) S. Augustinus in lib. cit. contra Epistolam Parmeniani. Vide pag. 135. not. 2.

(3) S. Augustinus lib. I. contra Cresconium Donatistam num. 40. cap. XXXIV. „ Neque ... recte ageremus „ cum hæreticis, quos habere Baptismum confite- „ mur, ut omni modo ad „ Ecclesiam Catholicam „ veniant, nisi veniendo

eos (1), qui ab Hæreticis veniunt, ideo per manus impositionem Episcoporum in Ecclesiam recipi, ne forte ab Ecclesia nihil collatum putarent, quod extra Ecclesiam non haberent. Quid autem sit manus impositio, ipse quoque definiens, ait (2): „Quid, *inquit*, est manus impositio, nisi „ oratio super hominem?„ Si igitur ejusdem Sacramenti oratio reiteratur super hominem, etiam ipsa manus impositio reiteratur. Siquidem nihil aliud est manus impositio, quam oratio super hominem. Non igitur reiteretur oratio super hominem in illis Sacramentis, quæ reiterari (3) non licet.

LXXXIX.

QUARE SPONSUS, ET SPONSA BENEDICANTUR

Sponsus, et Sponsa a Sacerdote benedicuntur; quod significat, Dominum nuptias approbasse, et confirmasse. Fuerunt tamen

„ acceperint aliquid, quod „ nec alibi possunt accipere; et quod nisi acceperint, „ frustra, et perniciose habeant quæcumque alia, „ quamvis bona, et ad legem Dei pertinentia, ubilibet accipere potuerunt „.

(1) Cod. *eos*. Editt. *hos*.

(2) Vide pag. 137. not. 1.

(3) In Sacramentorum, quæ reiterari non licet, numerum, Confirmationem quoque refert Anonymus noster, ut constat ex Num. de *Unctione Infirmorum iteranda*.

quidam Hæretici (1), qui nuptiis detraxere; et eas non a Deo concessas, sed a diabolo docuerunt inventas, ac traditas. Quid enim Dominus de nuptiis sentiat, ipse demonstrat. Cum interrogatus fuisset a Pharisæis, si liceret *homini* (2) *dimittere uxorem suam quacumque ex causa*, respondit inter alia (3): *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; patenter insinuans, a Deo nuptias esse institutas. Hoc est enim, quod legitur in Genesi (4): *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne una*. Reliquit Christus patrem, cum dicit (5): *Ego a Patre exivi, et veni in mundum*. Reliquit et matrem, idest, Synagogam Veteri Testamento carnaliter inhærentem, quæ erat illi mater ex semine David, et adhæsit Ecclesiæ, ut in pace Novi Testamenti essent duo in carne una; quia cum sit Dominus, particeps noster factus est, ut illius corpus esse possimus.

Vita etenim conjugalis in virtutibus non

(1) Hæretici, qui dixerunt, nuptias a diabolo inventas, et nubere, ac generare a Satana esse, fuere Saturninus, Marcio, Cassianus, Tatianus, et alii, prout fusius poteris videre nota 1. in cap. VII. l. IV. Summæ Ven. Monetæ pag. 315.

(2) Matth. XIX. 3.

(3) Ibid. ver. 6. *Quod ergo Deus etc.*

(4) Genes. I. 24.

(5) Joan. XVI. 28. *Exivi a Patre, et veni in mundum.*

est mira, sed tamen a suppliciis est secura. Hæc est enim illa civitas parva, ad quam fugit Loth, quia videlicet cum sibi per incontinentiam (1) miscentur conjuges, et lapsus scelerum fugiunt, et tamen venia salvantur, quasi parvam civitatem inveniunt, in qua ab ignibus defendantur; unde (2) idem Loth ad Angelum dicit (3): *Est civitas hæc juxta, ad quam possum fugere; parva, et salvabor in ea. Numquid non modica est, et vivit in ea anima mea? Juxta* dicitur, & tamen ad salutem tuta perhibetur, quia conjugalis (4) vi-

(1) Nimirum qui matrimonio in remedium contra propriam incontinentiam, aliaque graviora flagitia utuntur: qua de re S. Augustinus in Enchirid. cap. LXXVIII. num. 21. Tom. VI. col. 226. scribit: „ Putari „ posset, non esse peccatum, misceri scilicet „ conjugi non filiorum pro- „ creandorum causa, quod „ bonum est nuptiale, sed „ carnalis etiam voluptatis; „ ut fornicationis, sive „ adulterii, sive cujusquam „ alterius immunditiæ mor- „ tiferum malum, quod „ turpe est etiam dicere, „ quo potest, tentante Sa- „ tana, libido pertrahere, „ incontinentium devitet „ infirmitas. Posset ergo, „ ut dixi, hoc putari non „ esse peccatum, nisi ad- „ didisset, *Hoc autem dico* „ *secundum veniam, non se-* „ *cundum imperium*. Quis „ autem jam esse pecca- „ tum neget, cum dari ve- „ niam facientibus aposto- „ lica auctoritate fatea- „ tur? „

(2) Vide Sanct. Isidorum Commen. in Genes. cap. XV. pag. 429.

(3) Genes. XIX. 20.

(4) S. Isidorus loc. citat. *actualis*.

ta, nec a mundo longe divisa, nec tamen a gaudio salutis est aliena: sed tunc in actione hac vitam suam, quasi in parva civitate custodiunt, quoniam pro se assiduis deprecationibus intercediturt. Unde et recte per Angelum ad eumdem Loth dicitur (1): *Ecce et in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es*. Quia videlicet cum Deo deprecatio funditur, nequaquam talis conjugum vita damnatur. Si enim Dominus nuptias non approbasset, nunquam ad Architriclini nuptias venisset, in quibus miraculum, quo convivas lætificaret, facere dignatus est. Aquam enim mutavit in vinum, quo typice doceret, non se ad solvendum, improbandumque, sed ad adimplendum potius legem, Prophetasque venisse. Aquam convertit in vinum, quando post resurrectionem suam apparuit duobus discipulis (2) ambulantibus in via, ibatque cum illis; *et incipiens a Moyse, et omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant*. Hoc enim vino inebriati sunt convivantes, qui prius solam aquam biberant: propterea etiam ajebant (3): *Nos enim sperabamus, quod ipse esset redem-*

(1) Genes. XIX. 21. *Ecce etiam*.

(2) Luc. XXIV. 15. et 27.

(3) Ibidem ver. 21. *Nos autem sperabamus, quia ipse etc.*

pturus Israel. Postmodum cognoscentes, quis esset, qui eis verbum vitæ propinabat (1), dicebant ad invicem (2): *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, et aperiret Scripturas?* Judæi ergo aquam bibunt, quia legem carnaliter tantum intelligunt; unde Apostolus ait (3): *Quamdiu legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum*. Denique tunc bibent vinum de aqua factum, cum idipsum velamen a cordibus eorum fuerit ablatum; unde et mox sequitur (4): *Cum autem transierint ad Christum, auferetur velamen a cordibus eorum*.

Quod autem Sponsus Sponsam suam sub brachio cooperit, significat illud, quod dicitur (5): *Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui*. Hoc enim significat, quod carnalis voluptas, quæ cum dolore gignit filios, ne corruat, obtemperat rationi, quasi viro dominanti.

(1) Cod. *propinabatur*.

(2) Lucæ cap. cit. ver. 32. *Et aperiret nobis Scipturas.*

(3) II. Corinth. III. 15. *Cum legitur Moyses; velamen positum est etc.*

(4) Ibid. ver. 16. *Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.*

(5) Genes. III. 16.

XC.

QUOD SPONSUS, ET SPONSA BIS NON BENEDICANTUR

Vir autem, vel mulier ad bigamiam transiens non debet a Presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet (1).

XCI,

DE UNCTIONE INFIRMORUM

Sacramentum Unctionis infirmorum ab Apostolis institutum (2) legitur. Ait enim Jacobus Apostolus (3): *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent*

(1) In Rituali Romano Tit. *de Sacramento Matrimonii* hæc habentur: „ Caveat... Parochus, ne, „ quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in „ secundis benedicat, sive „ mulier, sive etiam vir ad „ secundas transeat. Sed „ ubi ea viget consuetudo, „ ut, si mulier nemini unquam nupserit, etiamsi vir „ aliam uxorem habuerit, „ nuptiæ benedicantur, ea „ servanda est. Sed viduæ „ nuptias non benedicat, „ etiamsi ejus vir nunquam „ uxorem duxerit. „

(2) Nempe ab Apostolis promulgatum. Vide S. Thomam in IV. dist. XLIII. Quæst. I. art. I.

(3) Jacob. V. 14. *Ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus etc.*

super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei. In quo ostenditur, duplici ex causa Sacramentum hoc institutum, scilicet ad peccatorum remissionem, et ad corporalis infirmitatis alleviationem; unde constat eum, qui hanc Unctionem fideliter devoteque percipit, et in corpore, et in anima alleviari; si tamen expedit, ut in utroque allevietur. Quod si forte corporis valetudinem illi habere non expedit, illam, quæ est animæ, sanitatem in hoc Sacramento acquirit; Et sicut in aliis Sacramentis, ita et in isto: aliud Sacramentum, aliud res Sacramenti. Sacramentum est ipsa Unctio exterior, res Sacramenti Unctio interior, quæ peccatorum remissione, et virtutum ampliatione perficitur. Sacramentum enim est, quando unum videtur, et aliud intelligitur. Et si ex contemptu, vel negligentia hoc Sacramentum prætermittitur, periculosum est, et damnabile (1).

(1) Vide Benedict. XIV. *de Synodo Diœcesana* cap.VII. num.4. pag.253.

XCII.

DE UNCTIONE INFIRMORUM ITERANDA

Quærunt aliqui, si hoc Sacramentum iterari possit, cum Baptismus, et alia quædam Sacramenta, semel suscepta non reiterentur; ait enim Augustinus *in libro contra Parmenianum*, Sacramentum non esse iterandum, et Sacramento non esse faciendam injuriam; sed de hoc dicit, ubi agit de Sacramento Baptismi, et Ordinationis: unde non videtur illud generaliter accipiendum, sed de Sacramento Baptismi, et Confirmationis, et Ordinationis, quæ nullatenus repetenda sunt; quia semel tantum, et non sæpius datur Baptismus, et Confirmatio, et Ordinatio. Sacramentum vero Altaris, et Pœniteniæ, et Conjungii sæpe iterari videtur, quia sæpe Sacramentum Corporis percipitur, frequenter Pœnitentia agitur, Conjugium sæpe contrahitur. Quare ergo Unctio similiter non potest iterari? Si morbus non revertitur, medicina non iteratur. Si vero morbus non potest cohiberi, medicina quare debet prohiberi? Sicut oratio reiterari potest, ita et Unctio reiterari posse videtur; utrumque enim illic commemorat Jacobus

ostolus, et utrumque alteri cooperatur conferendam alleviationem corporis, et mæ. Cur ergo negetur, Unctionem su- infirmum posse iterari ad impetrandam pius sanitatem mentis, et corporis, cum pter idem sæpe iteranda sit oratio (1)?

XCIII.

DE SIMONIACIS (2)

His autem sic expeditis, de illis nunc

) Vide Rituale Roma- i Tit. V. *de Sacramento* *emæ Vnctionis* cap. I. IV. et Josephi Catalani um §. comment. Confer iedictum XIV. *de Syno-* *iæcesana* lib. VIII. c. VIII.

) Quæ hoc Numero, et ximo leguntur, ad lite- , paucis demptis, quæ suo Anonymus interji- ccepta sunt ex *Respon-* *e S. Brunonis* Tom. cit. . Ven. pag. 152. et Bi- th. VV. PP. Tom. cit. . 1736. Similia quoque et Comment. in Joan- pag. 459. „ Omnes... moniaci, et invasores n pastores sunt, sed res, et latrones. Quur? uia non intrant per o- „ stium, quia non intrant „ per Christum, quia non „ intrant per justitiam, et „ veritatem, quia non in- „ trant per Verbum Dei, „ et secundum Canonum „ instituta. Quid igitur in „ Ecclesia faciunt? dicat „ ipse Dominus: Fur inquit, „ *non venit, nisi ut fure-* „ *tur, et mactet, et per-* „ *dat*. Quicquid igitur in „ Ecclesia faciunt, vanum, „ et inutile est. „ Ad quæ Editor: „ *Hæc verba cum* „ *aliis, quæ sequuntur, in-* „ *dicare videntur, in ea* „ *fuisse opinione A. no-* „ *strum, ut Simoniacorum* „ *Ordinationes, et intruso-* „ *rum invalidas fuisse exi-* „ *stimarit*. *Viguisse hanc*

dicere debemus, qui quamvis non simoniace, a Simoniacis tamen ordinati sunt. De

„ *opinionem illo seculo*, „ *idest* XI., *intelligere* „ *possumus ex Petro Damiani, qui, ut contrarium* „ *persuaderet, ideo Opusculum scripsit*(exerc.Const. „ Cajet.VI.) *cui nomen fecit* „ Gratissimus,*ubi* in proemio. De iis itaque, qui „ gratis sunt a Simoniacis „ consecrati, quanta jam „ per triennium in tribus „ Romanis Conciliis fuerit „ disceptatio, quamque „ perplexa, et confusa dubietas,et iis partibus quotidie ventiletur, Sanctitatem vestram latuisse, „ non arbitror: præsertim „ cum crescente fluctuationis ambiguo, eatenus sit „ processum, ut nonnullos „ constet Episcopos ab illis ordinatos, clericos denuo ordinasse. *Rem maxime dubiam fuisse,deinde etiam significat*. Cum „ mihi recurreret in memoriam, quia jam Venerabilis Papa in postrema „ Synodo omnes Episcopos ex divina obtestatione rogaverit, quatenus „ Dei misericordiam in „ commune deposcerent, „ ut, quod super hoc scrupuloso negotio decernendum esset, nutantibus revelaret. *Nec rem omnino constitisse seculo seq.*, „ *quo vixere Scholasticorum DD. lumina Petrus* „ *Lombardus, Petrus Pictaviensis, Hugo a S.Victore,Robertus Pullus etc.* „ *multis contendit Jo.Morinus* Exercit. V. de Sac. „ Ord.et in Præf.ad librum „ Auxil. *Rectam,sinceramque doctrinam perstitisse* „ *semper in Ecclesia de validitate harum Ordinationum, ostendit* Witasse de „ Sacr. Ord. part.I. qu.IV. „ *de Simoniacis sigillatim* „ Sect.3. *de intrusis, et invasoribus*Sect.IX.*Tournely* de Ord. qu.V. artic. I. „ (*quos ambos laudat Chardon* de Ord. c.6.),*Drouet* „ de re Sacram. lib. VIII. „ cap.4. *Chardon ipse, aliique passim TT.* Veram „ *tamen istam, Catholicamque doctrinam obscuriorem aliquanto factam a*

Simoniacis namque manifestum est, quod nullo modo in suis Ordinibus suscipi debent (1); *Non* (2) enim *eis pars, neque sors in sermone Dei*; Apostolus est, qui loquitur. Sed dicis: quare ergo alii Hæretici in suis Ordinibus suscipiuntur? Numquid Simoniaci sunt pejores, quam Arriani? quam Novatiani? quam Donatistæ? quam Nesto-

„ *Sec.*VIII. *idem Chardon* „ *fatetur, et nonnullorum* „ *AA. sequentium ætatum* „ *testimonia probare videntur. Adde Ordines apud* „ *Martene ex mss. nongentorum annorum, in quibus idem indicatur* T.1I. „ vet. Edit.p.345.360. etc. „ *Quid vero sit, quod Simoniacorum, et intrusorum* „ *causam A. noster discernat ab alia illorum, qui* „ *in Catholica Ecclesia fuerunt, sed* per lites, et „ contentiones,et schismata „ *se ab ea sejunxerunt, non* „ *aliam rationem habuisse* „ *videtur, nisi, quod isti* „ *veram, cum in Ecclesia* „ *Catholica essent, nullo* „ *impedimento prohibiti,* „ *ordinationem acceperant;* „ *non item alii; sed (Simoniaci præsertim)* maledictionem, quam Simon Magus a Simone „ *Petro recepit. Hinc ejus* „ *illud quoque de Simoniacis, et intrusis*: illi, „ quia non habent, dare „ non possunt: *quod sumpsisse videtur ab effato illo S. Leonis nomine, relato a Gratiano* 2.p. caus.1. „ qu.1. c.1. Gratia si non „ gratis datur, vel accipitur, gratia non est: Simoniaci autem gratis non „ accipiunt:igitur gratiam, „ quæ maxime in Ecclesiasticis Ordinibus operatur, non accipiunt, non „ habent; si autem non habent, nec gratis,nec non „ gratis dare possunt. „

(1(Editt. *debeant*.

(2) Actor.Apost.cap.VIII. vers.21. *Non est tibi pars, neque sors in sermone isto.* Edit. Ven. et Lugd. *Neque pars etc.*

riani, et Eutichiani? Ex his enim omnibus (1), et Episcopos, et Presbyteros in suis Ordinibus susceptos legimus, nec ipsa (2) dignitate privatos. Dico ergo, utrum Simoniaci pejores sint, nescio; (3) quia magnum scelus est vendere, vel emere Spiritum Sanctum. Si enim magnum peccatum fuit vendere, vel emere Christum; magnum utique peccatum est vendere, vel emere Spiritum Sanctum: Æquales (4) enim sunt Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Judas (5) est, qui vendit; Judæus est, qui emit: Utrumque autem et ementem, et vendentem de templo Dominus ejecit. Et multa quidem in Ecclesia dispensatorie fiunt pro temporum (6) necessitate, et Ecclesiæ (7) qualitate, quæ utique non fierent, si districto, canonicoque judicio fierent. Cum de frumento, et zizania Dominus loqueretur, ait (8): *Sinite utraque crescere usque ad*

(1) Editt.citt. *Ex his enim in ordinibus suis omnibus,et Episcopos etc.*

(2) Editt. *propria*.

(3) Supplent Editt. *Unum tamen scio, quia etc.*

(4) Editt. *Quales*.

(5) Auctor Sermonum trium de Symbolo ad Catechumenos S. Augustino adscriptorum, inter Opp. ipsius Tom. VI.Ser.I. c.VI. num. 15. col.526. „Quod „Judas vendidit,et Judæus „emit, tu acquisisti.„

(6) Editt. *temporis*.

(7) Cod. *Ecclesiæ qualitate* Editt. *negotii qualitate*.

(8) Matth. XIII. 30.

ad messem. Magna tamen consideratione hæc talis dispensatio fieri debet.

Et alii quidem Hæretici in suscipiendis Ordinibus non errabant; sed alia causa erat, atque doctrina, quæ eorum fidem impediebat. Simoniacorum vero hæresis, et peccatum ipsa eorum ordinatio est. Si ergo suæ ordinationi reconcilientur, quæ utique, ut superius ostendimus, nihil aliud, quam maledictio est, cui nisi suæ hæresi, suoque peccato, et ei, quam acceperant, maledictioni reconciliantur? Non quærant igitur reconciliationem, ne forte incurrant maledictionem. Quærant gratiam Spiritus Sancti, non ad Episcopalem dignitatem, sed ad delendam iniquitatem. Merito ergo in suis Ordinibus Simoniaci non suscipiuntur, quoniam in ipsis Ordinibus peccaverunt. Arriani vero non in Episcopali dignitate, sed in fide Trinitatis errabant, et peccabant. Et alii hæretici similiter, unusquisque in sua hæresi. Soli autem Simoniaci in emendis Sacris Ordinibus (1) peccant; unde et merito ipsi soli nulla Ecclesiastica dispensatione in his, quibus peccaverant, Ordinibus suscipiuntur. Alios autem præter (2) ipsos Hæresiarchas, multis locis Divinæ Scri-

(1) Editt. ignorant *Ordinibus*.
(2) Ita Editt. Cod. *propter*.

pturæ (1) in suis Ordinibus susceptos l
mus: Nam et Nicænum Concilium Catha
sive Novatianos per manus impositionem
scepit, et eorum Clericos in suis Ordini
manere præcepit. De hac autem manus
positione, sine qua Hæretici non suscipi
tur, satis superius diximus. Beatus quo
Gregorius (2) Hiberis Episcopis de Nesto
nis scribens, ait: Hanc igitur veritatem
tivitatis Christi, quicumque a perverso
Nestorii convertuntur, coram Sancta Fra
nitatis vestræ Congregatione fateantur; e
dem Nestorium, cum omnibus suis sequ
bus, ac reliquas hæreses anathematizant
Venerandas quoque Synodos, quas univ

(1) Nempe Conciliorum, et Romanor. Pontif. Decretalium.

(2) Collect. Concill. T. IV. col. 1198. „ Hanc ergo Nativitatis ejus veritatem, „ quicumque a perverso „ errore Nestorii revertuntur, coram sancta „ Fraternitatis vestræ congregatione fateantur, eumdem Nestorium cum „ omnibus sequacibus suis „ anathematizantes. Venerandas quoque Synodos, „ quas universalis Ecclesia „ recipit, se recipere, et „ venerari promittant „ absque ulla dubitat „ eos Sanctitas vestra, „ vatis eis propriis Or „ bus, in suo cœtu reci „ ut dum et per solli „ dinem occulta menti „ rum discutitis, atque „ per veram scientian „ cta, quæ tenere deb „ docetis; et per man „ tudinem nullam eis „ trarietatem, vel diff „ tatem de propriis „ Ordinibus facitis, ec „ antiqui hostis ore r „ tis. „

salis Ecclesia recipit, se recipere, et venerari promittant, et absque ulla dubitatione Sanctitas vestra, servatis eis ipsis Ordinibus, in suo cœtu eos recipiat; ut dum per sollicitudinem occulta mentis eorum discutitis, atque eos per scientiam veram recta, quæ tenere debeant, docetis(1); et per mansuetudinem nullam eis contrarietatem, vel difficultatem de ipsis Ordinibus facitis, eos ab iniqui hostis ore rapiatis. Sunt autem et multa alia, quibus hoc ipsum probari potest; sed de suscipiendis Hæreticis, et ipsis honoribus non privandis hæc duo exempla sufficiant.

Multum digressi sumus; nunc ad propositum revertamur, et de his dicamus, qui a Simoniacis ordinati sunt. Qui enim a Simoniacis ordinantur, aut sciunt eos (2) esse Simoniacos, aut putant eos esse Catholicos: Si vero Simoniacos eos esse sciunt, et se ab illis ordinari permittunt, nulla venia digni sunt, ut ipsis (3) servatis Ordinibus, suscipiantur. Multum enim ambitiosi esse probantur, qui alicujus honoris gratia ab illis se sacrari permittunt, a quibus se maledici non dubitant. Quis enim dubitat, Simoniacos esse Hæreticos? Quis igitur ei parcat, qui se ab illo ordinari permittit, quem hæreticum

(1) Cod. *doceatis*. (2) In Editt. desideratur *eos*.
(3) Editt. *propriis*.

ıon dubitat? Si vero Catholicus esse pu-
, et simul in Ecclesia cum Catholicis
ersatur , ratum debet esse quod agit;
iam non ad ipsum, sed ad illius devo-
m , et fidem respicit Dominus, qui se
manibus subjecit, quasi Catholico Epi-
› propter Deum : respicit etiam ad Ec-
m suos filios ei corde simplici offeren-
et in tali consecratione nihil mali suspi-
m. Quia enim intra Ecclesiam est, adest
e Spiritus Sanctus, qui etiam per ma-
ıominem Sacros Ordines operatur. Ho-
t) est, qui loquitur , sed Spiritus San-
2) est, qui sanctificat. Hoc autem (3)
pientis, et offerentis fides facit. Multis
ipsum Dominum dixisse legimus (4),
:undum eorum fidem fieret illis. Si ergo
ıa fide sanabantur, quare non isti sua fi-
›nsecrantur? Nihil enim hic contra fi-
ıgitur, sed fidele est totum, quod agitur.
im temere, vel contra fidem facerent,
o abesset Spiritus Sanctus: *Siquidem* (5)
us Sanctus disciplinæ effugiet fictum. Di-
s superius de Simoniaco, quia si, dum
atholicum fingit (6), a Catholicis Epi-

ditt. *homo* Cod. *hoc*.
anctus posuimus ex

ditt. *Hoc...totum etc.*

(4) Matth. VIII. 2. IX. 2.
(5) Sap. 1.5. *Spiritus enim Sanctus etc*.
(6) Editt. *esse fingit*,

scopis consecratur, tota illa eorum benedictio, in maledictionem (1) ei convertitur; quoniam non ad labia, sed ad cor respicit Dominus; non est enim in corde eorum, ut Simoniaco benedicant. Similiter igitur contra (2) dicere possumus: dum Simoniacus Catholicum se esse fingens, Catholico benedicit; quamvis ejus benedictio maledictio sit, omnis tamen ejus maledictio in benedictionem (3) convertitur: adest enim Spiritus Sanctus, qui non ad loquentis, et consecrantis Hæretici finctiones (4), sed ad suscipientis intentionem (5), et devotionem respicit. Quod si extra Ecclesiam tale quid (6) contingat, non debet hæc ratio ei subvenire, qui extra Ecclesiam a Simoniaco ordinatur, quamvis non Simoniacum esse putet; quoniam neque a matre Ecclesia offertur, neque ejus devotio bona est, qui extra Ecclesiam a quocumque ordinatur. Manifestum est igitur (7) de his, qui infra Ecclesiam a Simoniacis, quos tamen Catholicos esse putant, non Simoniace ordinantur, quod eorum ordinatio rata esse debet. Taceant igitur, qui a

(1) Cod. *maledictione*.
(2) Editt. *e contra*.
(3) Cod. *benedictione*.
(4) Editt. *petitiones*.
(5) *Mentem* habent Editt., Cod. *intentionem*.
(6) Cod. *quid.* Editt. *aliquid*.
(7) *Itaque* legunt. Editt. Cod. *igitur*.

temporibus Beati Leonis Papæ jam Sacerdotium in Ecclesia defecisse garriunt, eo quod omnes aut (1) Simoniaci essent, aut a Simoniacis ordinati. Similiter autem et de aliis Hæreticis intelligendum est, quia si intra Ecclesiam ordinati sunt, et Catholici esse putantur; quamdiu ibi sunt, Sacramenta, quæ agunt, rata esse debeant; quin (2) aliquis Simoniacus, vel non canonice electus, Catholicum se simulans a Catholicis consecratur, illorum benedictio in maledictionem convertitur ei, quia non ad labia, sed ad cor respicit Deus. Hoc enim timebat Jacob, qui cum a matre ad patrem mitteretur, ait (3): *Nosti, quod frater meus Esau homo pilosus sit, et ego lenis: si ergo attrectaverit me Pater meus, et senserit, timeo, ne putet me sibi voluisse illudere, et inducat super me maledictionem pro benedictione.* Sed non erat ei timendum, quia a matre, hoc est, Ecclesia mittebatur. Isti autem non mittuntur a matre, hoc est, ab Ecclesia, quia Isaac illudunt, qui Episcopos decipiunt, qui furtim, et per latrocinium patris benedictionem subripere volunt. Unde et non immerito inducitur super eos maledictio pro benedictione. Illi enim soli mit-

(1) Sic Editt. Cod. *autem*.
(2) Quæ sequuntur usque ad finem Numeri hujus, Anonymus noster vel aliunde accepit, vel de suo addidit.
(3) Genes. XXVII. 11. seq. *Si attrectaverit etc* ... *inducam etc.*

tuntur a matre, hoc est, ab Ecclesia, qui non per pecuniam, non per aliquam necessitatem, sed sola cleri et populi electione, et ipsa pura, et sine pravitate mittuntur ad patres, hoc est, ad Episcopos, ut ab eis benedicantur, et consecrentur.

XCIV.

DE FILIIS HÆRETICORUM PEREUNTIBUS

De (1) parvulis autem Hæreticorum si

(1) Quæ hoc numero leguntur, fere omnia sumpsit Anonymus ex S. Brunonis Responsione ad eam Quæstionem, *Cur corruptus etc.* Venet. Edit. T. cit. pag. 152. de quo quidem Opusculo hæc *in Faculis ad S. Brunonis Astensis Episcopi Signiensis suboscura quædam loca num.* 10. *et seqq.* „ Tra- „ ctatus, cui titulus est: *Re-* „ *sponsio ad eam quæstio-* „ *nem; Cur corruptus tunc* „ *temporis Ecclesiæ status*, „ non nemini visus est om- „ nium Auctoris Scripto- „ rum morbosissimus, duas „ ob causas, quantum vi- „ deo. Prior est, quod pro „ Simoniacis, et Hæreticis „ revenientibus ad sanam „ mentem, iterandum esse „ Sacramentum Confirma- „ tionis affirmat, ut acci- „ piant Spiritum Sanctum, „ ac remissionem peccato- „ rum, quibus fraudati „ sunt, hæretici quidem „ dogmatici in Baptismo „ valido, sed evanido, et „ gratiæ sterili, ob malam „ fidem suscipientis; Simo- „ niaci vero, in sua Ordina- „ tione. Nec Auctor tali- „ bus, ad cor redeuntibus, „ indicit susceptionem Sa- „ cramenti Pœnitentiæ, cu- „ jus post initiationem per „ Baptismum capaces sunt: „ sed tantum imponit illis „ necessitatem suscipiendi

„ Hæreticos. Et quamvis
„ non vult statuere, an sint
„ pejores Arrianis, et Ne-
„ storianis, et Eutichianis;
„ tamen hæreticos esse pro
„ certo habet. Itaque si-
„ cut hæreticos iterata Con-
„ firmatione reconciliandos
„ docet, ita idem de Simo-
„ niacis affirmare videtur.
„ In quibus omnibus mul-
„ tiplex labes se prodit:
„ nempe repetitæ Confir-
„ mationis, hæreseos Simo-
„ niacorum, primæ gra-
„ tiæ jam renatis colla-
„ tæ per Confirmationem.
„ Causa altera morbosita-
„ tis hujus tractatus præ ce-
„ teris assignatur, quod Sa-
„ cramenta Simoniacorum
„ neget, debere esse rata,
„ atque adeo censet nulla
„ esse, in quo non jam su-

„ e
„ S
„ in
„ B
„ cu
„ ar
„ G
„ ap
„ cra
„ nis
„ fide
„ cha
„ Bap
„ Sac
„ raeti
„ non
„ profi
„ firma
„ Conc
„ cap.
„ in ins
„ ac

zati sint ? Respondeo , quia in Ecclesia

„ nem regressum ad gra-
„ tiam per ea Sacramenta;
„ affirmant ibi S. Chrys.,
„ et Theodoret. In multis
„ tamen antiquis decretis
„ repetitionem Confirma-
„ tionis approbari, atque
„ adeo in tota veteri Eccle-
„ sia Confirmationem ab
„ hæreticis Episcopis col-
„ latam, fuisse iteratam di-
„ xit Maldonatus in opere
„ posthumo de Sacram.
„ Disp. de Confirm. q.2.
„ Quod si verum esset, ve-
„ niale profecto haberi de-
„ beret Auctori , errasse
„ cum tam multis . Hoc ta-
„ men censeo rejiciendum,
„ ne toti veteri Ecclesiæ
„ fœdum illum errorem af-
„ ficiamus ; et ea decreta,
„ quæ hæreticos revenien-
„ tes sola manuum imposi-
„ tione reconciliandos di-
„ cunt, accipio de manuum
„ impositione reconciliati-
„ va, quæ fit in Sacramen-
„ to Pœnitentiæ, conferen-
„ do absolutionem . Unde,
„ quia Auctor sententiam
„ suam de iteranda ma-
„ nuum impositione ful-
„ cit, sola diffusa allegatio-

„ ne illorum decretor
„ idem emplastrum , q
„ decretis prædictis ad
„ vimus , erit qui cense
„ se circa hoc posse i
„ quæ in Auctore morb
„ videbantur, mederi .
„ cut etiam Thomas V
„ densis Tom.1I. cap.13
„ hac ipsa ratione medici
„ nam fecit loco D. Augu
„ stini, ex lib.3. de Baptis
„ c.16. , quo manus impo-
„ sitionem non esse sicut
„ Baptismum , et repeti
„ posse diserte asserit , in-
„ telligens manus imposi-
„ tionem in Sacram. Pœni-
„ tentiæ adhibitam . Hac
„ ipsa porro responsione
„ admissa, evanescet illud
„ quoque in Auctore nota-
„ tum , quod velle videre-
„ tur, jam renatos accipere
„ gratiam remissivam pec-
„ catorum absque Sacra-
„ mento Pœnitentiæ, per
„ solam Confirmationem .
„ Hæc enim objectio eva-
„ nesceret, si apud Aucto-
„ rem manus impositio de-
„ signaretur Sacramentum
„ Pœnitentiæ, non Confir-
„ mationis . Jam quod Au-

sunt. Quod si dicat: quid illi peccaverunt,

„ ctor Simoniacos notaverat hæreseos, et Simoniam hæresim esse censuerit; non fuit, cur reprehenderetur, nisi una in S. Gregorium, et alios plerosque Doctores similiter locutos, intorqueatur reprehensio. Apud S. Gregorium ita habetur explicatissime l.4. ep.51. et lib.7.ep.110. Similiter locutus est Paschalis Papa epistola ad Mediolanenses, et c. *patet* 1.q.7. Piget plura addensare in eam sententiam, cum nihil frequentius occurrat apud Pontifices, et Patres Simoniam impugnantes, quam Simoniam esse hæresim, et Simoniacos hæreticos, ut late refertur in opere, cui titulus: *Mala bonorum Ecclesiæ* lib.2.Sect.I. c. 3. n. 6. Et verum quidem est, Simoniam per se, ac directe non impetere fidem divinam, quod facit hæresis; sed tantum adversari religioni moralium virtutum principi, circa divinum cultum versanti. Potest tamen Simoniæ inædificari hæresis, nec raro est inædificata; cum scilicet nefariæ voluntati emendi spiritualia adjungitur pertinax judicium liberum, quod ea venditio, ac emptio sit licita, quicquid Ecclesia in contrarium statuit, ut optime exponit Petrus Damiani Opusc. 5. *sub initium*, adducto exemplo novorum Nicolaitarum, qui tum demum hæreticis sunt annumerati, cum suas spurcitias contra temperantiam, et religionem, voto castitatis, quod emiserunt, adversantes, obfirmate tuendas susceperunt, tamquam licitas contra Ecclesiæ mandatum. Quia igitur tempore Ss. Leonis Noni, et Gregorii Septimi, quibus Auctor florebat, adeo invaluerat in sacris hominibus corruptio, ut plerique sacrilegas scortationes, nomine conjugii sibi liciti, adducerent, et multa quoque benefi-

„ cia Ecclesiastica posse „ absque culpa comparari „ asseverarent, quicquid „ denique statueret Eccle- „ sia, merito Auctor, et „ ejusdem ævi Scriptores, „ tales concubinos, et Si- „ moniacos hæreticis annu- „ merant; nec fuit, cur hoc „ in Auctore specialiter re- „ prehenderetur. Venio ad „ alteram causam morbosi- „ tatis libelli, pro quo sa- „ tagimus, quæ est de Sa- „ cramentisSimoniacorum, „ et Hæreticorum,quæ Au- „ ctor aliquando nulla,etva- „ na esse confirmat:ideoque „statuit, non esse habenda „ rata, sed esse repetenda, „ quippe quæ irrita fuerint, „ ac nulla. Fatetur quidem „ Auctor, aliqua Sacra- „ menta Simoniacorum, et „ Hæreticorum valida esse, „ nec repetenda; quæ scili- „ cet bona fide ab occulto „ Simoniaco, aut Hæretico „ essent suscepta. Unde re- „ tundit calumniam aliquo- „ rum, juxta quos si Sa- „ cramenta Simoniacorum „ sint nulla, Sacerdotium „ jam a tempore S. Leonis „ Noni defecerat in Eccle- „ sia, eo quod, ut ait in „ vita S. Leonis, hanc ca- „ lumniam referens, vix „ inveniri posset vel unus „ in Ecclesia, qui aut Si- „ moniacus non esset, aut „ a Simoniacis non esset or- „ dinatus. Unde si Ordina- „ tio Simoniaca erat nulla, „ nullus supererat in Ec- „ clesia verus Episcopus, „ qui ordinare valide pos- „ set; nullus simplex Sa- „ cerdos, cujus Ordinatio „ cassa non fuisset, ac nul- „ la: Sic enim concipie- „ bant argumentum. *Si tem- „ pore Leonis Noni omnes „ tales erant, idest, si om- „ nes vel Simoniaci erant, „ vel a Simoniacis ordinati; „ vos,qui nunc estis, unde „ huc venistis? Per quos, „ nisi per illos transistis? non „ fuit via aliunde. Ergo „ illi, qui vos ordinaverunt, „ ab illis, et non ab aliis „ suos Ordines susceperunt, „ qui vel Simoniaci erant, „ vel a Simoniacis ordinati „ erant.* Hujus argumen- „ tationis dilutione noluit „ S.Bruno intercidere nar- „ rationem gestorum San- „ cti Leonis: sed data fide „ ejusdem seorsum discu- „ tiente, confecit eam ob-

„ rem lucubrationem , pro
„ qua purganda laboramus,
„ in qua sub finē concludit,
„ hos argumentatores esse
„ hallucinatos , quia multi
„ supererant occulti Simo-
„ niaci , et multi bona fide
„ ab eis ordinati , quorum
„ Ordinatio non erat irrita,
„ sed valida . Contrarium
„ vero statuit de ea Ordina-
„ tione , quæ facta esset
„ a Simoniaco comperto .
„ Eam quippe invalidam ,
„ et repetendam esse con-
„ tendit . Et tales tunc fuis-
„ se aliquorum (quamvis
„ non omnium) Ordinatio-
„ nes supponit.Hoc ab Au-
„ ctore ex magno zelo con-
„ tra Simoniacos , cum
„ multis aliis tunc prola-
„ tum,non est admittendū ,
„ nisi in eo sensu , in quo
„ pleraque jura dicunt,Or-
„ dinationes esseSimoniacas
„ irritas . Quod Doctores
„ exponunt de nullitate Or-
„ dinationis,quoad usum,et
„ executionem Ordinum ,
„ seu quantum per Eccle-
„ siam irritari possunt ra-
„ tione liciti exercitii lega-
„ ti Simoniaco : aut ratione
„ jurisdictionis , si ad ali-
„ quam functionem est ne-

„ cessaria, et constet,al
„ clesia esse Simoniacc
„ ptam: Vel denique n
„ ne adeptionis benel
„ quam Ecclesia vali
„ esse renuit , si Simo
„ sit facta.Illustrat hæc
„ nia accurate Suare
„ de Simonia cap.57.a
„ Quod tamen Ordi
„ Simoniace facta, et c
„ tio Sacramenti , qua
„ Simoniace peracta,p
„ spectata , sit valida ,
„ est dubitandum : Et
„ confirmatur non mo
„ Suarez ib. n.3., et 4.
„ etiam jam olim a Be
„ do presb.in ep.ad Be
„ Constantientium sch
„ magistr. , postea m
„ chum Corbejensem
„ Sarconia , qui in ea
„ sententia , quam hi
„ cutimus : Et fuisse
„ que musici Widonis,
„ Guidonis (de quo Ba
„ ann.1022.);testatur i
„ Bernard. Laudato e
„ trario P.Damiani , q
„ libro, cui tit. fecit *Gr*
„ *simus*, non minus pe
„ moniacos,quam per
„ hæreticos Sacramenta
„ currere , demonstr
„ aliquando anterius „

ut in Ecclesia (1) non sint? Dico et ego, quid Paganorum, et Judæorum parvuli peccaverunt, ut baptizari non mererentur? Ipse tamen Dominus ait (2): *Ego scio, quos elegerim*. Judæi (3) enim damnationem in posteros transmiserunt, dicentes (4): *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros*. Excommunicatorum autem filii, si in Ecclesia baptizantur, nihil eis nocet parentum excommunicatio: *Filius* (5) *enim non portabit iniquitatem patris*. Postquam autem ad ætatem veniunt, ut sua peccata cognoscere valeant, ulterius a peccatis immunes judicari (6) nequeunt. Quod si extra Ecclesiam baptizantur (sunt enim (7) extra Ecclesiam omnes excommunicati), nisi prius quam de hac vita exeant, per Episcopos Ecclesiæ reconcilientur, in magno periculo (8) mihi esse videntur. Omnis (9) enim, qui repertus fue-

(1) Hæc nullo modo intelligenda sunt de filijs hæreticorum, qui legitimo ritu baptizati, ante usum rationis ex hac vita migrant, vel qui, ubi ad usum rationis pervenerunt, hæresi non adhærent.

(2) Joan. XIII. 18.

(3) Proxima verba usque ad *filios nostros* non habentur in Editt.

(4) Matth. XXVII. 25.

(5) Ezech. XIII. 20.

(6) Editt. *vindicari*.

(7) In Editt. desideratur *enim*.

(8) Hæc verba de Excommunicatorum filiis, postquam adoleverint, sunt exponenda.

(9) Periodus ista non legitur in Editt.

rit in die judicii extra Ecclesiam, *peribit* (1) *anima ejus de populo Dei*.

XCV.

QUOT MODIS DICITUR QUIS ESSE IN ECCLESIA

Tribus modis dicitur quis esse in Ecclesia; unione charitatis, participatione Sacramentorum, et consortio fidelium. Similiter tribus modis excluditur quis ab Ecclesia; si mortaliter peccat, separat se ab unione charitatis, hoc est, ab Ecclesia; pro horrendo crimine separatur a participatione Sacramentorum; pro contumacia separatur a fraterna communione.

XCVI.

DE CORONA CLERICORUM

Corona enim signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerii Divini. Corona regale decus (2) significat: *Et servire*

(1) Levit. XIX.8. *Et peribit anima illa de populo suo.*

(2) Clarus Richinius ad illa Ven. Monetæ verba *de Tonsura* Summæ adversus Catharos, et Valdenses lib. IV, cap. VI. §. 1. *Ab Ecclesia Dei instituta est ad designandum, quod diximus*: not. 6. pag. 31. inquit: „ Adiungit ... Moneta: *ad* „ *designandum, quod diximus*, nempe *regiam dignitatem*. Quod libri Rituales id fieri ad regiam in „ Clericis dignitatem indicandam affirment. Neque „ vero libri Rituales solum,

Deo regnare est; unde ministri Ecclesiæ Reges esse debent, ut se, et alios regant; quibus Petrus Apostolus ait (1): *Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*. Ipsi enim sunt Reges, et Sacerdotes, qui tumultus carnalium vitiorum insurgentes, ut Reges refrenant, et sacrificium mortificationis, et laudis, ut Sacerdotes Domino immolant. Summitas capitis desuper nudatur, ut eorum mens ad Dominum libera monstretur, quæ revelata facie gloriam Dei contempletur; summitas enim capitis est eminentia mentis; denudatio capitis est revelatio mentis. Clericus enim non ignarus secretorum Dei esse debet. Tondentur et capilli usque ad revelationem sen-

„ sed etiam Synodi, Concilia Ravennensia duo „ celebrata anno MCCCXIV, „ et MCCCXVIII. apud Martenium Parte II. lib. I. *de* „ *Sacris Ecclesiæ Ritibus* „ *cap.* VIII. *pag.* 34. jubent, „ ut Clerici *coronam condecentem portent, per* „ *quam designentur, regalis* „ *esse generis*. Adeundus „ S. Isidorus Hispalensis „ lib. II. *de Divinis Officiis* „ *cap.* IV. quo loco. *Quod* „ *vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur*, inquit, „ *Sacerdotium, Regnumque* „ *Ecclesiæ in iis existimo* „ *figurari*. Arbitror tamen, „ Tonsuram introductam a „ Clericis ad contemptum „ mundi indicandum. Consulendus Martenius, ibidem pag. 42. seqq. et eruditissimus Joseph Catalanus *Commentar. in Pontificale Romanum Tom.* I. „ *pag.* 65. *seqq.* „

(1) I. Pet. II. 9. *Vos autem genus electum*.

suum, scilicet oculorum, et aurium, ut vitia in corde, et opere pullulantia doceantur præcidenda, ne ad audiendum, et intelligendum Dei verbum mens præpediatur, pro quo servato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ (1) autem Ecclesiasticæ usus a Nazaræis exortus videtur, qui prius crine servato, denique ob vitæ continentiam, caput radebant, & capillos in igne sacrificii ponebant. Hinc usus inolevit, ut qui Divinis cul-

(1) S. Isidorus *de Ecclesiasticis Officiis* lib. II. c.4. pag.596. ita scribit: „Tonsuræ autem Ecclesiasticæ usus a Nazaræis, ni „fallor, exortus est, qui „prius crine servato, de„nuo post vitæ magnæ con„tinentiam devotione com„pleta, caput radebant, „et capillos in ignem sa„crificii ponere jubeban„tur, scilicet, ut perfectio„nem devotionis suæ Do„mino consecrarent. Hujus „ergo exempli usus ab „Apostolis introductus est, „ut qui in divinis cultibus „mancipati Domino con„secrantur, quasi Naza„ræi, idest, sancti Dei, „crine præciso innoventur. „Hoc quippe et Ezechieli „prophetæ jubetur, dicen„te Domino: *Fili hominis* „*sume tibi gladium acu*„*tum, et duc super caput* „*tuum, et barbam*, vide„licet, quia et ipse Sacer„dotali genere Deo in mi„nisterium sanctificationis „deserviebat. Hoc et Na„zaræos illos Priscillam, „et Aquilam in Actibus „Apostolorum primos fe„cisse legimus, Petrum „quoque Apostolum, et „quosdam Discipulorum „Christi, qui in hujusmo„di cultu imitandi extite„runt.„

cultibus mancipantur, quasi Nazaræi, est, *Sancti*, crine deposito invenian sicut ad Ezechielem dicitur (1): *Fili hon sume gladium acutum, et duc super c tuum, et barbam*. In actibus enim Apc lorum (2) Priscillam, et Aquilam hoc f se legimus. Paulus quoque, et alii qu discipuli Christi hoc fecerunt.

XCVII.

DE NAZARÆIS

Jubetur (3) enim Nazaræis, ut

M

(1) Ezech. v. 1. *Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos, et assumes eum, et duces per caput tuum, et per barbam tuam*.

(2) Cap.xviiI. ver.18.

(3) S. Isidorus Comment. in Num. cap.111. pag.474. ita plenius: „ Jubetur quo„ que in hac mansione Na„ zaræis, ut vinum, et si„ ceram, et omne, quod „ de uvis est, non bibant, „ nec comedant, nec de „ uva quidem passa; vel „ acetum, quod est ex vi„ no. Sed et in Proverbiis „ præcipitur, ut potentes, „ qui iracundi sunt, vinum „ non bibant, ne, cu „ berint, obliviscant „ pientiæ. Quid ergc „ zaræorum nomine „ abstinentium, con „ tiumque vita desig „ His in vino luxuria „ betur, in sicera „ voluptas terrena. „ enim ex diverso c „ tur genere, sicu „ luptas ex diversa „ rum oritur passion „ enim vinum non b „ et siceram bibunt „ ad decipiendos hc „ umbras quasdam, „ gines simulant „ virtutum. Uva pa „ vescuntur, qui p

num (1), et omne, quod inebriare potest, et omne, quod de uvis est, non bibant; nec acetum, nec uvam passam comedant. Quid Nazaraeorum nomine, nisi abstinentium, continentiumque vita figuratur? His in vino luxuria prohibetur; in diversa potione diversae voluptates (2) figurantur. Illi enim vinum non (3) bibunt, sed alias potiones bibunt, qui ad decipiendos homines umbras quasdam, et imagines simulant habere virtutum. Uva passa (4) illi vescuntur, qui propter humanos oculos se abstinentia, et pallore inficiunt, ut gloriam captent ab hominibus. Acetum autem bibunt, qui per vitae siccitatem in vetustate praeteritorum vitiorum labuntur; et corruptione veteris nequitiae delectantur. Praecepit itaque Dominus, ut ii, qui sanctitatis titulum induunt, cunctis his careant vitiis, nullamque horum habeant memoriam.

„ humanos oculos abstinen- „ tiae pallore inficiuntur, „ ut gloriam capiant ab ho- „ minibus. Acetum autem „ bibunt, qui post vitae „ sanctitatem in vetustate „ praeteritorum vitiorum „ labuntur, et corruptione „ veteris nequitiae dele- „ ctantur. Praecepit itaque „ Deus, ut qui sanctita- „ tis induerent titulum, „ cunctis his careant vi- „ tiis, nullamque hujus- „ modi perturbationem af- „ ferant, quae statum mentis „ evertat. „

(1) Num. VI. 3. et seqq.

(2) Cod. mendose *voluntates*. (3) Supplevimus *non* ex S. Isidoro.

(4) Cod. *uvam passam*.

XCVIII.

DE CLERICIS

Ait enim Isidorus in septimo libro Etymologiarum (1): Cleros, et Clericos hinc appellatos esse credimus, quia Mathias electus est sorte, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. *Cleros* enim græce, latine *sors*, vel *hæreditas Dei*; ideo ergo dicti sunt *Clerici*, quia de sorte sunt Domini.

M 2

(1) Sanct. Isidorus Originum, seu Etymologiarum lib. vII. cap. xII. pag. *99*. Idem Eccles. Off. lib. II. cap. I. pag. *596*. ita scribit: „ Itaque omnes, qui in „ Ecclesiastici ministerii „ gradibus ordinati sunt, „ generaliter Clerici no„ minantur. *Cleros* enim, „ vel *Clericos* hinc appella„ tos Doctores nostri di„ cunt, quia Mathias sor„ te electus est, quem pri„ mum per Apostolos le„ gimus ordinatum, et sic „ omnes, quos illis tempo„ ribus Ecclesiarum Prin„ cipes ordinabant, sorte „ eligebant. Nam *cleros* „ sors interpretatur, unde „ et hæreditas græce *cle*„ *ronomia* appellatur, et hæ„ res *cleronomos*. Proin„ de ergo *Clericos* vocari „ ajunt, eo quod in sortem „ hæreditatis Domini den„ tur, vel pro eo, quod „ ipse Dominus sors illo„ rum est, sicut de iis „ scriptum est, loquente „ Domino: *Ego hæreditas* „ *eorum*. Unde oportet, „ ut qui Deum hæredita„ te possident, absque ul„ lo impedimento seculi „ Deo servire studeant, „ et pauperes spiritu esse „ contendant, ut congrue „ illud Psalmistæ dicere „ possint: *Dominus pars* „ *hæreditatis meæ*. „

XCIX.

QUOT SUNT (1) ECCLESIASTICI ORDINES

Septem(2) sunt spiritualium Officiorum gradus, sive Ordines, propter septiformem gratiam Spiritus Sancti, quorum nomina sunt hæc: Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter (3).

(1) In Cod. huic Numero proximus, qui est *de Ostiariis*, præponitur.

(2) Quæ de Ecclesiasticis Ordinibus, sive gradibus tradita sunt superioribus Numeris, et proximis tradentur, exigenda sunt ad ea, quæ rerum Liturgicarum Scriptores de hoc argumenti genere commentati sunt. De eo autem agunt ex Veteribus præter S. Isidorum Hispalensem lib. II. *de Eccles. Off.* cap. I. et seqq. pag. 596. seqq., Hrabanus Maurus *de Institutione Clericorum* lib. I. cap. III. seqq. Collect. Veterum quorumdam Scriptorum *de Divinis Officiis* editæ per Melchiorem Hittorpium Colon. Agrip. MDLXVIII. pag. 312. seqq. Alcuinus Flaccus lib. *de Divinis Officiis* Collect. cit. pag. 71. seqq. Amalarius Fortunatus Episcopus Trevirensis *de Eccles. Off.* lib. II. cap. VI. seqq. ibid. pag. 161. seqq., S. Ivo Carnotensis Episcopus Serm. *de excellentia Sacrorum Ordinum* Collect. ejusdem p. 469. seqq. Ex Recentioribus autem consuli possunt Ludovicus Thomasinus *Veteris, & Novæ Ecclesiæ Disciplinæ* circa beneficia Tom. I. lib. I. et II. Catalanus in Comment. in Pontificale Romanum Part. I. Tom. II. pag. 26. seqq. et alii.

(3) In Cod. hæc adduntur: *Vidimus de Ostiariis, videamus de Lectoribus.*

C.

DE OSTIARIIS

Ostiarii quidem, sive Janitores, ut ait Isidorus (1), sunt, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud aliquid immundum. Dicti autem Ostiarii, eo quod præsint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intus, et extra custodiunt; atque inter bonos, et malos habentes judicium, dignos recipiunt, indignos respuunt; unde et eis, cum ordinantur, claves Ecclesiæ dantur ab Episcopo; et dicitur eis: *Sic agite, tamquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ clavibus istis recluduntur*. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto vendentes, et ementes de templo ejecit. Ipse enim se Ostiarium significans dicit (2): *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, et pascua inveniet*.

(1) Originum lib. VII. cap. XII. pag. 100.

(2) Joan. X. 9. *Salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet*.

C I.

DE LECTORIBUS

Secundus gradus est Lectorum, ut ait Isidorus (1), et dicuntur a *legendo*. Ad Lectorem autem pertinet lectiones pronuntiare; et ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, populis prædicare, ut jam ex officio legat in Ecclesia Prophetias, et Lectiones: Unde et ipsi, vidente populo, traditur ab Episcopo codex Divinarum Lectionum, et dicitur ei: *Accipe, et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter impleveris officium, partem cum his, qui bene verbum Dei ministraverunt*. Hoc officium Christus implevit, cum in medio seniorum (2) Isaiæ librum aperiens, distincte ad intelligendum legit: *Spiritus* (3) *Domini super me, eo quod unxerit me; ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis aperitionem*. Ex hoc datur intelligi, quia gratia spirituali clarere debent, qui aliis verbum Dei annuntiant. Hic Ordo formam, et initium a Prophetis accepisse videtur, quibus dicitur (4): *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam*. Qui enim ad officium

(1) Originum lib. cit. cap. XII.

(2) Lucæ II. 46.

(3) Isa. LXI. 1. *eo quod unxerit Dominus me*.

(4) Isa. LVIII. 1.

prædicationis excubant, a studio lectionis non recedant.

CII.

DE EXORCISTIS.

Tertius est Ordo Exorcistarum; Exorcistæ autem de græco in latinum *Adjurantes*, vel *Increpantes*, ut ait Isidorus (1), vocantur. Invocant enim super Catechumenos, et super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini; adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Ad Exorcistas, ait Isidorus (2), pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super Energumenos (3), et Catechumenos in exorcizando imponere. Debet autem Spiritum mundum habere qui spiritibus immundis imperat, et malignum expellere de corde suo, quem expellit de corde alieno; ne medicina, quam aliis facit, sibi non prosit; et dicatur ei: *Medice* (4) *cura te ipsum*. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum Exorcismorum, et dicitur eis: *Accipite, et habete potestatem imponendi manus super Energumenos, vel Catechumenos*. Hoc officio usus est Dominus, quando saliva sua tetigit

(1) S.Isidor.Orig. lib.cit.

(2) In Epistola ad Ludifredum EpiscopumCordubensem pag.615.

(3) Cod. *Inhergumenos*.

(4) Lucæ cap.IV. ver.23.

aures, et linguam surdi, et muti, dicens (1): *Ephpheta, quod est adaperire*. Hoc etiam officio usus est Christus, cum dæmoniacos multos sanavit. Hic Ordo a Salomone (2) videtur descendisse, qui quemdam modum exorcizandi invenit, quo dæmones adjurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati *Exorcistæ* vocati sunt, de quibus Christus in Evangelio (3): *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri*, scilicet Exorcistæ, *in quo ejiciunt*?

CIII.

DE ACOLYTHIS

Quarto loco succedunt Acolythi. *Acolythi* (4) vero græce, latine *Ceroferarii* dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, vel Sacrificium est offerendum: tunc enim accenduntur luminaria, et deportantur ab eis, non ad effugandas aeris tenebras, cum sol eo tempore rutilet, sed

(1) Marc. VII. 34.

(2) Beda in Act. Apost. cap. XIX. Tom. V. Edit. Colon. Agrip. MDCXII. col. 657. scribit: „ Refert „ Josephus, Regem Salo„ monem excogitasse, „ suamque gentem docuis„ se modos exorcismi, „ idest, adjurationis, quibus „ immundi spiritus expulsi „ ab homine ulterius rever„ ti non sint ausi. „

(3) Matth. XII. 27. *Et si ego in Beelzebub. etc.*

(4) Vide S. Isidorum Originum lib. VII. cap. XII. *de Clericis* pag. 100.

ad signum lætitiæ demonstrandum ; ut sub typo luminis corporaliter illa lux ostendatur, de qua legitur (1) : *Erat lux vera , quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* . Ad Acolythum pertinet præparatio luminarium in Sacrario ; ipse cereum portat ; ipse urceolum , et suggesta (2) pro Eucharistia Subdiaconis præparat . Hi cum ordinantur , cum edocti fuerint ab Episcopo, qualiter agere in officio suo debeant, ab Archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, et urceolum vacuum . Hoc officium Dominus se habere testatur,dicens (3) : *Ego sum lux mundi , qui sequitur me, non ambulat in tenebris* . Hujus officii formam illi gerebant in Veteri Testamento , qui lucernas (4) candelabri componebant , et accendebant igne cælesti , ad illuminandas tenebras aquilonares .

(1) Joan. I. 9.

(2) S. Isidorus in Epistola cit. ad Ludifredum:,, Ad ,, Acolythum, *inquit*, per- ,, tinet præparatio lumina- ,, riorum in Sacrario, ipse ,, cerum portat , ipse *Sug-* ,, *gesta* pro Eucharistia ca- ,, licis Subdiaconis præ- ,, parat . ,, Quid porro Suggestorum nomine intelligatur , vide apud Ducangium Gloss. Tom. VI. Edit, Paris MDCCXXXVI. verbo *Suggerere*,ubi post alia subdit : ,,Voce (Suggestorum) ,, vinum , et aquam ad Sa- ,, cramentum designari, ait ,, etiamSpelmanus .,,

(3) Joan. VIII. 12.

(4) Exod. XXX. 7.

C I V.

DE SUBDIACONIBUS

Quintus (1) est Ordo Subdiaconorum. Græce, ut ait Isidorus (2), *Hypodiacones* vocantur, quos nos Subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subjacent præceptis, et officiis Levitarum; oblationes enim in Templo a fidelibus suscipiunt, et Levitis superponendas Altaribus deferunt. Hi apud Hebræos *Nathinæi* vocantur; hoc est, *in humilitate Domino servientes*. Ad Subdiaconum pertinet calicem, et patenam ad Altare Christi deferre, et Levitis tradere, eisque ministrare; urceolum quoque, et aquamanile, et manutergium tenere; Episcopo, & Presbyteris, et Levitis pro lavandis ante Altare manibus aquam præbere. His lex continentiæ imponitur, quia Altari appropinquantes, vasa Corporis, et Sanguinis Christi portant; unde illud implere debent (3): *Mundamini qui fertis vasa Domini*. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in Altari, quantum sufficere possit populo; nec non Corporales, et Pallas, et Substratoria, hoc est, prima et postrema linteamina, quibus mensa Domini vestitur, lavare. Hi cum ordinantur

(1) Cod. mendose *quartus*.

(2) S. Isidorus, Orig. lib. cit. pag. 100.

(3) Isa. LII. 11.

accipiunt de manu Episcopi Patenam, et Calicem vacuum; ab Archidiacono vero urceolum cum aquamanili, et manutergium. Hoc officio usus est Dominus, quando linteo se præcinxit, et mittens aquam in pelvim (1), pedes discipulorum lavit, et linteo tersit.

C V.

DE DIACONIBUS

Diaconorum Ordo sextum tenet locum, propter senarii perfectionem, quia in hoc numero perfecit Dominus operationem suam. Hic Ordo in Veteri Testamento a Tribu Levi nomen traxit. Dicuntur enim et *Levitæ*. Præcepit quippe Dominus Moysi, ut per ordinationem Aaron, et filiorum ejus prorsus Tribus Levi (2) ad Divini cultus ministeria ordinaretur, et consecraretur Domino, et serviret pro Israel coram Aaron, et filiis ejus in Tabernaculo; ipsique gestarent Arcam, et Tabernaculum, et omnia vasa ejus, et in circuitu Tabernaculi excubarent; et in transportando Tabernaculo ipsi deponerent, rursusque componerent. A viginti (3) vero

(1) Joan. XIII. 5.

(2) Num. cap. III.

(3) S. Isidorus *de Divinis Officiis* lib. II. *de Diaconibus* cap. VIII. pag. 600. „ A viginti annis, *ait*, et supra „ in Tabernaculo servire „ mandatum est, quam regulam constituerunt Sancti Patres et in novo Testamento. „

quinque annis, & supra jussi sunt servire in Tabernaculo, quam regulam in Novo Testamento Sancti Patres constituerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera est robusta. *Levitæ* ergo ex nomine Auctoris vocati sunt; De Levi enim Levitæ exorti sunt, a quibus in Templo mystici Sacramenti ministeria exequebantur. Hi græce *Diacones*, latine *Ministri* dicuntur; quia sicut in Sacerdote consecratio, ita in Diacono ministerii dispensatio habetur. Ad Diaconum pertinet assistere Sacerdotibus, et ministrare eis in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, scilicet in Baptismo, in Chrismate, in Patena, et Calice: Oblationes quoque offerre, et disponere in Altari, componere et mensam Domini, et vestire: Crucem ferre, et prædicare Evangelium... Nam sicut Lectoribus Vetus Testamentum, ita Diaconibus Novum Testamentum prædicare præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio Catechumenorum nominum; ipse præmonet aures habere ad Dominum; ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Quod autem huic Ordini a Moyse statutum est, & hoc etiam in Novo Testamento repræsentatur, cum Diacono super lævum humerum Stola imponitur, et Casula, hoc est, Planeta in diebus jejunii complicatur; quia quidquid laboris et su-

stinentiæ in hac vita toleratur, quasi in læva portatur, donec in dextera, hoc est, in æternitate requies habeatur. Hic Ordo ab Apostolis est celebratus, quando, ut legitur in Actibus Apostolorum (1), septem viros plenos Spiritu Sancto ad hoc officium elegerunt; & oratione præmissa, manus eis imposuerunt. Unde consuetudo inolevit, ut in omni Matrice Ecclesia septem Diacones circa Christi Aram, quasi septem columnæ assistant. Hi sunt septem Angeli tuba canentes in Apocalypsi(2), qui quales esse debeant, Apostolus docet, Timotheo (3) scribens. Hi cum ordinantur, solus Episcopus eis manus imponit, quia ad ministerium applicantur. Ponit eis Orarium, hoc est, Stolam super lævum humerum, ut per hoc intelligant, se accepisse jugum Domini suave, atque (4) ad sinistram pertinentia Divino timori subjiciant. Accipiunt & textum Evangelii, ut intelligant, se esse præcones Evangelii Christi. Hoc officio usus est Christus, quando post cœnam Sacramentum Carnis, & Sanguinis Discipulis dispensavit; & quando Apostolos dormientes ad orationem incitavit dicens(5): *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem*. Per Moysen præcipitur (6), ut Levitæ radant

(1) Act. Ap. cap. VI. ver. 3.
(2) Apocalyp. VIII. 2.
(3) Ep. I. c. III. ver. 8. seqq.
(4) Cod. *que*.
(5) Matth. XVI. 41.
(6) Levit. XIV. 8.

omnes pilos carnis suæ; Levita enim *Adsumptus* vocatur. Pili etenim carnis sunt veteris vitæ cogitationes, quas sic a mente incidimus, ut de amissione earum nullo dolore fatigemur. Oportet ergo Levitas omnes pilos carnis suæ radere, quia qui in obsequiis Divinis adsumitur, debet ante Dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundus apparere, ne illicitas cogitationes mens perferat, & pulchram animæ speciem, quasi pilis fructificantibus, deformem reddat.

CVI.

DE PRESBYTERIS

Septimus est Ordo Presbyterorum. *Presbyter* vero, ut Isidorus (1), græcé; latine interpretatur *Senior*: Non pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem, & dignitatem, quam accipiunt, *Præsbyteri* nominantur; qui morum prudentia, & maturitate conversationis præcellere debent in populo, sicut scriptum est (2): *Senectus venerabilis, non diuturna, nec in numero annorum computata; cani etenim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Ideo

(1) S. Isidorus lib. II. *de Divinis Off.* cap. vII. *de Presbyteris* pag. 599. sic ait: „ Presbyteri autem interpretantur seniores, quia „ seniores ætate Græci „ *Presbyteros* vocant. „

(2) Sap. IV. 8. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum etc.*

autem & Presbyteri *Sacerdotes* vocan
quia Sacrum dant, qui licet Sacerdotes (
Pontificatus tamen apicem non habent, s
Episcopi; quia nec Chrismate frontem sign
nec Paraclitum dant; quod solis deberi E
copis lectio Actuum Apostolorum (2)
monstrat; Unde & apud veteres iidem E
copi, & Presbyteri fuerunt (3), quia i

(1) Innocentius Papa I. Epist. ad DecentiumEugubinum §.III.anno CCCCXVI. Collect. Concill. Tom.III. col.4. inquit: „ De consignandis vero infantibus „ manifestum est, non ab „ alio, quam ab Episcopo „ fieri licere. Nam Pres„ byteri, licet sint Sacerdo„ tes, Pontificatus apicem „ non habent. Hæc autem „ Pontificibus solis deberi, „ ut vel consignare, vel Pa„ racletum Spiritum San„ ctum tradant, non solum „ consuetudo Ecclesiastica „ demonstrat, verum et „ illa lectio Actuum Apo„ stolorum, quæ asserit, „ Petrum, et Joannem es„ se directos, qui jam ba„ ptizatis traderent Spiri„ tum Sanctum. Nam „ Presbyteris, seu extra „ Episcopum, seu præsen„ te Episcopo baptiz „ Chrismate baptizato „ gere licet, sed quo „ Episcopo fuerit cons „ tum; non tamen fron „ ex eodem oleo sign „ quod solis jubetur I „ copis, cum tradunt „ ritum Paracletum. „ ba vero dicere non „ sum, ne magis pro „ videar, quam ad co „ tationem responder

(2) Act. Ap. cap.VII

(3) Nimirum vocat rum appellatione qua quidem qui Episcopi e Presbyteri appellabant Etenim errant veheme novi Hæretici, qui ex i tutione divina Episc esse Presbyteris superi negant; contra quos e Canon Concilii Tridei Sess.XXIII. *de Sacram to Ordinis* num.7. his

nomen est dignitatis, non ætatis. Sacerdos nomen habet compositum ex græco, & latino, quia est *Sacrum dans*, sive *Sacer dux*. Sicut enim Rex a *regendo*, ita Sacerdos a *sacrificando* dictus est: Consecrat enim, & sanctificat. *Antistes* Sacerdos dictus est, ab eo quod ante stat; primus est enim in ordine Ecclesiæ. Ad Presbyterum autem pertinet Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini in Altare Dei conficere, orationes dicere, et dona Dei benedicere. Qui cum ordinantur, unguntur eis manus, ut intelligant, se accepisse gratiam consecrandi; & charitatis opera debere ad omnes extendere. Quicquid enim per manus Sacerdotis agitur exterius, totum Spiritus Sanctus operatur interius. Accipit & stolam, quæ tenet utrumque latus, quia debet esse munitus armis justitiæ contra prospera, & adversa. Accipit Calicem cum vino, & Patenam cum hostiis, ut per hoc sciat, se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic Ordo a filiis Aaron initium sumpsit; summos enim Pontifices, & minores Sacerdotes instituit Dominus per Moysen, qui

bis:,, Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, et ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem .... anathema sit.,,

qui ex præcepto Dei (1) Aaron in Summum Pontificem, filios vero ejus unxit in minores Sacerdotes. Christus quoque duodecim elegit discipulos (2) prius, quos & *Apostolos* vocavit; quorum vicem gerunt in Ecclesia majores, scilicet Pontifices; deinde alios septuaginta duos discipulos (3) designavit, quorum vicem in Ecclesia Presbyteri. Unus autem inter Apostolos Princeps extitit, scilicet Petrus, cujus vicarius, & successor est Summus Pontifex; unde dicitur *Apostolicus*, qui & *Papa* vocatur, scilicet *Pater Patrum*. Hoc autem officio usus est Christus, cum seipsum in ara Crucis obtulit, hoc est, Sacerdos, & Hostia; & quando post cœnam panem, & vinum in Corpus suum, & Sanguinem commutavit. Christus enim dicitur *Sacerdos* propter unctionem, unde Psalmista (4): *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*; et propter oblationem, unde illud (5): *Oblatus est, quia ipse voluit*; et propter intercessionem, unde in Epistola ad Hebræos (6): *Accedens per semetipsum ad Dominum; semper vivens ad in-*

(1) Exod. XXVIII.
(2) Lucæ VI. 13.
(3) Ibid. cap.x. ver. 1.
(4) Psal. XLIV. 8.
(5) Isa. LIII.7.
(6) Hebr. VII. 25. *Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum*.

terpellandum pro nobis. Sacerdos magnus inter fratres suos Chriſtus eſt, cui dicitur (1): *Tu es Sacerdos in æternum*; qui resurgens dicit (2): *Vade ad fratres meos*. Super cujus caput effusum est oleum unctionis, de quo dicitur (3): *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Caput suum non discooperuit: *Caput* (4) *Christi Deus*. *Deum* (5) *nemo vidit unquam, nisi Unigenitus filius ejus*. Noli ergo quærere in terris, quod ſuper caput Sacerdotis infunditur: cujus conſecratæ ſunt manus, dum eas in paſſione extendit pro expiatione totius ſeculi. Sive Chriſtus conſecratas manus habet, quia peccatum non fecit; quod non convenit alicui hominum, quamvis sit Sanctus (6), niſi illi ſoli. Veſtimenta non conſcindit, quia non patitur, Ecclesiam dividi in hæresim, vel ſchiſmata, quæ illi inhærendo veſtis eſt;

(1) Psal. CIX. 4.

(2) Joan. XX. 17.

(3) Psal. XLIV. 8.

(4) I. Corint. XI. 3.

(5) Joan. I. 18. *Deum nemo vidit unquam: Unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*.

(6) Concil. Trid. *de justificatione* Sess. VI. Can. XXXIII. „ Si quis hominem semel „ justificatum dixerit amplius peccare non posse, „ neque gratiam amittere; „ atque ideo eum, qui labitur, et peccat, nunquam „ vere fuisse justificatum: „ aut contra, posse in tota „ vita peccata omnia, etiam „ venialia vitare, nisi ex „ speciali Dei privilegio, „ quemadmodum de Beata „ Virgine tenet Ecclesia; „ anathema sit. „

cujus figura fuit tunica illa Christi inconsutilis (1), quæ nec in passione scissa est. Christus enim de Cælo veniens plagam nostram exclusit, stetitque inter vivos, & mortuos natus, & mortuus. Vel certe, sicut de eo scriptum est (2): *Ecce hic positus est in ruinam, et in resurrectionem multorum*: Iste enim perniciem, & inimicam pertulit mortem. Apostolus dicit de Christo (3): *Qui seipsum obtulit*. Ipse fuit Sacerdos, & ipse fuit hostia, & ipse peccata nostra comedit, & consumpsit, qui est *Sacerdos* (4) *secundum ordinem Melchisedech*. Consequens est autem, ut & veri Sacerdotes ministri Ecclesiæ comedant & ipsi peccata populi, ut accipientes peccata plebium, tribuant eis remissionem peccatorum in loco Sancto, in Ecclesia, in qua peccata remittuntur. Tantæ enim industriæ, tantæque mentis debet esse Sacerdos, ut cuncta populi peccata portare possit. Magna (5) Sacerdotis est gloria rectitudo subditorum; unde bene egregius prædicator discipulis dicit (6): *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante*

N 2

(1) Joan. XIX. 23. seqq.
(2) Lucæ II. 34.
(3) Hebr. IX. 14. *Qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit.* (4) Psal. CIX. 4.
(5) S. Gregorius Magnus Moral. lib. XI. in cap. XII. B. Job. cap. XIV. num. 22. Tom. I. col. 374.
(6) Thessal. II. 19.

Dominum ? Hoc est enim, quod legitur in Job (1): *Ducit Sacerdotes inglorios*. Sed (2) cum Sacerdotes vitam discipulorum negligunt, & nullum de eorum provectibus ante Dominum fructum ferunt, quid aliud quam inglorii dicuntur ? Quisquis ad Sacerdotium accedit, præconis officium suscipit, ut ante adventum Judicii, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis nescius est, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus ? Tales Dominus per Prophetam increpat, dicens (3): *Canes muti non valentes latrare*. Et mali (4)

(1) Job. xII. 19.
(2) S. Gregorius loc. cit.
(3) Isa. LVI. 10.
(4) S. Hieronymus in Osee lib. 1. cap. IV. ℣. 7. 8. et 9. T. VI. col. 37. seq. sic habet: „ Siquidem Sacerdotes peccata populi mei comedunt, de quibus scriptum est: *Qui devorant plebem meam, sicut escam panis*. Et idcirco peccata populi mei devorant, consentientes sceleribus delinquentium: quia, cum eos peccare perspexerint, non solum non arguunt, sed laudant, atque substollunt, et beatos prædicant, de quibus et Isaias loquitur: *Populus meus, qui beatos vos dicunt, seducunt vos, et semitas pedum vestrorum supplantant*. De his et per Psalmistam clamat: *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et iniquus benedicitur*: Unde æqualiter populus, et Sacerdos indignantis Dei sententiam sustinebunt: quia non solum opera eorum visitabit, quæ appellantur *viæ*, in quibus ingrediuntur; sed et cogitationes, quibus, ut talia facerent, tractaverunt;

EXPLICATIO.

Sacerdotes, ut Dominus ait per Pr
tam (1) *Peccata Populi mei comedent*, de
bus scriptum est (2): *Qui devorant p*
meam sicut escam panis; & idcirco pe
populi mei devorant, consentientes sc
bus delinquentium; quia cum eos pe
perspexerint, non solum non arguunt
laudant, atque substollunt, & beatos
dicant. De quibus Isaias loquitur (3):
pulus meus, qui beatos vos dicunt, sed
vos, & semitas pedum vestrorum supplant
De his & Psalmifta clamat (4): *Quoniam*
datur peccator in desideriis animæ suæ, &
quus benedicitur. Unde æqualiter & p
lus, & Sacerdos indignantis Dei senten
fuftinebit. Hoc eft enim, quod legitur in
Propheta (5): *Et erit sicut populus, si*
cerdos. Et non solum opera eorum visit
sed & cogitationes, quibus, ut talia facer
tractaverunt. Unde Hieronymus (6)
per Oseam ait: Non solum enim o
fed & cogitatio mali operis pœnam l

N 3

„ Non solum enim opus,
„ sed et cogitatio mali ope-
„ ris pœnas luet. „

(1) Ose. cap. IV. ver. 8.

(2) Psal. XIII. 4.

(3) Isa. III. 12. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & gressuum tuorum dissi*

(4) Psal. X. 3.

(5) Ose. cap. IV. ve

(6) S. Hieronymus Oseam loc. cit.

Hinc (1) quoque scriptum est per Prophetam (2): *Causa ruinæ populi Sacerdotes mali*. Hinc rursum de Sacerdotibus Dominus per Prophetam dicit (3): *Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis*. Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet, quam qui perverse agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet; delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia Ordinis peccator honoratur.

CVII.

QUOD SACERDOTES CAPUT SUUM NON RADANT

Ad Ezechielem enim dicitur (4): *Sacerdotes caput suum non radent, neque comam*

(1) Quæ sequuntur usque ad Numeri finem accepta sunt a S. Gregorio Reg. Past. Part. 1. cap. XXXI. Tom. II. col. 4.

(2) S. Gregorius loc. cit. *Laqueus ruinæ populi Sacerdotes mali*. Forte autem respicit, cum S. Gregorius, tum Anonymus ad illa Osee cap. V. ver. 1. *Audite hoc Sacerdotes, et attendite domus Israel, et domus Regis auscultate, quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor*: Sive ad ea, quæ ejusdem Osee cap. IX. ver. 8. leguntur: *Speculator Ephraim cum Deo meo; Propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias ejus, insania in domo Dei ejus*.

(3) Ezech. XLIV. 12.

(4) Ibid. ver. 20. *Caput autem suum. etc.*

nutrient, sed tondentes attondent capita sua. *Sacerdotes* namque jure vocati sunt, qui, ut sacrum ducatum præbeant fidelibus, præsunt. Capilli vero in capite exteriores sunt cogitationes in mente; qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitæ præsentes designant, quæ ex sensu negligentis, quia importunæ aliquando prodeunt, quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti, qui præsunt, habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis incumbere vehementer; Sacerdotes recte, et caput prohibentur radere, et comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum, nec a se funditus amputent, nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Unde etiam bene dicitur: *Tondentes tondent capita sua*; ut videlicet curæ temporalis sollicitudines, et quantum necesse est, prodeant; et tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant.

CVIII.

DE CONSECRATIONIBUS EPISCOPORUM

Nunc (1) autem dicendum est, quid in Episcoporum Consecrationibus, Evangeliorum

(1) Quæ integro hoc Numero comprehenduntur, sunt S. Brunonis in Opusculo cit. *de Consecratione Ecclesiæ*, Sect. ultima, quæ apud Acherium inscribitur: *Cur fiant Prænostica in Consecratione Episcopi*.

liber humeris impositus; et capitis, et manuum unctio designet. Hæc enim figuraliter (1) fieri videntur; non autem ad sortes quærendas, ut stulti opinantur, Evangeliorum liber ejus, qui consecratur, humeris imponitur; sed ut per hoc intelligat (2), cui labori, et oneri subjiciatur (3), et pondus Evangelicæ prædicationis eum circumquaque ferre non pigeat. Et quia non solum Episcopus, sed etiam (4) Rex in Ecclesia constituitur, secundum antiquorum consuetudinem ejus caput ungitur, ejusque corona Chrismate consecratur. De hoc enim unguento scriptum est (5): *Sicut unguentum in capite* (6), *quod descendit in barbam, barbam Aaron*. Firmissime autem credendum est, quod in (7) hac unctione Christi benedictionem, et majorem Sancti Spiritus gratiam suscipiat. Unguntur autem et manus, ut quæcumque benedixerint, benedicantur; et quæcumque sanctificaverint, sanctificentur. Hæc autem unctio in Episcopo otiosa esse non debet. Ungitur exterius, ungatur et interius; ungitur

(1) Editt. *sub figura*.

(2) Edit. Ven. et Lugd. *intelligatur*.

(3) Editt. citt. *subjicitur, ut pondus etc.*

(4) Cod. *Etiam Rex*. Edit. Ven. et Lugd. *et Rex*.

(5) Psal. CXXXII. 2.

(6) Editt. *in capite ejus*.

(7) Edit. Ven. et Lugd. *quod hac unctione, et Christi .... et Spiritus majorem etc.*

in capite, ungatur et in mente: nam et mens caput est; caput utique, sed melioris, et interioris hominis. De hoc capite Dominus ait (1): *Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum*. *Unge*, inquit, sed quo oleo? non olivæ, sed sanctæ (2) misericordiæ. Ungatur igitur mens pietatis, et misericordiæ oleo (3), ut bonæ vitæ, et sanctæ coversationis longe circumquaque cunctis suavem, et delectabilem spargat odorem. Quæ enim mens tali oleo uncta fuerit, omnium miserebitur, & super omnes cordis compassione movebitur. Sed quia non sufficit mente tantum, et in voluntate misereri, unguntur & manus, ut misericordia, quæ mente concipitur, manibus quoque exerceatur. Ungantur igitur manus Episcopi pietatis, & misericordiæ oleo, nemini claudantur, omnibus aperiantur. Audiat quid de Ecclesia dicitur (4): *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem*. Manus arida, manus avara, manus tenacitate contracta non potest aperiri. Ungatur igitur, ut sanetur; ungatur, ut ape-

(1) Matth. VI. 17.

(2) *Sanctæ* in Edit. Ven. et Lugd. desideratur. Ach. non *olivæ, sed misericordiæ oleo*.

(3) Hæc verba: *Ungatur igitur mens pietatis, et misericordiæ oleo*, desunt apud Acherium.

(4) Prov. XXXI. 2. Hoc testimonium, quod deerat in Cod., supplevimus ex Editt.

riatur, & indigentibus eleemosynam largiatur.

CIX.

DE EPISCOPIS, ET SACERDOTIBUS

Sciendum est enim, nihil esse in hoc seculo excellentius Sacerdotibus, nihil sublimius Episcopis reperiri. Ut cum dignitatem Episcopatus Episcoporum oculis demonstremus, & digne noscamus, quid sumus, & quod fuimus professione, actione potius, quam nomine demonstremus; ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini; ne sit nomen inane, & crimen immane; ne sit honor sublimis, & vita in periculis (1); ne sit Deifica professio, & illicita actio; ne sit religiosus amictus, & irreligiosus perfectus (2); ne sit gradus excelsus, & deformis excessus; ne habeatur in Ecclesia cathedra sublimior, & conscientia Sacerdotis reperiatur humilior; ne locutionem simulemus columbinam, & mentem habeamus caninam, ne professionem monstremus ovinam, & ferocitatem habeamus lupinam, ut digne nobis per Prophetam respondeatur a Domino (3): *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*. Ergo Fratres, sicut Senatorem clamis ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum,

(1) Supplevimus *in*. (3) Matth. xv. 8.
(2) Nempe omnino irreligiosus.

arma, sicut nautam navigandi (1) peritia, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat auctores; sic Episcopum non aliter, nisi Episcopalis operatio designat. Ut ex bono opere magis, quam professione noscatur, plus meriti esse Episcopum, quam quod nomine vocitetur, quia, sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius, si de sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Et ut levius est de plano corruere, sic gravius est, qui de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina, quæ de alto fit, graviori casu colliditur. Honor quidem Episcopalis coram hominibus præclarus est, sed si ruinam sustineat, dolor magnus est: nam quantum præ cæteris gradus Episcopalis altior est, tantum si per negligentiam dilabitur, ruinam patitur graviorem. Magna sublimitas magnam debet habere cautelam. Honor grandis grandiori debet sollicitudine circumvallari. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur, sicut scriptum est: *Quia optimis permixta fit* (2) *pessima*. Et alibi (3): *Potentes potentiora tormenta patiuntur*. Et scienti legem, & non

(1) Cod. mendose *navigantibus*.

(2) Mendosa lectio. Forte *Mala optimis permixta fiunt pessima*.

(3) Sap. VI. 7. *Potentes autem potenter tormenta patientur*.

facienti eam peccatum est grande. *Et* (1) *servus sciens voluntatem Domini sui, non fecerit eam, vapulabit multum*. Aliud est enim, quod ab Episcopo requirit Dominus, & aliud, quod a Presbytero, & aliud a Diacono, & aliud a Clerico, & aliud, quod a Laico, vel a quibuscumque singulis hominibus. Et licet omnium hominum opera Dominus in suo examinet judicio, plus tamen ab illo exigitur, cui plus committitur. Ampliores enim pœnas luit, cui numerosior regendorum populorum fuerit cura commissa. Et ut specialiter ipsius Episcopatus modum, & formulam omnibus Sacerdotibus depingamus, Apostolica nobis est regula revolvenda, quæ de his per singula Episcopales actus depingit. Sic ad cunctos Episcopos Apostolus ait (2): *Fidelis sermo*, ac si diceret: De quo sum loquuturus, veraciter loquor, ne quis me existimet fuisse mentitum. Subjunxit: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*; hoc est, si Episcopum esse desideras, magnum est, quod esse cupis, sed & si opus bonum simul amplectaris (3); nam si aliter esse cupis, Episcopus esse non potes, quia sequitur (4):

(1) Lucæ xII. 47. *Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis*.

(2) I. Timot. III. 1.

(3) Obscura lectio.

(4) Ad Timot. cap. cit. ver. 2. *Oportet ergo etc.*

Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse; *irreprehensibilem* ait; nam si Episcopus reprehenditur, deformiter subditur culpæ. Et profecto culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnam, pœna perducit usque ad mortem. Ecce ad quid volvitur dignitas Episcopalis. Et post paululum: *Unius uxoris virum*. Si ad superficiem tantum literæ respiciamus, prohibet bigamum Episcopum ordinari. Si vero ad ulteriorem sensum conscendimus, inhibet Episcopum duas usurpare Ecclesias: & si adhuc introrsus profundiora perscrutaris, monet, ne post Catholicum dogma, sensum inveniatur Episcopus habere hæreticum, sed Christianam tantum Catholicam, & Orthododoxam sibi adsociet fidem, & unius uxoris tantummodo, & Catholicæ Ecclesiæ vir Episcopus vocitetur. Sequitur: *Sobrium*, hoc est, non vino tantum, sed & vitiis parcum; ut nec vino amplius indulgeat, quam oportet, & mente semper sobrius esse inveniatur. Et adjunxit sequentia dicens: *Prudentem*: Prudentiam quippe non mundialem, de qua dicitur; quod stultitia sit apud Deum, sed prudentiam spiritualem, idest, quæ & opere circumspecta sit, & verbo perita; ut sit astutus sicut serpens (1), & simplex sicut columba. Et denuo infert: *Ornatum*; quod si

(1) Matt. x. 16.

juxta sensum literæ tantum respiciamus, non aliud Sacerdotes, quam amictum quærimus clariorem v. g. castorinas quærimus, & sericas vestes; & ille se inter Episcopos credat esse auctorem (1), qui vestem induerit clariorem. Sed Apostolus taliter se intelligi non vult, quia non carne Episcopum, sed mente docet esse ornatum; ut ille Sacerdos placeat Deo, qui animam habuerit compositam in Deo; Et post hæc addit: *Hospitalem*, ut humanitatis intuitu hospitio recipiat non habentes hospitium, & egenum sine tecto inducat in domum suam; nec solus devoret dona Christi, quæ ei largita est bonitas Christi; et ut hilarem datorem diligat Christus, sine murmure contribuat pauperibus Christi. Sequitur: *Docibilem* (2), idest, si polleat Episcopus sapientia, ut non solum creditum sibi populum sufficienter doceat, verum etiam et cunctorum queat hæresum contradictiones a Catholica repellere Ecclesia; ne in sua imperitia (3) imperitos minime doceat, et hujusmodi casu præventis (4) eveniat quod scriptum est (5): *Cæcus cæco ducatum præbens, ambo in foveam cadunt*. Qui vero ta-

(1) Forte *altiorem*.
(2) Vulg. *Doctorem*.
(3) Cod. mendose *peritia*.
(4) Ita emendavimus. Cod. *præventus*.
(5) Matth. xv. 14. *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt*.

lem se, ut diximus, esse ignorat, Sacerdotium minime appetat; nec locum alterius alter usurpare præsumat, præsertim illius, qui fulgore suæ sapientiæ, populorum potest corda lustrare. Subjunxit, et ait: *Non vinolentum*, hoc est, non multo vino deditum, ut sic credatur, vel videatur Episcopus, utrum biberit, an non ignoretur; ne post largam potionem vini, mulierum delectetur illecebra (1), ne per vinum, sicut ait Apostolus (2), omnis nutriatur luxuries. Demum subsequitur, dicens: *Non percussorem*, *sed modestum*; idest, manus improbas ad cædem non habeat, ut suspicionibus pravis minime percutiat conscientias aliorum, ne dum petulans invenitur ad cædem, athleta magis, quam Episcopus videatur; sed magis e diverso ab aliis illatas patienter ferat injurias, ut mentis modestiam cunctis hominibus tranquillam demonstret, et firmam patientiam cunctis ostendat. Item addit, dicens: *Non litigiosum*, idest, non linguam ad convicium relaxet Episcopus, ne per eamdem linguam, per quam laudes refert Domino, et divina libat sacrificia, litium venena proferat, quia non decet de ore Episcopi benedictionem simul, & maledictionem egredi; ne per eam-

(1) *Non potest toto corde esse cum Domino, qui feminarum accessibus copulatur*: Sic in margine Codicis.

(2) Ephes v. 18.

bonum habere de immaculata vita, & sancta Episcopi conversatione; ne forte accipiant inimici locum Episcopo obtrectandi, & infamare incipiant Catholicum dogma. Si enim Episcopus, qui lumen promeruit esse (1) in corpore, simplicitate est sancta, & innocentia decoratus, omnis Ecclesia splendore luminis radiatur; hoc est enim, quod legitur in Evangelio (2): *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*. Et si Episcopus, qui videbatur corpori subdito lucem præbere, obnubiletur nequitiæ cæcitate, quid cetera facient membra, quibus lux adempta eſt oculorum? De hoc in Evangelio legitur (3): *Si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est*. Et sicut membra sine capite vivere nequeunt, ita eloquia divina sine vita bona in ipſo permanere non possunt, quia non facile ejus prædicatio accipitur, si levis in moribus esse videatur. Et quia sollicitus esse non studuit in prædicatione, factus eſt particeps in damnatione.

CX.

DE OFFICIO EPISCOPI

Ad Episcopum vero pertinet Ecclesias, altaria, mensas, patenam, et calicem, & Deo

(1) Cod. *presse*.
(2) Matth. VI. 22.
(3) Ibid. ver. 23.

dicatas virgines consecrare; in die sancto Jovis solemniter oleum,& Chrisma consecrare; puerosque omni tempore sancto Chrismate confirmare, Ordines sacratos in sabbato quatuor temporum dare. Unde Alexander Tertius (1) ait: *De eo autem, quod quæsiisti, an liceat extra jejunium quatuor temporum aliquos in Ostiarios, Lectores, Exorcistas, vel Acolythos promovere, aut etiam Subdiaconos facere, providentiæ tuæ taliter respondemus, quod licitum est Episcopis, Dominicis, & aliis festivis diebus unum, aut duos ad minores Ordines promovere, sed ad Subdiaconatus, nisi in quatuor temporibus, aut in sabbato sancto, & in sabbato ante Dominicam de passione Domini nulli Episcoporum, præterquam Romano licet aliquos ordinare.*

CXI.

DE OFFICIO (2) ARCHIDIACONI

Archidiaconus, ut legitur in libro Romani Ordinis, post Episcopum sciat se Vicarium Episcopi esse in omnibus; & omnem curam in clero, tam in urbe positorum, quam

(1) Decretalium Gregorii IX. lib. I. Tit. XI. cap. III. *De eo autem*.

(2) De Archidiaconi Officio, præter Auctores indicatos pag. 180. not. 2. vide Caroli Feæ Opuscul., cui titulus: *Vindicies, et Observationes Juris* cap. I. p. 34. seqq. Rom. MDCCLXXXII.

eorum, qui per Parochias habitare noscuntur, ad se pertinere: Sive de eorum conversatione, sive de honore, & restauratione Ecclesiarum, sive de doctrina Ecclesiasticorum, & ceterarum rerum studio, & delinquentium rationem Deo redditurus est; & ut de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, Parochiam universam circueat; & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat.

CXII.

DE EODEM

Item legitur in Concilio Toletano (3), quod officium Archidiaconi est: Evangelium, quan-

(3) Collect. Concill. T. 1. ex fragment. Concill. Toletanorum col. 1480. „ Officium vero Archidiaconi est: Evangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de Diaconis præcipere. Et quando Episcopus Missam canit, ad jussionem illius induant se Levitæ vestimentis sacris, qualiter cum Pontifice ad Missam procedant. Omnem querimoniam, seu causam, vel justitiam Presbyterorum, vel Diaconorum, vel Subdiaconorum ipse debet deliberare, ordinare, et facere. Ideo vero strenuus, providus, cautus, vicem sui Episcopi agens, Episcopii totius curam habeat, et omne Ecclesiasticum Officium providendo, lectiones, aut responsiones in matrice Ecclesia dare debet, et auscultare: in tantum, ut nullus Evangelium, aut Epistolam, responsoria, vel quamlibet in

do voluerit, legere, vel alicui de Diaconibus præcipere; et quando Episcopus Missam canit, ad jussionem illius induant se Levitæ vestimentis sacris, qualiter cum Pontifice ad Missam procedant. Omnem querimoniam, seu causam, vel justitiam Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum ipse debet deliberare, ordinare, & facere. Ideo vero strenuus, providus, cautus vicem sui Episcopi agens, Episcopii totius curam habeat; & omne Ecclesiasticum officium providendo, lectiones, ac responsoria in Matrice Ecclesia dare debet, & auscultare; & iterum, ut nullus Evangelium, aut Epistolam, Responsorium, vel quamlibet in Ecclesia lectionem legat, vel cantet, vel auscultet; Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, aut thuribulum deferre, quisque minorum in Ecclesia aliqua officia agere debeat.

„ Ecclesia lectionem legat, „ vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in Ecclesia aliqua Officia agere debeat. „

CXIII.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI DE URBE

Officium Archipresbyteri de urbe (1) constat. Quando ibi Præsul defuerit, vice ejus officium inchoare; benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare; Missam, quando voluerit, cantare, vel cui de Sacerdotibus jusserit; fontesque benedicere; infirmum oleo perungere debet. Quando vero Episcopus Missam canit, debet præcipere Sacerdotibus, ut induant se vestibus sacris, & qualiter ad Missam procedant. Debet & præcipere Custodi Ecclesiæ, ut in Sacrario Eucharistia propter infirmos non desit. Debet infirmis providere, & providendo præcipere Sacerdotibus, ne forte sine confessione, vel communione Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi moriantur. Confessiones vero peccatorum eorum, qui a foris veniunt, recipere cum omnibus Sacerdotibus; & exinde per jussionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum; omnia a Sacerdotibus per jussionem fiant illius.

(1) Archipresbyterum de Urbe vocat illum, qui in Civitate, in qua Episcopalis Cathedra, Archipresbyter est.

CXIV.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI EXTRA URBEM

Singulæ vero plebes Archipresbyterum habeant, propter assiduam erga Dei populum curam. Singulis plebibus Archipresbyteros præesse volumus, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum Presbyterorum, qui per minores Titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant; & qua unusquisque industria Divinum opus exerceat, Episcopo suo renuntiet. Nec obtendat Episcopus non egere plebem Archipresbytero, quasi ipse eam gubernare valeat, quia etsì valde idoneus, decet tamen, ut partiatur onera sua; et sicut matrici præest, ita Archipresbyteri præsint plebibus, & in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Cuncta tamen ad Episcopum referantur, nec aliquid contra ejus decretum ordinare præsumant.

CXV.

DE OFFICIO PRIMICERII

Ut Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipresbyter; & ad ejus curam specialiter pertinere, ut præsit in do-

cendo Diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis, in ordine positis, ut ipsi distciplinae, & custodiae insistant, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem redditurus; & ut ipse Diacono donet Lectiones ad nocturna Officia, ut de singulis studium habeant, ut in quacumque re sensum capacem habuerint, absque ulla vacent negligentia; ab eo autem, a quo ipse jusserit, instruendi.

CXVI.

DE OFFICIO SACRISTÆ

Ut sciat se Sacrista subjectum esse Archidiacono, & ad ejus curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, & eorum, quae ad luminaria pertinent.

CXVII.

DE OFFICIO CUSTODIS

Custos vero sollicitus esse debet de omni ornamento Ecclesiae, & luminariis, sive incenso; nec non panem, & vinum omni tempore ad Missam praeparatum debet habere. Pallia, vel linteamina Altaris, seu cuncta utensilia Ecclesiae indesinenter custodiat. Lampades, vel laternas in accendendo, seu extinguendo pervigil existat, ut ne supra modum lucendo oleum depereat; aut minus

lucendo obscurior sit Ecclesia. Sed omnia cum discretione agantur, quæ noscitur mater omnium virtutum esse. Debet etiam per singulas horas canonicas signum ex consensu Archidiaconi, sonare; ut omnes oblationes, seu eleemosynas, seu decimas ejusdem consensu, absente Episcopo, fidelibus dividat. In his tribus Ecclesiæ columnis, ut sancta sanxit Synodus, consistere alma mater debet Ecclesia, ut ad hoc opus tales ordinentur, quales plus meliores, & sanctiores esse viderint; ut nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia esse videatur. Hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos providi, simul juncti uno animo similiter peragant, & non sit invidia, neque zelus inter illos.

CXVIII.

DE OPERIBUS DEI, ET ÆTATIBUS.

Sex enim diebus consummavit Deus omnia opera sua, septimo die requievit. Sex ætatibus humanum genus in hoc seculo per successiones temporum Dei opera insinuat, quarum prima est ab Adam usque ad Noe, continens annos sexcentos quinquaginta sex (1).

(1) Sic Amanuensis oscitantia. Alia vero manu in margine Codicis emendatur *Nongentos septuaginta sex*. Ex Periodo autem Juliana essent anni MDCLVI. cum mensibus fere duobus.

Secunda a Noe usque ad Abraham, continens annos ducentos nonaginta duos (1). Tertia ab Abraham usque ad David, habens annos nongentos quadraginta quinque. Quarta a David usque ad transmigrationem Babyloniensem, continens annos quadringentos septuaginta tres. Quinta a transmigratione usque ad adventum Christi, habens annos quingentos octuaginta novem. Sexta, quæ nunc agitur, nulla annorum serie certa eſt, donec Excelsus veniat ad judicium. Septima ætas est morientium, hoc eſt, quiescentium. Cœpit autem septima ætas a passione Domini, quando scilicet quiescere cœperunt. Octava erit, quando carnis, & animæ glorificationem habebimus, quam expectant Sancti, se habituros in die judicii. Pergamus ergo breviter per has mundi ætates, & harum differentias distinguamus. Prima enim die facta est lux (2); & prima ætate homo (3) in Paradisi amœnitate locatur. Divisa luce a tenebris (4), factum est vespere; & ſeparatis Dei (5) filiis a semine nequam, non longe post natis Gigantibus, corrupta est terra, donec Creator pœnitens (6) se hominem

(1) Eodem charactere, quo supra in margine corrigitur *Sexcentos nonaginta quinque*.

(2) Genes. I. 3.

(3) Ibid. ver. 27.

(4) Ibid. ver. 4.

(5) Genes. VI. 2. seqq.

(6) Ibid. ver. 6.

fecisse, inundandum diluvio perdere disponeret. Secundo seculo, hoc est, secunda ætate arca (1) in medium fertur aquarum; & secunda die firmamentum (2) in medio libratur aquarum; hujus enim vespera fuit confusio (3) linguarum. Tertia die aquis in congregationem unam coactis, apparuit arida (4), sylvis, herbisque decora; & tertia ætate firmatis in cultu dæmonum nationibus, Abraham Patriarcha (5) cognationem, patriamque deserens Sanctorum semine fœcundatur. Advenit & vespera, quando gens Hebræa malis coacta præmentibus contra Dei voluntatem Regem sibi petiit, qui mox ordinatus primo Dei Sacerdotes, Prophetasque trucidat (6); postmodum ipse, cum tota gente gladio (7) periit Allophilorum. Quarta die Cælum (8) luminaribus ornatur; & quarta ætate gens illa cælesti fide inclyta, regno David, & Salomonis gloria, sanctissimi etiam templi (9) altitudine totum nobilitatur in orbem. Sed accepit & vesperam, quando crebrescentibus peccatis regnum illud a Chaldæis dissipatum (10), templum dirutum, tota

(1) Gen. cap. VII. ver. 17.
(2) Genes. I. 6. seq.
(3) Genes. XI. 8. seqq.
(4) Ibid. cap. I. ver. 9.
(5) Ibid. cap. XII.
(6) I. Reg. XXII. 18. 19.
(7) Ibid. c. XXXI. v. I. seqq.
(8) Genes. I. 14. seqq.
(9) III. Reg. cap. V. ver. 5. et VI. ver. 38. I. Paralip. XXII. 10.
(10) I. Esdr. V. 12.

gens est Babyloniam translata. Quinta die pisces 1), avesque aquis eductæ; ii patriis manent undis, illæ aera, terramque pervolant. Et quinta ætate multiplicatus in Chaldæa (2) populus Israel, pars cæleftium defideriorum pennis fulta Hierosolymam petunt, pars volatu deftituta virtutum, inter Babyloniæ fluenta refident. Successit & vespera, quando imminente jam Salvatoris adventu gens Judæa propter scelerum magnitudinem, Romanis tributaria facta est; insuper & alienigenis est regibus pressa. Sexta die terra suis animantibus (3) impletur, & primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus est, moxque ex ejus latere dormientis, sumpta costa, femina fabricatur: Sexta ætate præconantibus Prophetis, secundus Adam, hoc est, Christus filius Dei in carne de Maria Virgine natus est, qui dormiens in cruce, sanguine, & aqua de latere, unde sibi Ecclesiam consecraret, emanavit. Sicut enim in illa die creatur masculus, et femina; ita in ista seculi ætate, manifestatur Christus, et Ecclesia. Hujus ætatis vespera ceteris obscurior in Antichristi est persequutione ventura, & de hujus diei vespera dicitur (4):

(1) Gens. 1. 20. seqq.

(2) Esdræ lib. 1. cap. 1. seqq.

(3) Genes. 1. 24. seqq.

(4) Lucæ XVIII. 8. *Veruntamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?*

Putasne Filius hominis veniens inveniet fidem super terram? Post istam vesperam fiet mane, quoniam ipse Dominus in claritate venturus est; tunc Sancti requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis. Speranda est enim post opera bona valde requies in die septimo, quæ vesperam non habebit, quia eam nullus terminus claudet. Senarius (1) enim numerus partibus suis completur: Unum enim sexta pars ejus, duo tertia, tria dimidia; si numeras unum, et duo tertia, ipsa summa sex facit; idcirco perfectus dicitur; non enim ita ceteri inveniuntur. Propterea in hoc numero perfecit Dominus opera sua. Nec quisquam ita demens istud audeat dicere, Deum non potuisse uno die cuncta facere, si vellet. Quod autem dicit (2): *Requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis*, quid aliud significat, nisi requiem sanctam, quam nobis daturus est ab omnibus

(1) Beda in Exameron T.IV.Edit.Basileæ MDLXIII. col.20. num.40. seq. „ Senarium, *ait*, numerum „ constat esse perfectum, „ quia primus suis parti- „ bus impletur, sexta vi- „ delicet, quod est unum, „ et tertia, quæ sunt duo, „ et dimidia, quæ sunt tria. „ Unum enim, et duo, et tria „ faciunt sex, quale in mo- „ nadibus numeris nus- „ quam, præter hic inve- „ nies. Sed neque in deca- „ dibus, præter vicesimum, „ et octavum numerum. „

(2) Genes. cap.II. ver.2. *Et requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat.*

operibus nostris, si bona opera fecerimus? Quod autem in Evangelio dicitur (1): *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*, non est contrarium huic loco, in quo Deus ab omnibus operibus requievisse dicitur; requievit enim Deus a condendis generibus creaturæ, quia ultra jam non condidit alia genera nova. Deinceps autem nunc usque, & ultra operatur eorumdem generum administrationem, quæ tunc instituta sunt. Vel aliter: Requievit quippe a conditione novarum rerum; verumtamen non requievit a gubernatione earum, ac si aliis verbis diceret: Pater meus & tunc operatus est, cum fecit mundum, & usque nunc operatur, cum regit mundum; & ego nunc operor, quia sicut per me omnia fecit, sic & mecum pariter omnia gubernat, & regit; hoc est, non solum genus humanum, sed & totam machinam mundi.

CXIX.

DE SEPTUAGESIMA (2) HISTORIA

Legitur in Ecclesiasticis historiis, Nabuchodonosor (3) regem Babyloniæ Jerusa-

(1) Joan. v. 7.

(2) Videndus Alcuinus Flaccus lib. 1. *de Divinis Officiis* Titulo *de Septuagesima* Collect. indicatæ pagin.41. seqq. Amalarius Fortunatus lib.1. *de Eccles. Off.* cap.1. pag.105. seqq.

(3) IV. Reg. XXIV. 10. seqq.

lem bellando deſtruxiſſe ; & omnes Judæos, quos ibi invenit, Babyloniam ſecum duxiſſe captivos, ibique in captivitate ſeptuaginta annis damnatos duris laboribus, et maxime operibus lateris detinuiſſe. Sed Cyrus (1) rex Persarum, cum omnia vicina regna, & Babylonicum, quia principale fuit, ſuo imperio ſubjugaſſet, primo anno regni per Spiritum Sanctum admonitus remisit ex captivitate quinque millia hominum ; propter quod Cyrus cognomento *Christus* dicitur; unde Isaias Propheta (2) : *Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram*. Reliqua vero captivitas remanſit ibi in ſecundum annum regni Darii, qui regnavit poſt Cyrum ; qui tunc libere redibant, quoniam mille septuaginta erant, & quamdiu illa peregrinatione afflicti erant, canticum in organis, et ceteris muſicis inſtrumentis non canebant, ut Jeruſalem in ſacrificiis Domini fecerant ; ad flumina enim Babylonis ſuſpendentes dicebant (3) : *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena* ?

CXX.

ALLEGORIA EJUSDEM

Nabuchodonosor rex designat diabolum; diabolus enim dicitur *rex* propter principa-

(1) I. Esdræ cap. I. et II.
(2) Isa. XLV. I.
(3) Psal. CXXXVI. 4.

tum ; unde Dominus in Evangelio (1): *Venit ad me princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam*. Et dicitur *rex* propter fortitudinem ; ut in Evangelio legitur (2) : *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet*. Et propter ardorem libidinis, ut in Job legitur (3): *Fortitudo ejus in lumbis ejus, et virtus ejus in umbillico ventris ejus*. Et propter sitim sanguinis; unde scriptum est (4): *Adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret*. Babylonia vero designat infernum, sive confusionem iniquitatis ; unde legitur in Michea Propheta (5): *Filia Jerusalem in Babylone descendes, et inde educet te Dominus, et ibi liberaberis*. Et designat pœnalitatem ; unde Psalmista (6) : *Super flumina Babylonis, illic sedimus, et flevimus* ; et quandoque tentationem, de qua per vitam præsentem educemur ; unde Isaias Propheta ait (7) : *Cecidit, cecidit Babylon*, & tunc *Absterget* (8) *Dominus omnem lacrymam ab oculis eorum*. Milites ejus malignos

(1) Joan. XIV. 30. *Venit enim princeps mundi hujus etc.*

(2) Lucæ XI. 21.

(3) Job. XL. 11. *virtus illius*. (4) I. Pet. V. 8.

(5) Mich. IV. 10. *Dole, et satage filia Sion, quasi parturiens: quia nunc egredieris de civitate, et habitabis in regione, et venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis*.

(6) Psal. CXXXVI. 1.

(7) Isa. XXI. 9.

(8) Apocalyp. VII. 17.

gnos spiritus designant. Jerusalem designat Ecclesiam, vel cælestem patriam. Judæi designant fideles, quorum alii sunt reprobi, alii vero electi, sed utrosque diabolus ante resurrectionem in Babyloniam inferni contraxerat, & damnavit duris operibus, hoc est, diversis suppliciis; sed Christus, qui per Cyrum designatur, suppressis prius regnis, quæ erant in ima, hoc est, in aereis potestatibus, quæ seducunt corda fidelium, per mortem suam potenter triumphavit, diabolum spoliavit, liberans electos suos, quos secum adduxit. Sed quia reliqua captivitas remansit in Babylonia usque ad septuaginta annos, significat, quod omne præsens tempus peregrinatur in terra aliena, hoc est, in hoc mundo; ex qua peregrinatione in quibusdam electis corporali nece liberatur quotidie, sed in septuagesimo anno, post requiem omnium animarum perfecte liberabitur juncta corpori. Sciendum est, quod hoc multis peccatis Judæi meruerunt, quod tot annis oppressi essent. Considerans igitur Dictator (1) septuaginta, multa nobis pec-

(1) Qui dictator, hic idem Præceptor, sive Auctor Officii a Beda vocatur *de Officiis* Tom. VII. col. 468. „ Ideo Auctor Officii Septuagesimam posuit in „ Officiis nostris, etc. „ et infra: „ Præceptor Officii „ nostri ampliorem mutationem requirit, quam „ nos agamus constitutione „ Officii sui. „

cata per gratiam Christi dimissa, quamvis in aliquibus criminibus priori populo communicemus, mutavit septuaginta annos in septuaginta diebus, in quibus voluntariam afflictionem, & abstinentiam indicat; et sicut illi amiserunt vocem gaudii, suspendentes organa sua, ita & nos intermittimus cantica lætitiæ, hoc est, *Gloria in excelsis Deo*, & *Alleluja*, vice cujus Tractum dicimus. Tractus enim (1) aliquando lætitiam, aliquando tribulationem sonat. *De profundis*, *Commovisti*, *Qui habitat*, *Ad te levavi*, *Sæpe expugnaverunt*, tribulationem præsignant. *Deus*, *Deus meus*, *Qui confidunt*, *Laudate*, lætitiam præsignant: quod vero post duas tribulationes tertius occurrit lætitiæ *Magnificat*; quod post duos dies Dominicæ sepulturæ tertius occurrit resurrectionis. Et quoniam prior populus in magna lætitia fuit, cum Cyrus

(1) Amalarius *de Eccles. Off.* lib. III. cap. XIV. p. 186. ita loquitur: „Hoc est inter *Alleluja*, et *Tractum*, „quod *Alleluja* lætitiam, „sive laudem Domino, *Tractus* vero aliquando tribulationem, aliquando „lætitiam sonat. Tribulationem, ut *De profundis*, „ut *Commovisti*; ut *Qui* „*habitat*, ut *Ad te levavi* „*oculos meos*, ut *Sæpe expugnaverunt me*, ut *Deus* „*Deus meus*. Lætitiam, ut „*Jubilate Deo*, ut *Qui confidunt in Domino*, ut *Laudate Dominum*. Post duos „tribulationis tertius occurrit lætitiæ, quoniam „post duos dies sepulturæ „tertius occurrit resurrectionis. „

relegavit quinque millia, Auctor (1) nostr Officii et illam, & nostram demonstrans. Officium scilicet *Lætare Jerusalem* dictavit. Nostram dico, quoniam per abstinentiam, quam jam diximus, usque ad mediam Quadragesimam speramus nos ad æterna gaudia propinquare, lætamur ad solemne Pascha. Septuagesima novem hebdomadibus ante Pascha computatur, & post Pascha septima die terminatur. Sed si mysterium istorum spiritualiter scire vultis; septuaginta enim dies viduitatem nostram, qua peregrinamur a Domino, reducunt nobis ad memoriam in sabbato, hoc est, in requie animarum perfecte liberati, in anima, et corpore immortales erimus; propter quod duo *Alleluja* in eodem sabbato post Pascha canimus, quæ significant duplicem coronam, animæ videlicet, & carnis. Vel ideo, quia in sabbato, hoc est, in septuagesimo anno pleniter collectus, & liberatus est uterque sexus, virorum, ac mulierum.

(1) *Auctor* ex Beda emendavimus. Cod. *Actor*.

CXXI.

DE MUTATIONE QUORUMDAM SANCTORUM PSALMORUM.

A Septuagesima usque in Pascha in matutinis (1) per Dominicas noctes duo Psalmi mutantur, scilicet *Miserere mei Deus*, & *Confitemini Domino*. Debemus convertere nos, & mutare, sicut ait Apostolus, & in melius emendare, & flere peccata nostra, dicendo *Miserere mei Deus*. Quibus planctu cordis deletis, charitatis (2) fiducia accensi, debemus laudare Dominum, & invicem cohortari nos Domino confiteri, quoniam bonus.

Quod ab ipsa die Septuagesimæ *Te Deum laudamus*, & *Gloria in Excelsis Deo*, & *Alleluja* usque in Pascha intermittitur, et in loco *Alleluja*, *Laus tibi Domine* dicitur (*Alleluja* hebraicum nomen est, & ceteris celsius; Græca enim, & Latina, & ceteræ linguæ, ad comparationem Hebraicæ *pauperes* (3) vocantur), afflictionem nostram si-

(1) Nempe in matutinis laudibus.

(2) Cod. *castitatis*.

(3) S. Hieronymus in Isaiam lib. XI. cap. XL. Tom. IV. col. 488. sic habet. „ Multaque sunt nomina, quæ „ ita leguntur in græco, ut „ in hebraico posita sunt „ propter interpretandi dif„ficultatem, et ad compa„rationem linguæ hebrææ „ tam græci, quam latini „ sermonis pauperiem. „

gnificat, quam in septuaginta diebus
peccatis nostris in contritionem, et h
litatem cordis nostri excercere debem
per quam, vera libertate adepta, ad h
ditatem cælestis patriæ redire merear
tot namque annis populus Israeliticus in c
vitate delictorum suorum peracta pœn
tia, ad patriam redire describitur. V
cut Israelitæ degentes inter Babylonicos
poterant cantare canticum Domini, si
ter & nos tempore nostræ afflictioni
dignos nos reputamus laudes Domini p
nare, quia *Non* (1) *est speciosa laus i*
peccatoris. Dicimus tamen cum David *T*
decet hymnus, Deus, in Sion, cupientes r
ad statum beatitudinis, in quo decente
des exolvemus.

CXXII.

DE TRACTIBUS

Tractus autem, qui dicuntur *a tr*
do, qui cantantur hoc tempore, signifi
longanimitatem, & perseverantiam Eccl
quæ etiam pro gravitate laborum non c
a bono; ſeptuaginta enim dies a Domi
die Septuagesimæ uſque ad diem sabbati
Pascha computamus. Licet enim in Pa
jugum nostræ servitutis morte Christi

(1) Eccli. xv. 9. (2) Psal. lxiv.

letum sit ; tamen non perfectam libertatem , nisi usque ad verum sabbatum, quod est post Pascha, per quod sempiterna requies designatur , consequemur . Dum enim in hoc corpore consistimus , multis carnalibus voluptatibus , & seculi curis gravamur .

C X X I I I.

QUID DEBEAT LEGI A SEPTUAGESIMA USQUE AD DOMINICAM DE PASSIONE .

A Septuagesima usque ad Dominicam de passione Domini, ad Matutinum in Lectionibus legitur liber Mosaicus ; Septuagesima enim captivitatem Babyloniæ figurat , hoc est , confusionem , in qua nos sumus , dum in mundo captivamur , & exeuntes debemus ad Jerusalem redire , hoc est , ad domum pacis ; unde nos diabolus captivavit, sicut per Hebræos olim de Babylonia exeuntes figuratum est . Ut ergo memores sint captivitatis suæ , qui sursum tendunt , legitur primo de Adam , qui in principio factus est ; deinde de diluvio , & quomodo Abraham exiit de terra sua, & de hujusmodi laboribus ad exemplum patientiæ ; per quæ omnia captivitatis nostræ memores esse debemus.

CXXIV.

QUO TEMPORE SEPTUAGESIMA INCIPIAT, ET FINIATUR.

Septuagesima incipit in Dominica, & finit in sabbato; in quo significatur, quod humanum genus per peccatum recessit a Deo sed per veniam, & misericordiam redit ad requiem. Officium primæ diei satis innuit quid in hoc tempore sit agendum in Ecclesia scilicet: *Circumdederunt* (1) *me gemitus mortis*: Postea sequitur Collecta, in qua profitetur Ecclesia, se incurrisse illa priora mal pro peccato, quod commisit in primo parente; ait enim: *Ut qui juste pro peccatis nostri affligimur*; quam misericordiam impetrare s volumus, necesse est, ut ab omnibus mundialibus concupiscentiis abstinentes cum carne, & cum diabolo legitime decertemus quia *non coronabitur* (2), *nisi qui legitime certaverit*; unde sequitur in Epistola (3): *Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis*. Ibi Apostolus innuit, quod si fuerimus expediti cursores

(1) Ex Psal. XVII. ver. 5. *Circumdederunt me dolores mortis*.

(2) II. Timoth. II. 5.

(3) I. Corint. IX. 24.

bravium supernæ vocationis recipiemus ejus adjutorio, quem continuò invocamus, dicentes alta voce: *Adjutor in opportunitatibus*; in quem secure sperant, qui nomen ejus veraciter cognoverunt; ad quem de valle lacrymarum, de profundo iniquitatum lacrymabiliter clamamus, dicentes in Tractu: *De profundis clamavi*; quorum precibus annuens misericors Dominus hortatur ad laborem vineæ per verba Evangelii, et eumdem denarium vitæ eternæ primis, & novissimis pollicetur. Hac pollicitatione audita, jam ad invicem nos hortantes dicimus in Offertorio: *Bonum est confiteri*. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum (3); *fertum* enim dicitur oblatio, quæ Altari offertur, & sacrificatur a Pontificibus, a quo *Offertorium* nominatur, quasi *perfertum*. Tandem post promissum denarium, in quo Regis nostri relucebit imago, humiliter postulantes dicimus in Communione: *Illumina faciem*, ut tuam similitudinem in nobis perfectis cognoscamus, cum per tuam misericordiam salvifacti, sine confusione erimus, quia te invocavimus. Ex hoc et illud notandum est, quod a Septuagesima usque ad Sabbatum Sanctum in fine Missæ non dicitur *Ite Missa est*, sed tan-

(3) Vide Benedictum XIV. *de Sacrificio Missæ* lib. II. cap. IX. num. 2.

tum *Benedicamus Domino* , nisi in solemnitatibus Sanctorum, quoniam cum David (1) dicente : *Benedicam Dominum in omni tempore*, debemus etiam de labore , & afflictione gratias agere , & benedicere scientes , quod *omnia* (2) *cooperantur in bonum*.

CXXV.

DE SEXAGESIMA (3), ET QUO TEMPORE FINIATUR

Sexagesima in quarta feria paschalis hebdomadæ finitur ; habet autem ipsa quarta feria quamdam convenientiam cum quarta ætate mundi, in qua David , et Salomon reges nobilissimi , per quos Christus pacificus rex designatur , regnaverunt . Ipsa vero ætas gloriosa sanctissimi templi ædificatione nobilitatur, per quod sanctæ ædificatio Ecclesiæ nostræ designatur . In hac Christus resurgens ex mortuis , ex duobus populis nobilissimum Deo Patri templum ædificavit . Per Sexagesimam enim afflictio , et pœnitentia exprimitur . Sexaginta viduæ , quarum vita in tribulatione consistit . referuntur ; etenim in tribulatione , & afflictione carnis peccata nostra lugere debemus , ut omni sorde peccatorum

(1) Cod. *cum Deo*.

(2) Rom. VIII. 28.

(3) Confer Alcuinum Flaccum lib. *de Divin. Off.* p. 45. ubi *de Quinquagesima* , *et Quadragesima*. Amalarium lib. 1. *de Eccles. Off.* cap. II. III. IV. pag. 108. seqq.

exuti, & sex operibus misericordiæ, & aliis virtutibus adornati, unum in Christo templum Domini efficiamur.

CXXVI.

DE EODEM

Hæc Sexagesima percurrit usque ad quartam feriam paschalis hebdomadæ: quæ feria habet convenientiam cum quarta ætate mundi, in qua gens Judaica, regno Davidico inclyta, templo Salomonico gloriosa nobilitatur in orbe. In nostra vero ætate quarta, hoc est, juventute triumphat David, qui vicit leonem; & Salomon æternus pacificus regnat, qui templum nobilissimum Deo Patri ædificavit, qui in fine dicet (1): *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*. Sex enim sunt ætates hominum: prima est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta juventus, quinta senectus, sexta decrepita. Ad hoc regnum oportet nos per sexagenarium numerum currere; qui numerus efficitur, si denarius per senarium multiplicetur; senarius enim operum perfectionem designat, denarius vero laborum mercedem. Si quis itaque per senarium, hoc est, per operum perfe-

(1) Matth. xxv. 34. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.*

etionem laborem requirit, ipse regnum pe cipiet, quod nobis promittitur in quarta 1 ria paschali. Quamdiu autem in viduitate n stra versamur, & labore operum, divino a xilio indigemus; quod totis visceribus impl rantes, dicimus ipsa die in Officio: *Exi ge* (1) *quare*; venditi enim sumus sub pecc to, nec est enim aliqua virtus subsistend unde statim in Collecta dicitur: *Deus q conspicis, quia ex nulla virtute subsistimu.* Ad hanc autem debilitatem per nostram sti titiam devenimus; quod ex voce Aposto mordacibus verbis continuo nostræ impude tiæ improperatur, cum dicitur (2): *Libent suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapiente.* Patimur enim et dæmones, & homines, q dum peccare suadent, nituntur nos a sapie tia ad insipientiam pervertendo converter contra quos insipientes divinum auxilium n pro nostris meritis, sed pro ipsius gloria p stulantes, dicimus: *Sciant gentes*. Cujus p tentiam ad hoc valere probantes, ibi subji mus: *Commovisti Domine*; quasi: Tu, qui t & tanta fecisti, eadem virtute destrue in diantes, & sana tuos, quia jam constri moti sunt ad pœnitentiam, *ut fugiant* (3) *facie arcus*. Respondens autem nostris pe

(1) Ex Psal. XLIII. ver. 23. (3) Psal. LIX. 6.
(2) II. Cor. XI. 19.

tionibus indicat, quomodo ad ipsum suscipiatur, scilicet si verbum memoriæ commendaverit, & in opere perseveranter fructificaverit; unde illico in Evangelio parabola seminantis, unde dicitur (1): *Exiit, qui seminat, seminare semen suum*. Ut autem possimus auditum verbum retinere, & fructum ferre in patientia, orantes in Offertorio dicimus: *Perfice* (2) *gressus meos*; quasi nec verbum audire, nec auditum memoriæ commendare, nisi tua virtute, possumus; & ideo: *Perfice gressus meos in semitis tuis*, hoc est, opera mea in arctioribus mandatis tuis. Ad quam vero mercedem simus perventuri de labore nostræ operationis, postea in Communione ostenditur: *Introibo* (3) *ad altare*. Ad altare namque cæleste, ubi omnia Sanctorum opera, quasi acceptabilia sacrificia offeruntur, perventuri sumus de statu istius laboriosæ actionis; quia in veteri Testamento de altari holocaustorum, quod erat sub divo, intrabatur ad altare interius, quod ad Sancta Sanctorum jungebatur.

(1) Matt. XIII. 3.
(2) Ex Psal. XVI. 5.
(3) Ex Psal. XLII. ver. 4.

CXXVII.

DE QUINQUAGESIMA

Quinquagesima in die Paschæ finitur (1); & ipse est dies quinquagesimus, quem mystice quondam figurabat quinquagesimus, hoc est, jubilæus remissionis, & libertatis annus. In hac enim die hoste, Christi morte triumphato, ab ejus servitute omnes nos eripuit. Mystice autem significat, nos peccatis, quæ per quinque sensus corporis contraximus, debere exui, & virtutibus adornari; ut puri, & digni accedere mereamur, & venire ad diem jubilæi, hoc est, nostræ remissionis, & resurrections.

CXXVIII.

DE EODEM

Quinquagenarius enim numerus remissioni, & indulgentiæ est consecratus. Secundum legem enim annus jubilæus est remissionis, qui septenis annorum, & hebdomadibus in quadraginta novem annis texitur; in quo clangebantur tubæ, & ad omnes revertebatur antiqua possessio. Vel sic: In Veteri namque Testamento in quinquagesimo anno

(1) Cod. *finita*.

cem verba legis in Spiritu Sancto compleverit, in domum Sanctorum, Jesu duce, proculdubio veniet ad libertatem. Jam autem securi de ducatu Christi, qui prius dixeramus: *Circumdederunt me*; & dubitantes etiam dixeramus: *Exurge quare*; securi, inquam, & quasi manibus tenentes ipsum, dicimus: *Esto* (1) *mihi in Deum protectorem*. Sed quia non uno modo, sed pluribus est exorandus, has preces quotidie multiplicamus, dicentes in Collecta: *Preces nostras quæsumus Domine clementer exaudi; atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos adversitate custodi*: Quia vero sine charitate non est perfecta exauditio, illico Doctor Ecclesiæ Paulus hortatur ad ipsam, dicens (2): *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*. Post hæc autem, ut facilius impetremus quod volumus, ipsum exauditorem nostrum collaudantes., clara, & alta voce dicimus: *Tu es Deus*. Ad cujus laudem & alios exhortantes (3), continuo dicimus in Tractu: *Jubilate* (4) *Deo omnis terra*, causam laudis subjicientes *Ipse* (5) *fecit nos*. Ut autem securi de impetratione reddamur, mox de humilitate, & misericordia, quam ad genus humanum habue-

(1) Ex Psal. xxx. ver. 3.
(2) 1. Corint. xiii. 1.
(3) Cod. *exorantes*.
(4) Ex Psal. xcix. ver. 1.
(5) Ibid. ver. 3.

buerit, dicitur in Evangelio (1): *Assumpsit Dominus Jesus*; cui de misericordia, & humilitate gratias agentes, cantamus in Offertorio: *Benedictus es, Domine*; postulantes, doceri justificationes. Post hoc securi, quia dux noster erit ad pascua æternæ vitæ, in quibus nos enutriet semetipso, pane Angelorum, non jam lacte hominum, cantamus in Communione, dicentes: *Manducaverunt* (2), *& saturati sunt nimis*, hoc est, *multum*.

CXXXI.

DE CAPITE (3) JEJUNII

Post hæc videamus de quarta feria, quæ est caput jejunii; in ipsa namque inchoamus jejunium, quod usque in Pascha Domini tenditur. Nos enim usque ad hanc quartam feriam quasi in expeditione fuimus; sed eo die quasi primo pugnatur contra hostem malignum; armis pœnitentiæ præmunimur, scilicet cinere, & cilicio, dicentes clara voce: *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est*. Quantum autem prælati, & majores nostri debeant solliciti esse hoc tempore, & affligi pro subjecta plebe, exemplo fidelium antiquorum

(1) Lucæ XVIII. 31. *Assumpsit autem Jesus*.

(2) Ex Ps. LXXVII. ver. 29.

(3) *De Capite Jejunii* videndus Alcuinus hoc titulo pag. 48. seqq.

demonstratur, cum sequitur: *Juxta* (1) *vestibulum & altare*. Quantum quoque debeant humiliari & laborare, monstratur in alia antiphona, in qua invicem exhortantes dicimus: *Immutemur habitu*. Præmunimur siquidem, ut dictum est, in cinere, & cilicio, quia cinis, & cilicium sunt arma pœnitentiæ; in his etenim signis humilitas, & sanctificatio designatur. Humilitas quidem in cinere, sanctificatio in cilicio: homo etenim imprudenter superbivit, cum dictum fuit (2): *Eritis sicut dii*; sed ut prudenter discat humiliari, in ipsa cineris impositione audit (3): *Recordare, quia terra es, & in terram ibis; pulvis es, & in pulverem reverteris*. Cinis namque, ut dictum est, significat humilitatem, quia cinis est memoria combustionis. Datur itaque cinis in capite, ut mente humiliati recolamus, quod ossa nostra sicut cremium aruerunt per peccatum Adæ. Cum autem fuerimus sic humiliati, debemus apponere cilicium carni nostræ, ut asperitate cilicii, carnis appetitus vincentes, possimus per pœnitentiam Domino satisfacere; non diffidentes, sed confidentes de ejus misericordia, quæ

(1) Ezech. VIII. 16. *Inter vestibulum, et altare*.

(2) Genes. III. 5.

(3) Ibid. ver. 19. *In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem reverteris*.

omnibus præſto eſt. Unde protinus in Introitu Miſſæ dicimus: *Misereris omnium, Domine*. Quia vero auxilio misericordiæ indigemus in pugna, quam contra malignum hostem incipimus, continuo in Collecta orantes dicimus: *Concede nobis, Domine, præsidia militiæ Christianæ*. Si autem, quæ oramus, volumus impetrare; oportet nos ex toto corde agere pœnitentiam de omnibus peccatis noſtris, quorum memores sumus. Unde mox Joel in voce Domini subdit (1): *Convertimini ad me in toto corde vestro*. Et infra (2): *Non dabo vos ultra opprobrium in Gentibus*, dicit Dominus Omnipotens. Huic autem promiſſioni applaudentes, illico in Responsorio dicimus: *Miserere mei*. Sequitur quoque de promiſſione sua, quam consequenter cantamus in Verſiculo illo: *Misit de cælo*. Quia vero multæ sunt adverſitates nostræ, quas si vellet adtendere, nequaquam præsens judicium faceret (3), ſicut dicitur (4): *Si iniquitates observaveris, Domine*. Quod ſi volumus impetrare, oportet nos omnem ſimulationem, & hypocrisim de corde nostro abjicere; Unde ſtatim in Evangelio subditur (5): *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes*. Rursus poſt

(1) Joelis cap. II. ver. 12.

(2) Ibid. ver. 19.

(3) Cod. *facere*. Deest aliquid.

(4) Psal. CXXIX. ver. 3.

(5) Matth. VI. 16.

sam celebraverimus, hac die, et deinceps toto tempore, exceptis diebus Dominicalibus, hora nona celebramus. Hoc autem fieri videtur, quia in aliis temporibus hora tertia consecrantes, memores sumus Christi, quia (1) eadem hora voce Judæorum clamantium (2): *Crucifige, crucifige eum*, damnatus est Christus; et Spiritus Sanctus eadem hora in Discipulos venit, sicut dicitur: *Dum hora cunctis tertia repente mundus intonat*. Sed hoc tempore tali hora Missarum solemnia celebrantes, memores sumus ipsius Christi hora nona expirantis per (3) peccata Adæ; qui sponte ad crucis patibulum convenit, et oblatam gloriam culminis fugiit, pœnam probrosæ mortis appetiit; ut membra ejus discerent favores mundi fugere, terrores minime timere, pro veritate adversa diligere, prospera formidando declinare.

CXXXIV.

DE SABBATO PRIMO QUADRAGESIMÆ

In Sabbato primo, quod dicitur *vacat* (4), significatur primus status Ecclesiæ, qui fuit ante incarnationem Christi, et ante legem, et Prophetas, in quo quidam boni permixti

(1) Addidi *quia*.
(2) Joan. XIX. 6.
(3) Rectius *pro peccato*.
(4) Consultio, si libet, Cl. Antonellum in Missale Vetus Romanum pag. 75. seq. not. 1.

erant cum malis, qui nullam audierunt prædicationem, sed per Spiritum Sanctum Domino Deo nostro toto corde adhæserunt, et requiescunt in requie Sanctorum coronati.

CXXXV.

DE QUADRAGESIMA, ET QUO TEMPORE FINIATUR

Quadragesima a die Dominico post Quinquagesimam in die cœnæ finitur. Hoc autem in se diversos continet sensus: primum, quia Moysi, et Eliæ, hoc est, Legis, et Prophetarum, et Jesu Christi Redemptoris nostri institutionem sectantes, quidquid cogitationis, locutionis, et operationis contra Decalogum contraximus, quatuordena emendamus. Quot autem diebus secundum Phyſicos humanum corpus intra matris uterum (1), addita nativitatis die, compaginatur; tot etiam curriculis carnem noſtram macerando, & bona operando, oportet nos compaginari in Christo. Quod autem juxta B. Gregorium triginta sex dies jejunii continent in se sex hebdomadas,

(1) S. Isidorus Originum lib. XI. cap. 1. pagin. 153. „Primum... ajunt, cor „hominis fingi, quod in eo „sit et vita hominis, et sa„pientia: deinde quadra„gesimo die totum corpus „expleri, quod ex abor„tionibus, ut fertur, col„lectum est.„

demonstrat, nos decimas (1) anni debere cordis contritione, & carnis maceratione Deo immolare. Post tempus vero B. Gregorii ad contemplandum numerum Dominici jejunii, quatuor dies a Sanctis Patribus sunt additi (2). Quod vero a capite jejunii usque ad Pascha inter Dominicales, & feriales quadraginta sex dies

(1) Triginta sex enim dies decimam dierum anni partem constituunt.

(2) Eruditissimus Præsul Nicolaus Antonellus, qui deinde S. R. E. Cardinalis fuit, in not. ad Missale Vetus Romanum pagin. 36. „ Observatio, *ait*, Feriæ IV. „ in capite jejunii, an tem„ pore Gregorii Magni in „ more fuerit, dubitavit „ cum aliis Amalarius, qui „ verba faciens de inchoa„ tione jejunii in Feria IV. „ inter Quinquagesimam, „ et Quadragesimam: *Opi„ nio est*, inquit, *aliquo„ rum, ut propterea hoc die „ inchoetur jejunium qua„ dragesimale, quia exce„ ptis diebus sex Dominicis „ infra Quadragesimam, „ quadraginta tantummodo „ sunt a memorata feria us„ que in Sabbato Sancto. „ Illud enim occurrit, quod „ S. Gregorius tantummodo „ triginta, et sex dies absti„ nentiæ nobis insinuat qua„ dragesimalis temporis; „ forsan, quia nondum erant „ additi quatuor dies a su„ pradicta feria quarta us„ que ad Dominicam Qua„ dragesimæ*. Sed Amala„ rii, aliorumque ejus æta„ tis dubitationem, opinio„ nemque haud obscure „ rejicit Micrologus, ad„ struitque sententiam Car„ dinalis Thomasii his ver„ bis: *Sciendum autem, „ non solum modernos, ut „ quidam putant, sed et an„ tiquos a capite jejunii in„ cœpisse, cum et S. Grego„ rius ibi quadragesimalia „ Officia videatur initiasse; „ sic enim in Gregorianis „ Sacramentariis, sive gra„ dualibus libris evidentis„ sime declaratur*. „

computantur, significat, nos deber
bus templum Domini, vitiorum impe
ctum (1) bonis operibus restaurare,
diebus templum a Babylonæis destru
populo Dei esse restauratum perhibe
draginta sex annis restauratum est t
Per Babylonæos autem vitia exprim
populum Dei virtutes, quæ nos
Dei faciunt.

CXXXVI.

DE EODEM

Quadragesimam ideo celebramu
gibus, & Prophetis, et Domino L
Prophetarum congruat Ecclesiastic
tio. Nam Moyses Legislator, &
mius Prophetarum, Christus Legis
phetarum Dominus hoc numero jejui
duntur. Significat autem numerus
riosum statum vitæ præsentis, in
per quatuor partes orbis degentes in
quod constat ex quatuor elementis,
tuor tempora anni habere debemus
tiam Legis, & Evangeliorum: hic
merus constat ex denario quater duc
ternarius quidem quatuor partes o
quatuor elementa, vel quatuor tem
significat: denarius vero, qui co

(1) Cod. mendose *instructum*. (2) Cod.

omnia revertebantur ad libertatem ; & significat requiem , & perfectam liberationem per Spiritum Sanctum datam , qui missus est de cælo a Patre in quinquagesimo die post immolationem veri Agni , hoc est , Domini nostri Jesu Christi , qui significatus est per legem , quæ data est supra montem Sinai in quinquagesimo die egressionis filiorum Israel. Hinc est ergo , quod ante Domini passionem quadraginta diebus nosmet affligendo jejunium peragimus . Post ejusdem vero resurrectionem, festivam lætitiam quasi jam accepta mercede quinquaginta diebus celebramus . Quadraginta quoque diebus cum Apostolis conversatus , ascendens in cælum quinquagesimo die misit eisdem mercedem Sancti Spiritus donum , quo significaret , se omnibus perseverantibus æternæ felicitatis præmia largiturum .

CXXIX.

DE TERMINO QUINQUAGESIMÆ

Quinquagesimæ terminus currit usque ad diem Paschæ ; ita quod ipsa dies paschalis est terminus , & completio illius , ut sicut de actuali captivitate illa tres fuerunt reversiones in illo populo ; prima quidem sub Zerobabel Duce , & Jesu Sacerdote , in qua (1)

(1) Addidi *in qua* .

sunt multa millia reversa; secunda sub Esdra, de qua ipse dicit (1), *Et facta est manus Domini super nos, & liberavit nos de manu inimici, & insidiatoris nostri, & venimus in Jerusalem*; tertia quoque sub eodem Esdra, ita & triplicem facimus memoriam nostræ liberationis, quæ erit in futura liberatione, cujus liberationis, inquam, memoriam facimus in die sancto Paschæ, & in quarta feria ejusdem septimanæ, & in sabbato. Ad hanc autem liberationem perveniemus, admonentibus Sanctis, qui intelliguntur per Zerobabel, & Esdram (ipso Duce Jesu Christo), quem nomine, & actione Jesus *magnus Sacerdos* significat.

CXXX.

DE EODEM

Hæc Quinquagesima habet septem septimanas, & postea tangit primum diem Paschæ; quinquies enim decem septem septimanas, & unam diem faciunt. Quinquagenarius numerus significat bona opera, quæ per quinque sensus corporis fiunt; denarius vero decem præcepta legis. Septenarius septiformem gratiam Spiritus Sancti. Si quis igitur per administrationem quinque sensuum de-

(2) 1.Esdræ VIII. 31.seq. *Et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici, et insidiatoris in via, et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus.*

ex partibus quaternarii aggregatis, Legis, & Evangelioruw mysterium continet. Currit autem numerus iste a Dominica prima Quadragesimæ usque in cœna Domini: ut sicut in cœna illa finito veteri Pascha inchoatum est novum, Sancto Christi Corpore Discipulis dato; ita et nos finita omni vetustate hujus laboriosæ vitæ, speremus nos transituros ad novitatem immortalitatis, in qua Christus semetipsum, cum Patre, et Spiritu Sancto nobis feliciter demonstrabit: quod erit cibus, & vita Sanctorum. Hoc autem, quod a termino Quadragesimæ supersunt adhuc duo dies ad Baptismum, per quod nova infantia intrat Ecclesiam, Christo duce, convenit illis quadraginta duobus mansionibus, quibus filii Israel venerunt ad terram promissionis; quam, Jesu duce, intrantes possederunt: ut et nos eodem numero satagamus per gratiam Baptismi, Christo duce, intrare in regionem vivorum, ubi hæreditatem capiamus, ipsam desiderabilem terram viventium, de qua Psalmista dicit (1): *Credo videre bona Domini in terra viventium*.

(1) Psal. xxvi. 13.

CXXXVII.

DE OFFICIO PRIMÆ DOMINICÆ IN QUADRAGESIMA

Istis hactenus de Quadragesima, et e
termino dictis, de officio primæ Domini
dicamus. Miser siquidem ille expoliatus,
vulneratus, qui dixerat: *Circumdederunt m*
& *Exurge*, & *Esto mihi*, tamdiu clamavit
dominum Samaritanum (1); quod miseric
dia motus appropinquavit, assumpta carn
ut vulnera alligaret, et in jumento suo imp
neret. Quod cum ordines Angelorum mi
rentur, juxta quod dicitur: *Ordines Ange
rum videntes invisibilem venientem in aquis,
more perterriti clamaverunt: quomodo invi
bilis Deus fideles suos suscepit?* cum, inqua
hoc mirarentur, congrua per hujus diei o
cium videtur responsio, cum ex sua voce c
tatur: *Invocavit* (2) *me*, *& ego*; quasi,
miremini, quod formam servi suscepi, q
ex sola misericordia hunc vulneratum, lac
mabiliter vulnera ostendentem, medicum
precantem, et laudantem, stultum se ac
santem, jamque cum hostibus acriter di
cantem (3) respexi: vocavit me in auxiliu

(1) Lucæ x. ver. 33. seqq.

(2) Ex Psal. xc. ver. 15. *Clamabit ad me, et ego*.

(3) Cod. addit *et*, q supervacaneum est.

ım eum . Audiens autem benignam me-
& adjutoris sui promissionem , orat
ıo , ut , quod petit , obtineat dicens:
*qui Ecclesiam tuam annua quadragesi-
servatione purificas*. Quibus autem ope-
aleat exequi quod desiderat , scilicet
, de vulneribus , et victoriam de ini-
ex voce Apostoli indicat , cum dici-
: *Hortamur vos , ne in vacuum gratiam
ipiatis* . Et infra (2) : *Nemini dantes
ffensionem* . Ne autem inter tot dura
:scens , aliquatenus de Dei auxilio du-
, continuo ad roborandum ipsum can-
Angelis suis mandavit; quasi firmissime
, & nullatenus dubites , si qua dum sen-
quia Angeli te juvabunt ; scriptum est
) : *Angelis suis mandavit de te* ; ipse
roteget te , si in eo confisus fueris ,
Qui (4) *habitat in adjutorio Altissimi* ,
ctione Dei cæli commorabitur . Quid
le auxilio Angelorum , & Dei prote-
consequatur , statim Christi exemplo
atur , cum dicitur : *Ductus* (5) *est Je-*
t , sicut Christus (6) Dei auxilio vicit
nem , & Angelos ministros habuit ,
r et iste de auxilio Dei confidens spe-
tentationem vincere posse , & An-

Cor. VI. 1. — (4) Ibid. ver. 1.
. ver. 3. — (5) Matth. IV. 1.
. XC. 11. — (6) Ut homo.

gelos spiritualiter ministrantes habere. Ne autem aliquatenus de Dei protectione diffidat, continuo in Offertorio, & postea in Communione cantatur: *Scapulis suis*.

CXXXVIII.

DE JEJUNIO QUATUOR TEMPORUM (1) IN QUADRAGESIMA

In secunda hebdomada Quadragesimæ celebratur jejunium quatuor temporum, ut isti versus innuunt:

Hebdomada prima martis Jejunia prima;
Non hinc mutantur, nisi cum cineres ibi dantur.
Si cineres prima, Jejunia pone secunda.

Jejunium enim quatuor temporum fuit institutum propter quatuor tempora anni, scilicet (2) Hyems, Ver, Æstas, & Autumnus; ut quidquid peccamus in quatuor temporibus anni, per jejunium, & afflictionem valeamus a nobis removere. Hyems enim vocatur a frigore; porro hyems a doctoribus *frigus* inter-

(1) De Jejunio quatuor temporum agunt Amalarius lib. II. *de Divinis Offic.* cap. II. pag. 158. seq., Durandus *Rational. Divinor. Off.* lib. VI. c. VI. et lib. VIII. cap. III. et alii. De eorum usu, et institutione extat P. Dominici Thomæ Valfredi Ord. Præd. S. T. M. Dissertatio Bononiæ ann. MDCCLXXI. impressa.

(2) Adde *quæ sunt*.

pretatur, & *sterilitas*; hyems namque, utpote longius sole remoto, frigida est, & humida. Ver vocatur, quod in ea cuncta vernent, hoc est, virescant. Æstas dicitur ab æstu, hoc est, a calore, quasi usta, hoc est, exusta, & arida; nam calor aridus est: æstas vero, eo quod pars ejus a meridiano calore flagrantior sit. Autumnus a tempestate vocatur, quando & folia arborum cadunt, & omnia maturescunt. Autumnus occiduo datur, propter quod & graves morbos habet. Ut autem Autumnus abundet morbis, facit et hoc confinitas frigoris, & caloris, & compugnantia intra se contrariorum aerum. Hyems enim fuit ante legem propter frigus infidelitatis; unde scriptum est (1): *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen*. Ver fuit in Lege, ubi erat justitia tantum promissa, sub cæremoniis latitans, quasi fructus promissus in flore. Æstas, quasi plenitudo temporis, & tempus acceptabile, quando illuxit lux gratiæ, & virtutum, quia *exortum (2) est in tenebris lumen rectis corde*; & excussis legalium foliis, totus apparet fructus justitiæ; & seges, quæ sub lege, quasi in herba erat, jam in messem albescit; unde in Evangelio scriptum est (3); *Videte regiones, quæ albescunt jam ad messem*.

(1) Rom. v. 14.
(2) Psal. cxi. ver. 4.
(3) Joan. iv. 35. *Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem*.

Autumnus autem ubertatem domus Dei, qua inebriandi sumus, significat. Et sicut legitur in Apocalypsi (1): *Plena erit messio, & judice ventilabrum tenente paleæ comburentur igne inextinguibili, grana vero condentur in horrea æternæ beatitudinis*, unde dicitur (2): *Implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt*. Tres namque dies jejunamus propter fidem Sanctæ Trinitatis, vel propter tres menses, qui sunt in quolibet (3) tem-

(1) Apocalyp. XIV. ver. 15. *Mitte falcem tuam, et mete, quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, et demessa est terra*. Matth. III. 12. *Cujus ventilabrum in manu sua: et permundabit aream suam: et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*. Confer Lucæ cap. III. ver. 17.

(2) Joel. II. 24. *Et implebuntur areæ frumento, et redundabunt torcularia vino, et oleo*.

(3) In inferiori pag. ora hæc adnotantur. „ Jejunat „ Ecclesia in mense Martio, ut vitia, et peccata „ in nobis marcescant. Jejunat in hebdomada Pentecostes, quia nos debemus esse fervidi, et robusti in charitate, sicut „ fuerunt Apostoli in missione Spiritus Sancti. Jejunat in Septembri, quia „ tunc colliguntur fructus, „ et in horreis recipiuntur. „ Similiter nos debemus „ colligere fructum bonorum operum, et in cælesti patria recondere. „ Jejunat Decembri, in „ quo herbæ moriuntur, „ et folia cadunt; et nos „ debemus mori mundo, „ et vivere Deo, juxta illud: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*. „

pore. Quarta enim feria jejunium inchoamus; quia Judaei in quarta feria concilium fecerunt de nece Salvatoris; & ideo propter ejus reverentiam a carne abstinere debemus. Duae Lectiones leguntur, quia, quod Prophetae praedicaverunt, Apostolus praedicavit, & docuit. Vel per duas Lectiones intelligimus eos, qui ordinari debent, ut habeant notitiam veteris, et novae legis. Sextam feriam ideo jejunamus, quia in ea die Christus mortuus est; & ideo propter ejus mortem jejunare, & abstinere debemus. Unam tantum Lectionem in sexta feria cantamus propter unum Evangelium, quia omnia, quae dicta fuerunt in quarta aetate, scilicet tempore Prophetarum redundant in unum Evangelium, quod datum fuit in sexta aetate. In Sabbato etiam (1) propter tristitiam Apostolorum, quam habuerunt de morte Salvatoris, jejunare, & abstinere debemus. In ipsa die cantantur sex Lectiones; quatuor ante illam, quae dicitur: *Angelus* (2) *Domini*, propter quatuor benedictiones, quae notantur in Psalmo (3), scilicet *Domus Israel*, hoc est, videntes Dominum *benedicite Domino*. *Domus Aaron*, hoc est, praelati majores *benedicite Domino*. *Domus Levi*, hoc est, subditi ministri *benedicite*

(1) Cod. *enim*.

(2) Ex Dani. cap. III. ver. 49.

(3) Psal. CXXXIV. 19. seq.

te Domino : *Qui timetis Dominum*, scilicet populi omnes generaliter una voce *benedicite Domino* . Postea cantatur : *Angelus Domini*, in qua agitur de tribus pueris, scilicet Sidrach, Misach, et Abdenago qui probati sunt in fornace, per quos debemus intelligere eos, qui ordinantur, debere examinari, et igne tribulationis probari ; unde dictum est (1) : *Vasa figuli probat fornax*, *& homines justos tentatio tribulationis*. Et ad unamquamque orationem Diaconus, vel Sacerdos dicat : *Flectamus genua* ; non tamen (2) ad eam, quæ est post Lectionem trium puerorum, qui solum Dominum adorantes coram statua Nabuchodonosor flectere genua respuerunt . Dum vero cantatur Lectio Apostoli, Episcopus ordinat Diaconos, et Sacerdotes ; ad denotandum, quod sicut Christus elegit Discipulos, et misit binos ad prædicationem, ita Episcopus debet mittere Sacerdotes per Ecclesias ad prædicandum populo Dei verbum . Vel per illas sex Lectiones possumus intelligere sex dies, in quibus Dominus operatus est cælum, et terram, et omnia ; et in septimo die requievit, scilicet in sabbato, quod interpretatur *requies* . Triplex enim est sabbatum: Est sabbatum dies septimus, ut ibi (3) : *Memen-*

(1) Eccli. xxvii. 6.

(2) Cod. mendose *post ad eam*.

(3) Exod. xx. 8.

to, ut diem sabbati sanctifices. Est et septimana, ut illud (1): *Jejuno bis in sabbato*. Est et quodlibet festum, ut illud (2): *Sabbatum requietionis est, affligetisque animas vestras in eo*; et est hoc dictum de festo Propitiationis. *Sabbatum* vero dicimus, et non *septimam feriam*, quia sabbatum ultimus dies est hebdomadæ, qui significat ultimum tempus hujus seculi, in quo de duobus populis, scilicet de Judæis, et Christianis unus populus efficietur in fide Christi. *Quia si fuerit* (3) *numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiæ salvæ fient*. Per Sabbatum autem requies cælestis intelligitur; sicut enim post sex dies Sabbatum sequitur, ita post laborem hujus vitæ, cælestis requies sequitur. Ille bene sabbatizat, qui pro spe futuræ beatitudinis a bono opere non vacat; ille male sabbatizat, qui manum simpliciter ab opere, non animum a mala cogitatione revocat. Legitur enim in libro Numeri (4) de homine, qui diem sabbati violare ausus est, propter quod punitus est a populo; qui formam gerit ejus, qui hodie signatus in Christo invenitur agere carnale opus, hoc est, contrahere ligna, fœnum, stipulam, ad escam ignis æterni con-

(1) Lucæ c.xviii. ver.12.

(2) Levit. xvi. 31. *Sabbatum enim requietionis est, et affligetis animas vestras religione perpetua*.

(3) Isa. x. 22. Rom.ix.27.

(4) Num. xv. 35. seqq.

venientem: quæ dum colligit, deprehensus occiditur a populo, dum a spiritualibus judicatur, et spiritualiter moritur, lapidibus testimoniorum Sacræ Scripturæ obrutus.

CXXXIX.

DE SECUNDA DOMINICA QUADRAGESIMÆ

Quod autem secunda Dominica vacat Officio, Epistola, et Evangelio, eos significat, qui secundo adventu præ nimia nequitia damnabuntur, non habentes gratiam Dei. Duo Tractus, qui in ipsa die dicuntur, duplicem tristitiam, animæ scilicet, et corporis, quam ipsi sustinebunt, significant. Et quod caret Epistola, et Evangelio; significat, quod ipsi nunquam voluerunt tenere apostolicam, et evangelicam doctrinam; qui in judicio non apparebunt (3), quia jam judicati sunt.

CXL.

DE QUADRAGESIMA, ET EJUS OBSERVATIONIBUS

His hactenus de ipsa die Quadragesimæ dictis, a specialibus ad generalia transeuntes de toto tempore Quadragesimæ dicamus; quæ

(3) Non apparebunt, scilicet examinandi judicio discussionis. Vide testimonium S. Isidori p. 73. not. 1.

Missæ caput inclinatur
dicente : *Humiliate capi*
net hoc etiam toto temp
celsis Deo , & Alleluja ,
tatur. Harum observation
ceps prosequamur .

Velationes itaque ge
in Veteri Testamento cu
in Novo sunt revelata .
nebat velamen (1) supe
daret legem populo , qu
ad claram intelligentia
re (2): Velum præterea
Moyses , ut filii Israel n
faciem ejus . Claritas vult
novæ legis , quæ post c
significata est , designa
Iudæi non ...

nis. Velationes autem Crucum spiritualiter fiunt in memoriam factæ rei, et in signum existentis; nam in Veteri Testamento mysterium Crucis omnino erat velatum, et in Novo non est ex toto monstratum, sicuti dicitur (4): *Vita nostra abscondita est cum Christo in gloria*: Nondum enim plene scimus, quanta sit gloria Christi hominis per Crucem; aut ad quantam gloriam perventuri simus per eam; ideoque velantur hoc tempore Cruces. Velatur quoque aurum, quia ipse Christus ante passionem, et in ipsa passione sapientiam Divinitatis, quæ in auro significatur, dum verba infantilia (5) de sua morte, et corporis sui traditione dicebat, ut hæc (6): *Qui non manducaverit carnem meam etc.*; In ipsa quoque passione argentum, hoc est, eloquentiam occultavit, juxta illud (7): *Lin-*

(1) Coloss. III. 3. *Et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.*

(2) Quæ nempe juxta *materialem* vim spectata *infantilia* videbantur: quo sensu Sichardus Cod. Mss. Vatic. num. 5946. *Mitralis* lib. III. cap. VI. *de V. Parte Missæ*. „Ecce David noster, qui „regi Achis insanire vide„tur; qui se manibus ge„stat, cum panem, et vi„num tenens, ait: *Hoc est* „*corpus meum, hic est san*„*guis meus*; de cujus ore „defluunt salivæ, dum cre„ditur infantilia loqui: „*Nisi manducaveritis car*„*nem filii hominis, et bi*„*beritis ejus sanguinem,* „*non habebitis vitam in* „*vobis*.„

(3) Joan. VI. 54. *Nisi manducaveritis etc.*

(4) Psal. XXI. 16.

buit , juxta quod dicitur
,, ad cor altum , hoc est,
,, ciens hominem,intus se
autem velationem quidan
sima (2) , alii a Sexages
eadem intelligentia . Nil
tudo , etenim quandocur
ficat . Rectius tamen vi
gesima , quia tunc incipi
templa velata sunt . Quan
durat usque in cœna Dom
novis supervenientibus, d

C X L

DE GENUFLEXIONE
HUMILIATI

De Genuflexione , et

te, et toto corpore nosmetipsos prosternere debemus, ut canamus cum David (1): *Conglutinatus est in terra venter noster*. Humiliatio autem, quæ fit post Collectam, significat statum futuræ vitæ, in quo pro collata beatitudine Creatori nostro debitam reverentiam exhibemus.

CXLII.

DE VERSICULIS IN QUADRAGESIMA

Notandum est quoque, quod a Dominica prima Quadragesimæ usque ad Dominicam de Passione *Qui* (2) *habitat in adjutorio Altissimi* plurimum frequentatur in Versiculis, qui in omni hora diei, vel noctis dicuntur; et hoc, quia tentamur, aut a timore nocturno, aut a sagitta volante per diem, aut a negotio perambulante in tenebris, aut ab incursu, et dæmonio meridiano; ideo in nullo sumus sine suffragio promissionis de divina protectione.

CXLIII.

DE CASULA (3), QUAM DIACONUS INDUIT

Quod autem hoc tempore Diaconus Casulam induit, et incepto Tractu, exuit, et sub dextro armo, superque sinistrum ponit;

(1) Psal. XLIII. 25.
(2) Psal. XC.
(3) Vide Hrabanum Maurum *de Institutione Clericorum* lib. I. cap. XXI. Collect. cit. pag. 319.

ctione a Sacerdote, ab Altai
cipiens , super sinistrum
quia per sinistrum vita temj
in qua oportet , ut Evange
Et Subdiaconus ante eum pı
Per pulvinar , quod præce
quæ Evangelium præcessit ;
intus occultantur , myster
continebantur ; per levitat
pta Veteris Legis , levia a
Novæ Legis ; in illa enim
occides ; in nova vero (4):
tri suo reus est mortis , vel

(1) Desunt aliqua , puta *significat etc.* , vel *hoc est* .
(2) Mystica hæc explicatio in vetusto quodam Cæremoniali legitur referente

Colc
Ugo
de E
Bibl

CXLIV.

DE DOMINICALIBUS OFFICIIS

Restat nunc dicere de convenientia l

habet: „ Circa opera vir-
„ tutis, de quibus præcepta
„ legis dantur, *duplex* dif-
„ ficultas adtendi potest.
„ *Una* quidem ex parte ex-
„ teriorum operum, quæ
„ ex se ipsis quamdam dif-
„ ficultatem habent, et gra-
„ vitatem: *et quantum ad*
„ *hoc lex vetus est multo*
„ *gravior, quam nova*, quia
„ ad plures actus exteriores
„ obligabat lex vetus in
„ multiplicibus cæremoniis,
„ quam lex nova, quæ præ-
„ ter præcepta legis naturæ,
„ paucissima superaddidit
„ in doctrina Christi, et
„ Apostolorum; licet ali-
„ qua sint postmodum su-
„ peraddita ex institutione
„ Sanctorum Patrum ....
„ *Alia* autem difficultas est
„ circa opera virtutum in
„ interioribus actibus, pu-
„ ta, quod aliquis opus vir-
„ tutis exerceat prompte,
„ et delectabiliter, et circa
„ hoc difficile est virtus;
„ hoc enim non habenti vir-
„ tutem est valde difficile,
„ sed per virtutem re
„ tur facile. *Et quan*
„ *ad hoc præcepta nova*
„ *gis sunt graviora* ;
„ *ceptis veteris legis*,
„ in nova lege prohibe
„ interiores motus ani
„ qui expresse in v
„ lege non prohibeba
„ in omnibus, etsi in al
„ bus prohiberentur,
„ quibus tamen prohi
„ dis pœna non appon
„ tur: hoc autem diffic
„ mum est non habenti
„ tutem, sicut etiam l
„ dicit: in 5. Ethic., c
„ *operari ea, quæ ju*
„ *operatur, facile est*;
„ *operari ea eo modo*,
„ *justus operatur*, sci
„ delectabiliter, et prom
„ *est difficile non ha*
„ *justitiam*. Et si etiar
„ citur 1. Joann. 5. (
„ *mandata ejus gravia*.
„ quod exponens Aug
„ nus, dicit; quod *non*
„ *gravia amanti*, *sed*
„ *amanti sunt gravia*.

minicalium Officiorum. Ille siquidem sauciatus, qui lamentis, precibusque continuis sanitatis remedium imploraverat, postquam securus fuit de auxilio, ipso medico dicente (1): *Invocavit me*, adjecit continuo in secunda Dominica: *Reminiscere* (2) *miserationum*, quasi, o Domine preces meæ utique non sufficiunt ad impetrandum, quia omnino peccator sum; sed *reminiscere*. Quod autem omnino sit peccator, consequenter demonstrat, dicens: *Deus, qui conspicis, omni nos virtute destitui etc.* Quomodo autem iste infirmus placatum, ac benevolum possit habere medicum suum, statim ex voce suadentis, et hortantis Apostoli indicatur, cum dicitur (3): *Rogamus, et obsecramus vos, fratres*. Ut autem consequi valeat sanctificationem, ad quod suadet Apostolus, continuo orat in Responsorio dicens: *De* (4) *necessitatibus*; eumdem orandi affectum demonstrat in Tractu dicens: *Oculi* (5) *mei*. Quia vero dicitur: *Non curat momentaneam orationem, sed perdurantem*; quantum debeat insistere, statim in Evangelio, exemplo Cananitidis mulieris pro dæmoniaca filia deprecantis monstratur, cum dicitur (6): *Egressus Jesus*. Accepto autem hujusmodi exemplo perseverandi in pace, sub-

(1) Ex Psal. xc. ver. 15.
(2) Ex Psal. xxiv. ver. 6.
(3) 1. Thessal. iv. 1.
(4) Ex Psal. xxiv. ver. 17.
(5) Ibid. ver. 15.
(6) Matth. xv. 21.

dit in Offertorio: *Meditabor* (1); quasi cogitando, et operando perseverabo in oratione: *Et* (2) *tu, Deus, intellige clamorem meum*; quod continuo in Communione cantatur. De eadem quoque instantia orationis iterat in tertia Dominica, dicens: *Oculi* (3) *mei*. Haec autem ut impetret, continuo in Collecta versus ad Deum dicit (4): *Quaesumus, omnipotens Deus, vota humilium respice*. Qualiter vero valeat umbraculum Divinae defensionis impetrare, demonstrat Apostolus in Epistola sua, dicens (5): *Estote imitatores*. Sed quia nemo valet inhaerere virtutibus, et vitia declinare, nisi Dominus repellat diabolum, qui impellit ad vitia, et a virtutibus retrahit (6), afflictus iste continuo subdit in Responsorio: *Exurge, Domine, non praevaleat*. Ut autem aliquatenus gratiam Dei, cui hoc impendatur, demonstret, subdit in Tractu: *Ad* (7) *te levavi oculos meos*. Ne vero haesitare incipiat, an Dominus possit instantem diabolum ejicere, consequenter in Evangelio memoratur de corpore obsesso a daemonio, per Christum expulso, cum dicitur (8): *Erat Jesus ejiciens daemonium*. Congrue siquidem, ne dum infirmus postulat juvari a Christo, diffidat in ali-

(1) Ex Psal. cxviii. 47.
(2) Psal. v. ver. 2.
(3) Ex Psal. xxiv. ver. 15.
(4) Cod. mendose *dicens*.
(5) Ephes. v. 1.
(6) Cod. *et virtutibus detrahit*.
(7) Psal. cxxii.
(8) Lucae xi. 14.

me invenisse domum se
quæ per passerem ; e
quæ per turturem signi
et nidus sunt Altaria tua
et spes secura , charitas
operum sacrificia offeru
qui habitant in domo tua
qui tuam fidem perse
quia in *seculum seculi* , h
laudabunt te .

CXL

DE SCRU

In quarta feria quartæ
tinium in Ecclesia hoc m
debent , conveniunt ad p
res a dextris , feminæ a
cono , vel Sacerdote i

tur *Notarius*, quia baptizandorum nomina scribit. Postquam ergo instructi sunt de fide a Sacerdote; et Exorcistæ super eos conjurationem fecerunt, ab Ostiario in Ecclesiam introducuntur; mares a destris, feminæ a sinistris statuuntur. Duo etiam (1), masculus, et femina portantur intra Sancta Sanctorum; per quod significatur, quoniam de baptizandis aliqui debent salvari. Tunc legitur Dominica oratio, et Symbolum; postea leguntur quatuor Lectiones, et quatuor Evangeliorum initia leguntur. Tandem inchoatur Missa. Et cantato Offertorio, ascendit pulpitum Archidiaconus, et clamat alta voce: *Si quis Catechumenus est, exeat foras*. Isti enim significant illos, de quibus dictum est (2), *Jesus non credebat se illis; ipse enim sciebat, quid esset in homine*. Tunc omnes Catechumeni exeunt foras, et septies eodem modo de illis agitur, antequam baptizentur.

CXLVI.

QUARE GLORIA PATRI NON CANTATUR A DOMINICA DE PASSIONE USQUE AD PASCHA

A Dominica de Passione usque ad Pascha in Responsoriis, et in Officiis *Gloria Patri* non

(1) Cod. *enim*.

(2) Joan. 1I. 24. *Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes*.

cantatur; quoniam ab illa Dominica celebrari incipit passio Christi, in qua tota Trinitas a Judæis dehonestata est.

CXLVII.

QUID DEBEAT LEGI A DOMINICA DE PASSIONE USQUE AD PASCHA

Illud vero prætereundum non est, quod a Dominica de Passione usque in Pascha ad Matutinum in Lectionibus legitur Jeremias, quoniam Redemptoris passionem ipse aperta præsignavit lamentatione.

CXLVIII.

DE RAMIS PALMARUM

In Ramis Palmarum deferunt homines olivam, et palmam, et flores, et ramos arborum. Oliva (1) enim significat misericordiam, quam debemus habere de pauperibus Christi, ut ipse dicit nobis (2): *Esurivi, et dedistis mihi manducare*. Oliva enim, nec per frigus, nec per calorem amittit virídita-

(1) S. Gregorius Magnus Homill. in Evang. lib. 1. Homil. xx. num. 13. Tom. I. col. 1522. „Quos, *ait*, per „olivam, nisi misericor„des accipimus? quia et „græce ἔλεος misericordia „vocatur, et quasi oliva „liquor ante omnipotentis „Dei oculos misericordiæ „fructus lucet.„

(2) Matth. xxv. 35.

tem suam. Sic et nos nec inter prospera, nec inter adversa debemus amittere fidem rectam. Olivam in manu gerit, qui misericordiam quaerit. Oliva enim cum in flore est, si immoderata nebula tangitur, a plenitudine fructuum vacuatur. Et qui bona opera inchoaverit operari, et ab aspicientibus coeperit laudari, et in suis laudibus delectari, fit caligo intelligentiae in cogitatione, ut jam discernere nequeat, qua intentione quid faciat; et fructum perdit operis, velut ex nebula favoris; unde bene per Salomonem dicitur (1): *Mane surgamus ad vineas; videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt*. Florent (2) quippe vineae, cum mentes fidelium bona opera proponunt; sed fructus non pariunt, si ab eo, quod proposuerunt, aliquibus victi erroribus infirmantur. Non ergo intuendum est, si vineae floreant, sed si flores ad partum fructuum convalescant. Quia mirum non est, si quis bona inchoet, sed valde mirabile est, si recta intentione perseveret. In bono opere (3) recta intentio non tenetur, si ante finem vitae

(1) Cant. VII. 12.

(2) Vide S. Paterium Exposit. Vet. Testam. Part. I. lib. XIII. cap. XLIII. inter Opp. S. Gregorii Magni T. IV. col. 308.

(3) S. Paterius loc. cit. „Unde fit plerumque, ut „si in bono opere recta in„tentio non tenetur, etiam „ipsum hoc opus, quod „bonum creditur, amit„tatur.„

etiam ipsum (1) hoc opus, quod creditur, amittatur. Palma enim significat victoriam. Antiqui milites, cum veniebant de bello victores, accipiebant coronam de palma, et hoc erat signum victoriæ. Nos vero ideo portamus palmam, quia ostendimus, nos habere victoriam de inimico nostro diabolo. Palmæ vero significant remunerationem bonorum operum. Palmas in manibus habent, qui cum Apostolo dicunt (2): *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia?* Et etiam qui cum ipso clamant (3): *In omni tribulatione patimur, sed non angustiamur*. Palmas etiam in manibus habent, qui virtutem carnis, et cordis, ob amorem cælestis patriæ contra oblectamenta peccati defendunt; et etiam non appetentes aliena, et propria indigentibus distribuentes, palma manum victoris ornant: Et unusquisque fidelis palmam victoriæ in manu bene operando portat. Et tria dicuntur esse, de quibus fidelis victoriam debet habere: Mundus, caro, diabolus. Vincit enim fidelis mundum, dum eum cum suis oblectationibus contemnit: carnem superat, dum eam per abstinentiam do-

(1) Ita emendavimus ex Paterii loco descripto not. super. Cod. *ipsi*.

(2) Rom. VIII. 35.

(3) II. Cor. cap. IV. vers. 8. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur*.

domat : diabolo dominatur, et eum subjicit, dum a suis finibus ipsum expellit. Palmam igitur in manu gestat, qui de his tribus bene operando triumphat. Palma in inferioribus aspera est, sed desuper pulchra, et fructum gerit. Sic fidelis in terra asperos tolerat labores, sed sperat, in cælo se accepturum præmium. Palma conservat folia; et fidelis, variante statu seculi, eadem tenet fidei mysteria. Flores enim significant diversas virtutes, quibus debemus ornati esse, ut semper possimus placere Deo; unde Apostolus ait (1): *Bonus odor sumus Deo in omni loco*. Rami significant nostra bona opera, cum quibus debemus præparare viam ad Deum.

In ipsa die legitur ante Evangelium Lectio de Veteri Lege: *Venerunt* (2) *filii Israel ad fontes &c.* Venit (3) populus ad fontes; de Veteri Testamento transitur ad Novum, ad

(1) II. Corint. II. 14. *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt.*

(2) Exod. xv. ver. 27. *Venerunt autem in Elim filii Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum.*

(3) S. Isidorus Comment. in Exod. *De duodecim fontibus, et septuaginta palmis* cap. XXII. pag. 454. ita scribit: „ Cum ergo per lignum vitæ, dulcis fuerit „ effecta (*aqua maris*), et „ intelligi lex spiritualiter „ cœperit, tunc de Veteri „ Testamento transitur ad „ Novum, et venitur ad „ duodecim fontes, idest, „ ad duodecim Apostolos. „

fontes duodecim Apostolorum ; ibi enim arbores reperiuntur septuaginta palmarum ; non enim soli duodecim Apostoli fidem Christi prædicaverunt, sed et alii septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret. Siquidem et isti duodecim fontes, septuaginta palmarum arbores irrigantes, Apostolicam gratiam præfigurant, populos in septenario numero rigantem decuplato ; ut per septiformis Spiritus donum legis decalogus impleatur.

Et in ipsa die legitur Passio, quia in ea die Salvator in Jerusalem venit propria voluntate passurus. Decima enim die primi mensis agnus (1), qui immolandus erat in Pascha, in veteri lege jussus est introduci in domum.

CXLIX.

DE EODEM

Achim (2) unus ex septuaginta filiis Gedeon, ex nobili matrimonio ortus se abscondit a facie Abimelech fratris sui, ne ab eo occideretur, sicut alii fratres interfecti sunt. Ascendit in verticem montis Garizim ; et cum ascendisset, elevata voce clamavit, et

(1) Exod. xII.

(2) *Joatham*, non *Achis*, ut ex cap. IX. Judicum,

dixit ad populum Sichimorum, ponens eis parabolam hanc (1): *Ligna enim venerunt ad olivam &c.* Gedeon typum gerit Domini. Septuaginta filii ejus septuaginta linguæ sunt in hoc mundo effusæ, in quibus per fidem filios sibi Dominus generaturus erat. Abimelech vero typum Antichristi portat, qui omnes Sanctos vi, et persecutione, omnique crudelitate cruciabit; Achim vero minorum figura Sanctorum fuit. Sicut enim Achim per fugam recessit, et reliqui fratres interfecti sunt; sic nemo evadere poterit persecutionem Antichristi, nisi qui per fugam recesserit, et montem benedictionis ascenderit, hoc est, in sublimitatem fidei, et virtutum ascenderit. Proposuit Achim parabolam hanc (2): *Ligna ve-*

(1) Ibid. ver. 8. *Ierunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntque olivæ etc.*

(2) Judic. cap. cit. *Ierunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntque olivæ: Impera nobis. Quæ respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua et dii utuntur, et homines, et venire, ut inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, et super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Núquid possú deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, et ire, ut inter cetera ligna promovear? Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni, et impera nobis. Quæ respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum, et homines, et inter cætera ligna promoveri? Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, et impera super nos etc.*

nerunt ad olivam , et dixerunt ei : Imper
bis ; quæ respondit : Numquid possum am
pinguedinem meam , qua utuntur dii , et
nes , et venire inter ligna ? Dixerunt lig
arborem ficum : Veni , et super nos regnum
pe ; quæ respondit eis : Numquid possum d
re dulcedinem meam , fructusque suaviss
et ire , ut inter ligna commovear ? Loquut
quoque ligna ad vitem : Veni , et impera n
quæ respondit : Numquid possum deser
num meum , quod lætificat Deum , et hon
et inter ligna commorari ? Cum ergo repu
fuissent ligna ab oliva , et ficu , et vite ,
runt ad rhamnum , ut eum sibi facerent re
Sed prius videamus , cur oliva , ficus ,
tis super ligna regnare noluerunt . Ligna
pe homines esse vanos , et vagos, æterr
cendio præparatos dicimus ; his (1) erg
rito nolunt , nec oliva , nec ficus , ne
regnare , quia non merebantur . Oliva
gratiam Sancti Spiritus , et unctionem
significat : ficus autem sacræ legis ima
habet , sicut in Evangelio scriptum es
Quidam paterfamilias plantavit vineam ,
vinea sua plantavit ficum . Quis paterfam
nisi Dominus , qui familiæ suæ , ho
omnium credentium pater est ? Planta

(1) Eodem modo paulo post : *Vitis noluit regnare eis* .

(2) Lucæ XIII. 6. *rem fici habebat plantatam in vinea*

go vineam, hoc est, populum, quia *vineam* (1) *ex Ægypto transtulisti* : Et utique populum, non vineam ex Ægypto transtulerat. In hac vinea plantavit ficum; hoc est, in populo suo plantavit legem, quæ lex primitivum populum, velut ficus grossos aridos, et inutiles deserit, et postea alios fructus generavit, hoc est, populum Christianum, quem ad Evangelicæ disciplinæ maturitatem, & suavissimam pinguedinem Christi cum gloria, et honore perduxit. Sed vitis noluit regnare eis. Vitis autem Salvatoris nostri typum tenet; sicut ipse in Evangelio ait (2) : *Ego sum vitis vera*. Igitur quia jam in reprobum sensum, sicut ait Apostolus, futurus est populus ille, qui Antichristo est serviturus, quem ligna appellat, et necesse est, ut credat mendacio, idest, Antichristo, qui veritati Christo noluit credere, et ideo a regno vitis, hoc est, Christi; et ab oliva, hoc est, Spiritus Sancti gratia; et ficu, hoc est, Divinæ legis dulcedine reprobatus, venit ad rhamnum. Rhamnus est genus rubi (3) asperum nimis, et spinosum, per quod merito typus Antichristi significatur, qui omni asperitate humanum genus est vastaturus.

(1) Psal. LXXIX. 9. Vulg. *de Ægypto*.

(2) Joannis cap. XV. ver. 1.

(3) Cod. *Robi*.

C L.

DE QUARTA FERIA

In quarta autem feria duæ Lectiones leguntur, quibus dupla mors primi parentis, quæ simpla (1) Christi deleta est, significatur; quæ hac die consilio Judæorum mors est tractata.

C L I.

DE QUINTA FERIA, ET SEXTA, ET SABBATO SANCTO (2)

In quinta feria, et in sexta, et in Sabbato Sancto; in illis tribus diebus omnis doctrina pastoralis, scilicet *Domine labia mea*, et *Deus in adjutorium meum*, et *Oratio*, et *Benedictio*, et *Salutatio* tacetur. Recessit enim pastor noster Christus. Arietes gregis, jam pastores Ecclesiæ prædestinati, disperguntur. Grex enim timore percussus, plebejo more Dominum suum veneratur. Quod autem luminaria juxta hymnum Zacchariæ ex-

(1) Beda in Homiliis Quadragesimalibus Homil. Feriæ IV. post Dominicam primam Quadragesimæ Tomo VII. col.323. „ Sciendum est . . . *inquit*, quod „ dupla erit mors nostra, „ in anima videlicet, et cor„ pore. Domini vero mors „ simpla fuit, quia pecca„ tum, quod est mors ani„ mæ, non admisit; sicut „ et ejus resurrectio simpla „ extitit. „

(2) Confer Amalarium *de Eccl. Off.* lib. IV. cap. XV. seqq. pag. 232. seqq.

tinguuntur, discipulorum mœstitiam diu, noctuque demonstrat. Et iterum extinctio candelarum mœstitiam Apostolorum figurat. Quod autem in his tribus diebus novus ignis de petra excussus in Ecclesia accenditur; et inde per ceteras Chistianorum domos defertur, mystice lux Deitatis ostenditur, quæ in carne Salvatoris usque ad passionem latuerat, et post passionem, et resurrectionem in Ecclesia, hoc est, in cordibus fidelium resplenduit, et post eadem novam doctrinam evangelizantibus mundo insonuit.

CLII.

DE QUINTA FERIA

In die Cœnæ, si Episcopus fuerit, *Gloria in excelsis Deo* cantatur; et omnia ut in solemnitatibus: si vero non fuerit, nec *Gloria in excelsis Deo*, nec *Agnus Dei*, nec *Pax*, nec alia solemnia (1) cantantur. In ea quoque die sanctum Chrisma consecratur; quia quin-

(1) De veteri hoc ritu, tunc temporis usitato nos quoque monet Sychardus Mitralis lib. VI. cap. XII. *in Cœna Domini* scribens: „Nec „pax datur, quia Judas hac „nocte tradidit illum, qui „est vera pax, et fecit utra„que unum. Sed *Gloria in* „*excelsis Deo*, et ceteræ so„lemnitates non ab aliis, „nisi ab Episcopis obser„ventur, qui soli habent in „hodiernis sacramentis ple„nitudinem potestatis.„ Confer Durandum lib. VI. *de Officio Missæ* V. *Feriæ* cap. LXXV. num. 2.

ta die (1) creavit Dominus pisces, et volatilia ex aquis, per quæ significantur in Baptismate regenerati; quorum quidam volant ad alta, ut Sancti; quidam remanent ad similitudinem piscium in aquis hujus mundi, ut mali. In ipsa quoque die Olei consecratio celebratur, et pœnitentibus absolutio tribuitur. Per arborem olivæ (2), quæ confert fructum, cujus pinguedine lassi, et infirmi recreantur, gratia luminis figuratur, qua peccatorum vulnere sauciati, et virtutum robore debilitati, æternæ saluti restituerentur; et fugatis peccatorum tenebris veram in cordibus pacem ferentes, lumine fidei illuminarentur. Ipsa enim die Veteri Legi, quæ peccata puniebat, Christus (3) finem dedit, et primum Sacrificium Corporis, et Sanguinis sui, quo peccata solvuntur, restituit.

CLIII.

DE CONSECRATIONE OLEI, ET CHRISMATIS

Nunc (4) autem dicendum est, cur in Olei (5), et Chrismatis consecratione ter (6) super ea Episcopus halat. Legimus enim in

(1) Genes. 1. 20. seqq.

(2) Cod. *olei*.

(3) Supplevimus *Christus*.

(4) Hic Num. exscriptus est a S. Brunone in titulo *de Consecratione Olei, et Chrismatis*, sive ut apud Acher. *Quid significet Consecratio Chrismatis, et Olei*.

(5) Ita Editt. Cod. *Oleo*.

(6) Ex Editt. emendavimus *ter*. Cod. *et*.

Evangelio, quod Dominus in discipulos insufflaverit, dicens (1): *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt*. Hic igitur alitus illam insufflationem significat. Qui ideo ter quidem fit (2), quia Spiritus Sanctus a Patre, et Filio procedit, et a semetipso (3) venit: poterat enim Salvator noster sine omni insufflatione dare Spiritum Sanctum; quem ideo quidem insufflando dedit, ut ab ipso quoque, sicut a Patre (4) eum procedere intelligamus. Quamvis enim nesciamus quomodo Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedat; hoc enim in hac vita, in qua non videmus, nisi per speculum, et in ænigmate, nulli revelatur (5); certissime tamen scimus, et nullatenus dubitamus, eum procedere a Patre, et Filio, hoc est (6), de substantia Patris, et Filii; hoc enim ei proprium est, et de nulla alia substantia procedit, a nullo alio mittitur, et a nullo alio datur Spiritus Sanctus. Datur enim officio Sacerdotum, sed non datur a Sacerdotibus. Sic enim

(1) Joan. xx. 22. 23.

(2) Ita Editt. Cod. *Et quia totum fit hoc*.

(3) Supple *non*.

(4) Edit. Ven. et Lugd. *sicut et a Patre ejus procedere intelligamus*. Ach. *ut ab ipso quoque procedere, sicut et a Patre intelligamus*.

(5) Edit. Ven. et Lugd. *reveletur*.

(6) *Idest* in Editt. legitur, quod idem est.

seipsum, qui verus agnus erat, Discipulis suis dedit; et sic veritate impleta, tolluntur et cessant figuralia.

Sacramentum Corporis Christi a communione *cœna* appellatur (1), quia commune debet esse omnibus fidelibus, ut benedictio est una, et communis. Quam Eucharistiam ideo post cœnam Salvator noster Discipulis tradit, quia necesse erat Pascha illud typicum ante consummare, et sic ad verum Pascha transire. Quasi aperte dicat: Hic finem omnibus legalibus observantiis pono, & ecce novum sacrificium instituo.

CLVII.

DE ILLIS TRIBUS DIEBUS, QUI SUNT ANTE PASCHA

Poscat vestra charitas, quod in diebus solemnibus, quantum possumus, Altaria ornamus. In his autem tribus diebus a cœna Domini, usque in sabbatum denudamus, quatenus fugam Apostolorum designemus; unde est (2): *Et relicto eo, omnes fugerunt.*

(1) Alias causas, cur Sacramentum Corporis Christi *Cœna Dominica* appelletur, afferunt Theologi, nimirum 1. quia a Christo vespere in cœna fuit primum instituta, et celebrata Eucharistia 2. quia est commemoratio postremæ cœnæ Domini 3. quia accedentes ad hoc Sacramentum Corpore, et Sanguine Domini reficiuntur.

(2) Matth. XXVI. 56. *Tunc Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.*

Quibus fugientibus, quasi denudatus est Christus; Altaria enim significant quosque eminentiores in plebe fidelium. Quidam autem in his tribus diebus *Domine, labia mea*; *Jube, Domne*; *Tu autem, Domine* non dicunt, nec dicunt etiam *Benedictus*: Mysticat, quod verus pastor recessit, et Apostoli, qui prædestinati erant, ut pastores Ecclesiæ forent, dispersi, a quibus benedictio danda, & petenda fuit. Invitatorium non cantatur, ut doceamur malum conventum evitare, qualis tunc temporis apud Judæos fuit de nece Christi. *Gloria Patri* omnino dimittimus, quia omnis salutatio deest his tribus diebus, ad vitandam pestiferam salutationem, qualem diabolus, et Judas exercuit. Sonus campanæ non datur, sed ligni, quia humilior est sono æris. Convenit enim, ut per hos tres dies humiliatio ptopter triduanam sepulturam celebretur. Novem Psalmi, novem Lectiones, et totidem Responsoria, quæ celebrantur per illas noctes, insinuant, quod Dominus descendit ad inferiora, tria genera hominum rapiens, quæ ad societatem novem Angelorum Ordinum transvexit. Hæc tria genera creduntur fuisse in naturali lege, et in tempore legis, et Prophetarum.

Quod tria luminaria extinguuntur his tribus noctibus; aptatur ipsi soli justitiæ, qui

sepultus fuit tribus diebus, et tribus noctibus. Terror, qui per sonum ligni fit post *Benedictus*, terræmotum innuit, qui in morte Domini crucifixores terruit. Oscula pacis ideo intermittimus, ne perfido Judæ communicemus, qui osculando implevit homicidium.

Per triduum illud, quod est ante Pascha, dicuntur Lamentationes Jeremiæ, quas appellamus *tenebras*; & dicuntur *Treni* (1) a Trenaro Monte, ubi primo auditæ sunt lamentationes animarum. Vel quasi *terni*, eo quod tripliciter exponantur a Paschasio, secundum Historiam, Allegoriam, Tropologiam. Vel quia post tertium versum ibi est litera alphabeti.

CLVIII.

DE PARASCEVE

In sexta feria, hoc est, in Parasceve duæ Prophetiæ leguntur; una de Lege, altera de Prophetis; et sine titulis. Duæ Lectiones legun-

(1) Durandus Rationalis lib. VI. cap. LXXII. num. 12. „Dicuntur... *Treni*, idest, „lamentationes a *Trenato* „monte, ubi lamenta ani„marum, quæ ibi puniun„tur, sæpe audiri dicuntur. „Inde etiam dicitur *tre*„*num*, quia semper tres „versus post unamquam„que literam hebraici al„phabeti sequuntur: quod „alphabetum totum per „ordinem in illis lamenta„tionibus ponitur.„

guntur, quia pro duobus populis passus est Christus, Hebræo, & Gentili. Prima ex Lege, secunda de Prophetis; quia Christi passio & a Lege præfigurata fuit, et a Prophetis prædicata. Sine titulis leguntur, quia caput nostrum nobis aufertur. In ipsa cantantur duo Tractus: Unus habet quatuor versus, alter plures. Tractus qui habet quatuor versus, significat, quod per Christi passionem redimitur homo, qui ex quatuor elementis constat. Tractus vero prolixior repræsentat magnum bellum David contra Goliath. Et Christus, noster David hodie magnum Goliath, idest, diabolum debellavit. Et passio Domini celebratur secundum Joannem, sed *Dominus vobiscum* non dicitur (1), nec chorus dicit *Gloria tibi Domine*; ipsa enim die omittenda est salutatio in membris, quia in traditore discipulo falsa charitatis salutatio processit. Dum autem venitur ad locum, ubi dicitur (2): *Partiti sunt vestimenta mea*, duo

(1) In aliis autem diebus, quibus Passio legitur, *Dominus vobiscum* tunc temporis dicebatur, ut ex hoc loco evincitur: Clarius vero idipsum tradit Honorius Augustodunensis *in Gemma animæ de Antiquis Ritibus Missæ* lib. IV. *de die Palmarum, et Hebdomada tota*, Biblioth. PP. T. XX. pag. 1127. „ In die Palmarum, *inquit*, „ et secunda, et quarta feria *Dominus vobiscum* ante Passionem dicitur, sed „ *Gloria tibi Domine* non „ subjungitur. „

(2) Joan. XIX. 24.

fratres albi denudent Altare sindonibus. Altare significat Dominum, sindones Apostolos, qui comprehenso Domino fugerunt, eum relinquentes. Qua finita Episcopus, aut Sacerdos solemnes dicat orationes. Oravit Dominus in passione sua pro persecutoribus, dicens (1): *Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*; & in præfatis solemnibus genua flectuntur, excepto Judæorum (2), qui falsa illusione Dominum illuserunt. Postea Crucem, quæ est præparata ad aliud Altare, accipiant duo fratres, et teneant ipsam coopertam ex utraque parte, et veniant canendo in chorum: *Vadis Propitiator*, et portent eam ad locum præparatum linteaminibus, et pallio ornatum, ad gradus Altaris; & dum dicunt versum: *Venite, et videte*, discooperiant eam, ut ab omnibus possit videri. Postea cooperiant eam, postea dicant juxta Crucem *Agios*, & chorus dicat similiter *Sanctus* (3); & dicendo flectant genua ad *Agios*, et ad *Sanctus* similiter; et hoc faciant tribus vicibus. Deinde porrigitur incensum, et aqua benedicta. Postea Diaconus incipiat antiphonam alta voce: *Ecce lignum Crucis*. Deinde Crucem

(1) Lucæ xxiiI. 34. *Non enim sciunt, quid faciunt*,

(2) Nempe excepta Oratione, quæ pro Judæorum conversione recitatur. Nam antequam hæc recitetur, genua non flectuntur.

(3) *Sanctus* pro *Agios*, quod erat in Cod. posui.

sanctam adorare, et osculari debent, canendo antiphonas, quæ ad hoc pertinent; sed oratio omnium ita fiat, ut cujusque venter in terra hæreat. Qui autem sic humiliatur, ut totus terræ inhæreat, nil amplius restat humilitatis in eo. Quandocumque enim in Ecclesia oramus, prostrati esse debemus; et hoc ad cognoscendam nostræ carnis fragilitatem; unde Psalmista (1): *Adhæsit in terra venter noster*; et ad cognoscendam ipsam materiam peccandi, quæ est in terrenis, ut eam despiciamus; et propter reverentiam, sicut Publicanus, qui non audebat oculos levare ad cælum: non enim bene adorant, qui temporalia, & caduca quærunt (2) in oratione; sive qui contra hoc, quod orant, agere non cessant. Sunt enim nonnulli, qui Ecclesiam ingressi, non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare deberent, augent, addentes peccata peccatis, et vitiis, odiisque, vel etiam detractionibus inhærentes; talibus enim dicitur ab Apostolo (3): *Numquid domos non habetis ad* agenda, vel loquenda tem-

(1) Psal. XLIII. 25. sic versio ex Origin. Vulg. vero: *Conglutinatus est in terra venter noster*.

(2) Principaliter, ita ut in eis finem constituant. Nam temporalia, sicut quædam adminicula, quibus adjuvamur ad tendendum in beatitudinem, petere licet. Vide Sanct. Thomam 2. 2. quæst. LXXXIII. art. 6.

(3) 1. Corint. XI. 22.

poralia, *aut Ecclesiam Dei contemnitis*? Et Propheta (1): *Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa*. Quamobrem multum nobis tremendum, et digno est expavescendum timore, sedulaque præcavendum industria, non solum ea in Ecclesia non agere, quæ alibi sunt fieri prohibita, sed et illa summopere præcavere, quæ alibi agi non sunt prohibita. Et quidem maxime in Ecclesia, ubi Corpus, et Sanguis Domini consecratur, & præsentia creditur semper adesse Divina, Angelorumque frequentia, præcavendum est, ne quid perversum agamus, unde merito flagellari, ac de eadem ejici debeamus.

CLIX.

DE CRUCE

Crux enim, licet ab impiis Christo facta sit, magnum tamen continet in se mysterium; quæ tametsi aliud non significaret, hoc prorsus magnum est bonum, quod ait Apostolus (2): *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis*. Sed illud recte significare intelligitur, quod ait Apostolus (3): *Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitu-*

(1) Jerem. xi. 15.
(2) Galat. v. 24.
(3) Ephes. iiI. 18.

do, sublimitas, et profundum. Lata quippe est in transverso ligno, quo extenduntur pendentes manus, et significat bona opera in latitudine charitatis; unde est illud (1): *Latum mandatum tuum nimis.* Longa est a transverso ligno usque ad terram, ubi dorsum, pedesque figuntur, et significat perseverantiam in longitudine temporis usque in finem; hinc est illud (2): *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Alta est in cacumine, quod per transversum lignum sursum versum excedit, & significat supernum finem, quo cuncta opera referuntur; quoniam cuncta, quæ latitudine, ac longitudine bene, atque perseveranter fiunt, propter altitudinem divinorum facienda sunt præmiorum. Profunda est in ea parte, qua in terra figitur; ibi quippe et occulta est, nec videri potest, sed cuncta ejus apparentia, et eminentia inde consurgunt. Sic bona nostra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi, ac judicari non potest, universa procedunt. Habet quippe Dominus latitudinem, quia dilectionem suam usque ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem, quia ad vitæ patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligentiam, qui recepti in superna fuerunt con-

(1) Psal. cxviii. 96. (2) Matth. x. 22.

grégatione, transcendit. Habet profundum, quia damnatis inferius districtionis suæ judicium incomprehensibiliter exerit. Quæ scilicet quatuor nobis in hac vita positis singulis exercet; quia et latitudinem amando, & longitudinem tolerando, & celsitudinem non solum nostram intelligentiam, sed etiam vota superando, et profunditatem suam exhibet, occultos, et illicitos cogitationum motus districte judicando. Sed ejus celsitudo, et profunditas quam sit investigabilis, nullus agnoscit, nisi qui vel contemplative ad summa provehi, vel occultis motibus resistens, tentationum cœperit importunitate turbari.

C L X.

DE EODEM

Legitur enim, quod Joseph (1) festinans accipere benedictionem patris, duos filios suos obtulit, scilicet Manassen, et Ephraim, in quibus, sicut factum est in Esau, et Jacob, dicente Domino (2): *Major serviet minori*, ita in istis duobus filiis Joseph; nam major Manasses, qui interpretatur *Oblivio*, typum gessit Judæorum, qui obliti sunt Dominum suum, de quibus dicitur (3): *Obliti sunt Do-*

(1) Genes. cap. XLVIII. ver. 1. seqq.

(2) Ibid. cap. XXV. ver. 23.

(3) Psal. CV. 21. *Obliti sunt Deum etc.*

minum, qui salvavit eos. Ephraim autem junior, qui interpretatur *Ubertas*, significat populum Christianum; quod est proprium ipsius populi, quia Corpus Christi est, qui fœcundatus est in latitudinem mundi. Hos quidem cum benedicere vellet Jacob, posuit Joseph Ephraim ad sinistram, Manassen (1) autem ad dexteram Avi constituit. At ille cancellatis manibus, crucis mysterium præfigurans, translatam minori dexteram, majori sinistram supposuit; sicque Crucis similitudo super capita eorum denotata, Judæis scandalum, Christianis figuram gloriæ præsignavit. Et virga Moysi, per quam Ægyptus corripitur, et Pharao superatur, Crux Christi est, per quam mundus vincitur, quæ superavit omnem mundanam sapientiam.

Cum vero fuerit Sancta Crux ab omnibus adorata, Sacerdos induat se Planeta, & facta cum fratribus confessione, (2) sic vadat ad Altare, & accipiat calicem, in quo sit vinum non consecratum, cum aqua: et accipiat Corpus Domini, quod reservavit in die præterita in patena, & in pulchro linteamine. Deinde incensata Altaris facie, dicat Sacerdos alta voce: *Oremus. Præceptis, Pater Noster, Per omnia secula seculorum. Pax Domi-*

(1) Cod. *Manasses*.

(2) Cod. addit *et*, quod supervacaneum duximus.

ni non dicatur ; pacis enim osculo traditus est Christus . Nec enim debet ex anteriori die remanere Sanguis Christi . Cum vero Sacerdos incipit sumere Corpus Christi , chorus incipiat antiphonam ad Vesperas *Calicem Salutaris*, cum psalmis ibi designatis , plana voce . Finitis psalmis dicatur : *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem*, *mortem autem Crucis*. Orationem dicat Sacerdos:*Respice quæsumus*,*Domine*,*familiam tuam*,sub silentio , & non ad Altare ; et sic finitum est Officium .

In his itaque tribus diebus *Gloria Patri* non cantatur , quia triduana in his Domini celebratur sepultura : per mortem enim designatur humiliatio . Quia vero in die Dominica , quæ per noctem tertia (1) dies Domini sepulturæ computatur , propter gloriam resurrectionis non potest sepultura celebrari , tertia celebratio constituitur a Sanctis Patribus in die cœnæ Domini, in qua se passurum pro suis ovibus Christus discipulis innotuit; & carnem suam ad vescendum , in crastino passurus (2), sanguinem quoque suum ad effundendum simul eis tradidit . Dicitur enim Parasceve *præparatio* , quia eo die duplices sibi cibos filii Israel præparabant (3) .

In sexta die fecit Dominus Adam (4) , qui

(1) Cod. *tertiam* .

(2) Cod. *passurum* .

(3) Exod. XVI. 21. seqq.

(4) Genes. I. 27. seqq.

in sexta hora peccavit; et in sexta hora Dominus venit ad puteum (1), hoc est, in sexta seculi ætate venit in mundum. Computatur una hora, una ætas ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque in David; quarta a David usque ad transmigrationem Babyloniæ; quinta a transmigratione Babyloniæ usque ad Baptismum Joannis; inde sexta nunc agitur. Sexto enim mense Virgini annuntiari (2), ac sexto die, sextaque hora voluit crucifigi.

CLXI.

UBI DOMINUS CRUCIFIXUS EST

Locus, in quo Dominus noster crucifixus

(1) Joan. IV. 6.

(2) Ne quis putet, Anonymum nostrum errasse, dum scripsit, sexto mense Virgini annuntiatum fuisse Dominum, animadvertat, apud Hebræos duplicem esse annum, civilem, et sacrum. Sacer incipit a mense ניסן *Nisan*, qui nostro respondet *Martio*; primusque mensis vernalis est: in ordine tamen mensium enunciatur septimus, vel octavus; septimus in annis Communibus, idest, duodecim lunationum; Octavus in Embolismalibus, nempe tredecim lunationum, ubi mensis, qui eum præcedit, אדר *Adar* videlicet, ad bisextilis diei modum explicatur. Annus autem Civilis incipit a mense תשרי *Tisri*, qui nostro respondet *Septembri*. His positis, Auctor noster *sextum* dicit *mensem* (exclusive) civilis anni communis; vel etiam (inclusive) a vigesima quinta die *Septembris* incipiendo.

est, *Calvariæ* appellatus est, ideoquod ibi sit antiqui hominis calvaria condita (1); ut secundus Adam, et Sanguis Christi de cruce stillans primi Adam, et jacentis propagatoris peccata dilueret; et tunc sermo ille Apostoli compleretur (2): *Exurge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus*. Vel dicamus, esse loca extra urbes posita, in quibus truncantur capita damnatorum; & calvariæ, hoc est, decollatorum sumpsere nomen, & non sepulcrum primi hominis, sed locum significant decollatorum. Adam vero sepultus juxta Hebron, et Harbe; ut in (3) Jesu filii (4) Nave volumine (5) legimus. Adam, sicut Beatus Hieronymus (6) tradidit, *homo*, sive *terrenus*, sive *terra rubra* interpretatur; ex terra enim facta est caro, & humus hominis faciendi materies fuit.

(1) Vide testimonia Veterum Patrum, quæ ad hanc opinionem confirmandam affert cl. Serryus vindicat. Melchioris Cani cap. v.

(2) Ephes. v. 14. *Surge qui dormis etc.*

(3) Supplevimus *ut*.

(4) Cod. mendose *filium*.

(5) Josue cap. XIV. ver. 15. *Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est*.

(6) Vide *Græca Fragmenta libri Nominum Hebraicorum, ipsorumque interpretationes* in Append. ad T. III. Opp. S. Hieronymi Fragment. I. verbo *Adam* col. 537. seq.

CLXII.
DE SABBATO SANCTO (1)

In Sabbato Sancto novus ignis ex petra excussus benedicitur. Deinde a Diacono cereus benedicitur, non a Sacerdote, vel Episcopo, etiamsi præsentes sint, quia Christus resurgens, se primo mulieribus manifestavit; et per eas, quæ sunt debilioris sexus (2), gloriam suæ resurrectionis discipulis suis nuntiavit. Quod ideo Dominus fecit, quia sicut mortis nuntius per mulierem in mundum intravit, ita oportuit, vel voluit, quod nuntius reparationis nostræ per mulierem mundo nuntiaretur. Ubi enim dicitur: *Suscipe, Sancte Pater, incensi hujus sacrificium*, ponantur in cereo grana incensi in modum Crucis. Crux namque de incenso facta in cereo repræsentat vespertinum Sacrificium Legis, quod immolationem Christi in ara Crucis factam in vespere mundi præfiguravit; & quod in ejus

(1) Confer S. Isidorum lib. I. de Eccles. Off. cap. XXX. *de Sabbato Pascha* pag. 590., Alcuinum hoc titulo Collect. sæpe cit. pag. 61. seqq., et alios.

(2) Sychardus Mitralis lib. VI. cap. XIV. *in Sabbato Sancto*: „ Cereum, *ait*, „ Diaconus benedicit, non „ Sacerdos, vel Episcopus, „ quia Christi resurrectio- „ nis præconiun per mino- „ rem sexum fuit Apostolis „ manifestatum, scilicet „ mulieres, non per Apo- „ stolos mulieribus.„ Confer Durandum Rationalis lib. VI. cap. LXXX.

passione sit completum. Annus incarnationis Domini in cereo notatur, quia Christus annus est, & plenus dierum. Ideo Christus annus, quia sicut in anno dierum habetur plenitudo, et fructuum, ita in Christo sunt, & est plenitudo omnium bonorum. Indictio quoque, et Epacta in cereo scribuntur; quoniam actiones hominum, & successiones temporum per Dei dispositionem ordinantur (1). Rursus, cum dicitur: *Rutilans ignis accendit*, accenditur cereus; & significat, quod omnes fideles igne Sancti Spiritus illuminan-

(1) Hic idem mos adhuc in Belgio vigebat post annum MCCLXXXVIII. Ut enim testatur Auctor, qui historiam prælii Woerigani a Joanne I. Lotharingiæ, Brabantiæ Duce anno MCCXXVIII. commissi, ex veteri Germanico scripto latinis versibus expressit in Opere, cui titulus: *Prælium Woeriganum in Præfatione ad Lectorem* Edit. Bruxelle per Ericium Puteanum anno MDCXLI. apud Godefridum Schoevartium: „ In choro ... „ Templi (S. Gudilæ) ta- „ bella ad Cereum Paschale „ appendi solita fuit, in qua „ aliquot memorabilium re- „ rum anni proponebantur. „ Pascha enim juxta, sed „ jam Patrum nostrorum „ ævo abrogatum usum, „ anni initium erat. Post „ annum igitur a Nativitate „ Domini, Creationis Pon- „ tificis, Constructionis Ba- „ silicæ, et similium, annus „ a Victoria Woerigana spe- „ ciatim in illa designaba- „ tur; ut mirum sit, tam „ splendidam Brabantiæ vir- „ tutis gloriam ita hodie „ antiquitatis tenebris ob- „ nubilatam, ut plurimos „ etiam indigenas tam il- „ lustria patriæ suæ decora „ lateant. „

tur. De hoc igne ait Dominus (1): *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat?* Hoc igne Dominus Jesus semper nos incendit, ut illuminemur in sensibus, ne flagremus in vitiis. Cereo namque benedicto, legantur Lectiones sine annuntiatione tituli, quia frustra auctores lectionum, cives cælestis Jerusalem, cum in civibus suis, hoc est, Neophitis nostris proferuntur, quia sunt sine intellectu (2). Lecto *In* (3) *principio*, dicat Sacerdos Orationem *Deus, qui mirabiliter*, et non dicat *Dominus vobiscum*, sed *Oremus*; deinde Lectionem *Noe* (4) *vero*, Orationem *Deus incommutabilis*; Deinde Lectionem *Tentavit* (5) *Deus Abraham*, Collectam *Deus fidelium Pater*; Lectionem *Factum* (6) *est in vigilia*, Tractum *Cantemus Domino*, Collectam *Deus, cujus antiqua*; deinde Lectionem *Hæc* (7) *est hæreditas servorum Domini*, Collectam *Omnipotens Sempiterne Deus, multiplica*; Lectionem *Audi* (8) *Israel mandata vitæ*, Collectam *Deus, qui Ecclesiam tuam semper*; Lectionem (9) *Facta* (10) *est super me manus Do-*

(1) Lucæ XII. 49.

(2) Clarius hæc explicat Honor. Aug. Gem. An. l. III. c. CIII. *de Lectionibus* Bibl. PP. Tom. XX. fol. 1100.

(3) Ex Genes. cap. I. ver. 1.

(4) Ibid. cap. V. 31.

(5) Ibid. cap. XXII. ver. 1.

(6) Exod. XIV. 24.

(7) Isa. LIV. 17.

(8) Baruch. cap. III. ver. 9.

(9) In Cod. „*Facta est super me manus Domini* altera Lectio.„

(10) Ezech. XXXVII. 1.

mini, Collectam *Deus, qui nos ad celebrandum*; deinde Lectionem *Apprehendent* (1) *septem*, Tractum *Vinea facta est*, Collectam *Deus, qui in omnibus*; Lectionem *In diebus* (2) *illis dixit Dominus ad Moysen*, Collectam *Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium*; Lectionem *In* (3) *diebus illis factum est verbum Domini ad Jonam*, Collectam *Deus, qui diversitatem omnium gentium*; Lectionem *In* (4) *diebus illis scripsit Moyses canticum*, Tractum *Attende cœlum*, Collectam *Deus celsitudo humilium*; Lectionem *Nabuchodonosor* (5), Collectam *Omnipotens sempiterne Deus, unica spes*, Tractum *Sicut cervus*, Collectam *Omnipotens sempiterne Deus, respice*. Litaniæ autem in die hac, et in Sabbato Pentecostes per septenarium, & quinarium, et trinarium (6) nu-

(1) Isa. IV. 1.
(2) Exod. XII. 1.
(3) Jon. I. 1.
(4) Deuteron. XXXI. 22.
(5) Dani. III. 1.
(6) Quid intelligatur per septenarium, et quinarium, et primarium numerum, eruitur ex Mabilone, *Musæi Italici Tom.* II. *Comment. in Ordinem Romanum cap.* XXV. *De Nonnullis Ritibus Sabbati Sancti* pag. XCVII. Edit. Paris. MDCLXXXIX. ubi hæc habentur: „ Interim Schola „ jussu Pontificis Litaniam „ inchoabat ante altare, pri„ mum septenam, deinde „ quinam, ac demum ter„ nam, quem Ritum ita ex„ plicat Vulgatus Ordo Ro„ manus (Ordo Romanus I. „ num. 45. Tom. ejusdem „ pag. 27.) *Interim Schola* „ *jussa facit Litaniam ad* „ *fontem ante Altare, primo* „ *septenam; et spatio facto* „ *faciunt alteram quinam*. „ *Ita enim inchoatur: Stat* „ *Primicerius unus in dex-*

merum celebratur, ad postulandam septiformem Spiritus Sancti gratiam, qua nostri sensus illuminantur, & Sanctæ Trinitatis fide corroborantur. Sed dum ad illum locum ventum est, ubi dicitur: *Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus Sancti*, Sacerdos cereum ardentem in aquam mittit, & tertio in ea spirat. Per immissionem, & aspirationem Sacerdotis accipitur gratia Spiritus Sancti. Quod Sacerdos in aquis leniter anhelat, significat, quod fides diabolum leviter expellit; ibi ergo anhelat, ut diabolum inde expellat. Cereus in aquis ponitur, quoniam a tactu Corporis Christi in Baptismate aquæ sanctificantur (1). Quod Chrisma in aquis funditur, cælestia terrestribus, vel terrenis per fidem Baptismatis conjunguntur. Quod autem Sacerdos mutat vocem, quasi ad legendum, si-

„ *tro choro, et dicit cum* „ *ipso* KYRIE ELEISON; *et* „ *respondet Secundicerius* „ *cum sinistro Choro* KYRIE „ ELEISON *usque ter. Dein-* „ *de* CHRISTE ELEISON *usque* „ *ter. Hoc fiunt septem vi-* „ *ces repetitæ; unde et septe-* „ *næ dicuntur. Post hæc* „ CHRISTE AUDI NOS *usque* „ *septies: et sic per ordinem.* „ *Hoc ordine intervallo fa-* „ *cto sequuntur, ut prædi-* „ *ctum est, Litaniæ quinæ,* „ *idest, quinquies repeti-* „ *tæ.* „ Hujus Litaniarum *per septenarium, et quinarium, et ternarium numerum* Ritus meminit quoque Amalarius in fine secundæ Præfationis ad Librum primum *de Ecclesiasticis Officiis* Collect. sæpe cit. pag. 104.

(1) Cod. mendose *significantur*.

gnificat, quod ima, hoc est, terrestria cælestibus junguntur per Baptismum. Resurgens enim Christus ex mortuis, & insufflando, Spiritum Sanctum dedit Apostolis. Et in die Pentecostes Spiritus Sanctus in igne eis apparuit: bis enim est datus Spiritus Sanctus, ut diligatur Deus, et proximus. Postea baptizandi, de oleo exorcizato ante, & retro ungantur, ut digna domus bonorum operum ferendi (1) inveniantur; & de futuris muniantur, ne pravis cogitationibus corda eorum obfuscentur: per oleum namque misericordia designatur. Postea de abrenuntiatione diaboli, et operum, & pomparum ejus, & de petitione Baptismi inquiratur, & a patrinis respondeatur. Post abrenuntiationem primus, hoc est, diabolus expellitur, & per confessionem credulitatis intrat secundus homo, idest Christus. Quod autem parvulus fide alterius absolvitur, non est mirum, ut ait Sanctus Augustinus (2), qui alieno peccato obligan-

(1) Mendosa lectio.

(2) S. Augustinus *De peccatorum meritis, et remiss.* lib.iiI. cap.iI. num.2.T.x. col.72.„Coguntur parvulos „baptizatos in credentium „numero deputare, et au„ctoritati Sanctæ ubique „Ecclesiæ consentire, quæ „fidelium eos nomine non „censet indignos, quibus „justitia Christi etiam se„cundum istos prodesse, „nonnisi credentibus pos„set. Sicut... eorum, per „quos renascuntur, justi„tiæ fides responsione sua „trajicit in eos fidem, quam

gatur, & alterius credulitate regeneretur, & sic absolvitur; Spiritus enim Domini ferebatur super aquas (1) in principio: Et hoc elemento, operante Spiritu Sancto, omnes compaginantur, quia eodem Spiritu Sancto omnes subsistunt, & foventur, quia *Verbo* (2) *Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Quod ante mersionem unguntur ante, & retro, significat, ut de præteritis mundentur, & de futuris muniantur. In trina mersione Baptismatis, quod nos eum, qui baptizatur, tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus; et dum tertio ab aquis qui baptizatur, educitur, resurrectio triduani temporis exprimitur: *In* (3) *morte* enim *ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in morte*; ut sicut mortuus est pœnæ, sic et nos moriamur culpæ. Sicut tribus diebus jacuit in sepulcro, sic sit in Baptismo trina demersio. Sicut resurrexit a mortuis, & ascendit in gloriam Patris, sic elevemur ab aquis, ut *in* (4) *novitate Spiritus ambulemus*. Post trinam, juxta Sanctorum numerum, mersio-

V

„ voluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum, per quos nascuntur, caro peccati trajicit in eos noxam, quam nondum vita propria contraxerunt. „

(1) Genes. I. 2.

(2) Psal. XXXII. 6.

(3) Rom. VI. 3. seq. *per baptismum in mortem*.

(4) Ibid. *in novitate vitæ*.

nem, unguntur in capite Chrismate salutis, ut vitam consequantur æternam. Sicut enim caput præcedit cetera membra, sic vita æterna temporalia bona. Chrismatis namque unctio pertinet ad dona Sancti Spiritus; in ea enim continentur balsamum et oleum: oleum ad sapientiam, balsamum longe, lateque flagrans pertinet ad doctrinam. Post hæc albe vestiuntur; duplices autem debent habere vestes, unam in capite, aliam in corpore; per unam vestem animæ gloria, per aliam corporis resurrectio, sive munditia designatur: albæ enim vestes gloriam resurrectionis, vel gratiam designant, unde Isaias (1): *Duplicia de manu sua possidebunt*, scilicet gaudium animæ, & gloriam resurrectionis, vel incorruptionis. Postea lumen datur in manibus, per quod Spiritus Sanctus intelligitur, quo bona opera mereantur operari. Quod autem septem diebus albæ vestes chrismales portantur, cursus hujus vitæ, in quo semper bono opere candidi esse debemus, exprimitur (2). Unde Salomon ait (3): *Omni tempore vestimenta tua sint candida, et oleum de capite tuo non deficiat*. Per oleum quippe charitas designatur. Mundus septem ætatibus ver-

(1) Isa. LXI. 7. *Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.*

(2) Cod. mendose *exprimuntur*.

(3) Eccle. IX. 8.

gitur; requies animarum septima ætate computatur. Per octavam, qua vestes deponuntur, regnum Dei, in quo charitas, ceteraque bona consistunt, designatur; & beata immortalitate vestientur. Per hujus sabbati, et Pentecostes *Alleluja*, quod sequitur Tractus, prima vita, quæ fuit æterna, sed lapsa est in ærumnam, designatur. Per *Alleluja* enim gloria, per Tractum lamentatio significatur. Per Graduale enim (1), quod *Alleluja* sequitur, septem ætates mundi hujus designantur, in quibus bona operando, ad æternam gloriam pervenitur. Per octavum sabbatum, in quo duo *Alleluja* cantantur, quibus duplex corporis, & animæ designatur gloria, octava exprimitur beatitudo, quæ absque moerore æterna permanebit (2).

Baptismum græce, latine *tinctio* interpretatur; idcirco *tinctio* dicitur, quia ibi homo in melius immutatur, & longe aliud quam erat, efficitur; prius enim fœdi eramus deformitate peccatorum; in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum. Unde & in Canticis Canticorum scribitur (3): *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata?* Cujus myste-

(1) Forte *autem*.

(2) *Hinc dicitur etiam in his Sabbatis*. Ita in margine.

(3) Cant. III. 6. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi?*

rium non aliter, nisi sub Trinitatis
tione, idest Patris, & Filii, & Spiri
cti cognominatione completur, dic
mino ad Apostolos (1): *Ite, docete on*
tes, baptizantes eos in nomine Patris,
& Spiritus Sancti: Sicut enim in t
testibus stat omne verbum, ita & h
mentum confirmat ternarius numer
nis Divini. Quod autem per aquan
mum datur (3), hæc ratio est: vol
ut res illa invisibilis per congruens,
fecto contrectabile, & visibile impe
elementum, super quod etiam in prir
rebatur Spiritus Sanctus. Nam si
purgat exterius corpus, ita latenter
nisterio per Spiritum Sanctum purifi
mus, cujus sanctificatio ita est:
enim Deo descendit Spiritus Sanct
lis, & medicatis aquis, sanctificat
metipso, & accipiunt vim purgatior
eis et caro, & anima delictis inquin
detur.

Dicitur etiam in hoc Sabbato *Glo*
celsis Deo. Ubi vero sunt fontes, va
tando litanias usque ad *Propitius e*
candelabris, et processione; et bap
fantibus redeant cantando litanias,

(1) Matth. xxvII. 19. *Euntes ergo docete omnes etc.*

(2) Deuteron. xIx. 15.

(3) Vide S. Isic lib. vI. cap. 19. pag. 82.

quoque ordine unum Sanctum (1). Ante Evangelium his tribus diebus non feratur lumen, sed tantum thymiamata, secundum Romanum Ordinem. Per thymiamata aromata, quæ a mulieribus portata sunt, significantur. Quo finito, dicat Sacerdos *Credo in unum Deum* (2). Quod *Offerenda*, nec *Agnus Dei* cantatur, nec *Communio*, nec pax donatur, silentium mulierum significat; quæ postea pavore percussæ (3), eis Dominicam resurrectionem Angeli nuntiaverunt. *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* Angelorum cantus dicitur, quia Domini resurrectionem Angeli nuntiaverunt, & aperta voce mulieribus prædixerunt. Dicto *Pax Domini sit semper vobiscum*, statim incipiant antiphonam *Alleluja*. Ad Psalmos: *Laudate Dominum omnes Gentes*. Postea Major in Choro incipiat antiphonam ad *Magnificat*, *Vespere autem Sabbati*. Qua finita, dicatur *Gloria*

(1) Ut puta de Ordine Apostolorum *Sancte Petre*, de Ordine Martyrum *S. Stephane etc.*

(2) Durandus in Ratioali *de Missa Sabbati Sancti* cap. LXXXV. num. 5. „ Post „ Evangelium, *ait*, non dici- „ tur *Credo*, ut per hoc in- „ firmorum animorum dubitatio denotetur. Quæ- „ dam tamen Ecclesiæ di- „ cunt hac die *Credo* per to- „ tam sequentem hebdoma- „ dam, quo renati asseve- „ rant, se in Deum crede- „ re, et ea, quæ de Chri- „ sto dicta sunt in Evange- „ lio, firmissime credere. „

(3) Deest aliquid.

Patri. Deinde repetant antiphonam. Finito Vespere, Sacerdos finiat Missam, & *Ite Missa est* dicatur.

In ipsa etiam die ad Vesperas pergitur ad Fontes (1); ibique dicto Graduali sine versu Clerici cantant *Alleluja*: *Alleluja* enim in latinum significat *laudare*, sive *glorificare Dominum in unum*.

Per Baptismum namque, quod in fonte suscepimus, ad bonum opus, per quod responsum exprimitur, perveniemus. Versum enim responsi propter nullam significationem, sed propter solum fastidium effugiendum vitamus. Per *Laudate pueri Dominum*, quod in eundo ad Fontes dicitur, laus Neophitorum ostenditur; per *In Exitu Israel*, canticum Israeliticæ plebis; per transitum maris rubri (2), libertas de potestate Pharaonis, per quod iterum Baptismus figuratur; per Pharaonem enim diabolus intelligitur; per Baptismum enim de potestate diaboli liberamur.

(1) De hoc Ritu vide Opusculum Clariss. Philippi Laurentii Dionysi, inscriptum *Antiquissimi Vesperarum Paschalium Ritus Expositio* Romæ MDCCLXXX. cap. II.

(2) Exod. XIV. 22. seqq.

CLXIII.

DE RESURRECTIONE DOMINI NOSTRI (1)

Pascha enim dicitur *transitus*, quia Christus transivit de morte ad vitam, de pœna ad gloriam, de mundo ad Patrem: Hæc enim solemnitas ceteras solemnitates antecedit. Sicut enim in sacro eloquio Sancta Sanctorum, vel Cantica Canticorum præ sui magnitudine dicuntur, ita hæc festivitas recte dici potest solemnitas solemnitatum. Ex hac solemnitate resurrectionis exemplum nobis datum est. Hæc enim solemnitas inferni claustra destruxit, & captivos inde reduxit, et januas regni cælestis nobis aperuit; ait enim Apostolus (2): *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*, hoc est, quia Christus immolatus est in ara crucis nostrum Pascha, hæc est causa nostri transitus, per quem de miseriis hujus seculi transire debemus ad patriam. In hac enim solemnitate tres Lectiones tantum dicuntur de Evangelio; quod si-

(1) De Resurrectione Domini, sive de Pascha vide S.Isidorum lib. I. *de Eccles. Off.* cap. XXXI. pag. 590. Alcuinum hoc titulo Collect. sæpe indicatæ pag. 65. seq., Amalarium lib. I. c. XXXIV, pag. 148.

(2) I. Corint. v. 7.

gnificat fideles in Christo regeneran
invocatione Trinitatis ; quia sine ir
ne Trinitatis nullum fit in Ecclesia D
mentum . Quod illæ tres Lectiones
gelio dicuntur , significatur , quod r
sub gratia sumus , luce Evangeliorur
nati resurrectionem credimus , & s
vel quia doctrina Evangeliorum de c
ne ad incorruptionem per Baptism
transvexit . Quod autem Capitula t
et Davidicum versum plusquam in ali
dicimus , scilicet *Hæc dies , quam fec*
nus , significat , quod nos in oper
ipsum Dominum a mortuis resurgen
dare debemus , & cum eo resurgente
resurrectione , et nostri susception
re , & lætari , omni seculari impe
postposito , indesinenter debemus .
usque ad sabbatum dicitur ; & quod
tam illam hebdomadam in unoquoqu
cuntur tres Psalmi de matutino Do
significat , quod illi dies pro uno die
tantur figuraliter . In hac Paschali sol
fideles in Christo regenerantur ; quod
cat , Christum de hoc mundo ad Pat
grasse , & nos hoc tempore puriore
rum corpus ejus , deposita sorde
accedamus . Redemptor noster susce
tem , ne mori timeremus : ostendit

ctionem, ut nos resurgere post se confidamus. Unde et eamdem mortem non plusquam triduanam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omni modo desperaretur. Quod bene de illo per Prophetam dicitur (1): *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*: Quasi enim de quodam flumine nostræ passionis, non in mansione bibere, sed in via dignatus est; qui mortem transitorie, hoc est, ad triduum contigit, atque in ea morte, quam contigit, nequaquam sicut nos usque ad finem seculi remansit.

Dum ergo die tertio resurrexit, quid in ejus corpore, hoc est, Ecclesia sequatur, ostendit; exemplo quippe monstravit quod promisit in præmio, ut sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, ita in se ipsis in fine mundi resurrectionis præmia sperarent. Quoniam eligendi sunt dies, quibus purius homo, continentiusque vivat, quo ad tantum Sacramentum dignus accedat: *Qui* (2) *enim manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit*; hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel auferat se Communioni, vel reddat; et si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi,

(1) Psal. cix. 7. (2) 1. Cor. xi. 29.

ut medicamenta differenda sint, a
Antistitis debet quisque ab altari
ad agendam poenitentiam, & eaden
tate reconciliari (1).

CLXIV.

DE EODEM.

Resurrectionem suam Dominus
lierem annuntiare voluit; quia in
mulier viro propinaverat mortem
ut mulier a sepulcro viris annuntiar
et ibi humani generis culpa abscindat
processit; unde Dominus dicit: *D
nu vobis illatus est potus mortis, de i
pite poculum vitæ*. Vespere immolat
& in vespera mundi passus est Dom
enim Pascha in occisione ovis
Christus, de quo in Evangelio dic
Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pecca
Prohibentur qui Pascha faciunt, ossa
gere; non enim franguntur in cruce
mini. Testatur Evangelista hinc esse di
Os non confringetis ex eo.

(1) Ita in margine Codicis: „ A Pascha usque ad „ Ascensionem Domini non „ celebratur jejunium, non „ enim possunt filii sponsi „ lugere, quamdiu cum illis est sponsus. Veniet „ autem dies, cum aufere- „ tur ab eis s „ tunc jejunabu

(2) Joan. 1. 29 *catum mundi*.

(3) Joan. cap. *Facta sunt eni Scriptura impl non comminueti*

Sanguine illiniuntur postes, ut pernicies depellatur; nam occiso agno vespere in Ægypto (1) filii Israel Pascha egerunt; ex cujus sanguine postes assignaverunt; ut noctu Angelus transiens ea loca non tangeret, quae sanguine agni fuerant oblinita.

Signantur signo Domini passionis populi ad tutelam salutis, ut ab interitu liberentur, qui cruore Dominicæ passionis corde, & fronte signati sunt; unde Psalmista (2): *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Ille namque dies, in cujus vespere agnus immolabatur, PASCHA solus dicebatur; reliliqui vero septem *dies azymorum* (3) vocabantur, in quibus azyma tantum comedebant, et in domibus eorum fermentum non inveniebatur. Sic namque præceptum est; et hæc erat veterum consuetudo, sed apud Evangelistas variatur, quoniam et Pascha apud nos pro quolibet azymorum die, et e contra dies azymorum pro Pascha (4) positus invenitur; quod facile quisquis velit, inveniet.

CLXV.

DE EODEM.

Filii Israel cum de Ægypto exire debuerunt, agnum comederunt, & farinam sine

(1) Exod. xii. ver. 7. seqq.
(2) Psal. iv. ver. 7.
(3) Exod. xii. ver. 14. seqq.
(4) Marc. cap. xiv. ver. 1. Lucæ xxii. 1.

fermento recedentes secum portaverunt. Postea ad mare rubrum venerunt, et in eo submerso Pharaone, et exercitu ejus transierunt; deinde in desertum venerunt, et ibi diebus septem azyma comederunt; ut post azymorum comestionem, in terram promissionis venire possent. Similiter nos in Ægypto, hoc est, in tenebris existentes agnum comedimus post fidei susceptionem. Postea ad mare rubrum, hoc est, ad Baptismum venimus, et in ipso Baptismate Pharaone, hoc est, diabolo submerso cum suo exercitu, transimus in desertum, in quo, hoc est, in hac vita deserta, moramur; quæ tota per septem dies volvitur, azyma comedimus; hoc est, bona opera, quæ sine fermento, hoc est, sine crimine esse debent, facimus. Ut per hoc Pascha, hoc est, per hanc immolationem transitum ad terram promissionis, hoc est, ad cælestem patriam, nobis a Deo promissam, faciamus. Et in hoc deserto, hoc est, in hac vita, Christum agnum duplici modo comedimus, scilicet secundum sacramentum, Corpus, et Sanguinem ejus accipiendo in Ecclesia: Et secundum rem, sacramentum scilicet per conformitatem; ut quomodo ipse ambulavit, et nos ambulemus (1). Azyma, idest, sine zyma, idest,

(1) Rom. VI. 4.

corruptio ; inde dicitur azyma, hoc est, sine corruptione. *Fermentum* dicitur corruptio. Ponitur autem fermentum aliquando pro bona doctrina, ut in Evangelio (1): *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum*. Aliquando ponitur pro mala doctrina, ut Dominus ait (2): *Cavete a fermento Pharisæorum*.

A Pascha usque ad octavam Pentecostes non cantatur *Quicumque* (3) *vult*, quoniam ad fidem pertinet; hoc autem tempus significat octavam ætatem, ubi fides non erit, sed res; ubi non erit figura, sed veritas.

CLXVI.

DE EODEM

Transeuntes autem filii Israel Jordanem (4) sustulerunt de medio fluminis duodecim lapides, quos pro testimonio posuerunt in loco secundæ circumcisionis, ad significandum nobis, ut dum de lavacro consurgimus, Apostolicæ vitæ exempla firmissima nobiscum gestare debeamus, quorum semper testimo-

(1) Matth. XIII. 33. *Simile est etc. donec fermentatum est totum*.

(2) Marci VIII. 15.

(3) Symbolum S. Athanasii nomine inscriptum, de cujus auctore legito clar. Emanuel. Azevedo Exercit. XXXVIII. *de Divino Officio* num. 3.

(4) Josue IV. 8.

nium ad imitanda exempla virtutum contuemur. Post Jordanis (1) autem transitum venit Jesus in Galgala; ibique jubentur facere sibi cultros lapideos, & circumcidere secundo filios Israel. Percunctentur inde Judæi, quomodo potest quis secundo circumcidi circumcisione carnali; semel enim circumcisus ultra non habet, quod secundo possit auferri. A nobis autem, quibus lex Christi talis est, convenienter ista solvuntur: dicimus enim, circumcisionem primam fuisse per legem in Ægypto; Sed si a lege transeat quis per Baptisma Jordanis ad Evangelium, tunc accipit secundam circumcisionem spiritualem per petram, qui est Christus; sicque tali circumcisione purgatus, dicet ei Dominus (2): *Hodie a te abstuli opprobrium Ægyptiorum*, hoc est, illecebras corporalium vitiorum. Nomen autem loci *Galgala*, quod interpretatur *revelatio* (3), ostendit dum in præputio infidelitatis ambulaverit quisque per hujus vitæ desertum, oculos ei esse cæcatos. Videamus & consequentia. Post Evangelii enim circumci-

(1) Vide S. Isidorum Comment. in Josue *de Circumcisione secunda* cap. 6. p. 489.

(2) Josue cap. v. ver. 9. *Hodie abstuli opprobrium Ægypti a vobis*.

(3) Hebraicum verbum *Galgala* S. Hieron., Beda, et Liran. vertunt *rotam*, *revolutionem*, *circulationem*. Vide apud A Lapide Comment. in Josue cap. v. ver. 9. pag. 26. col. 1. Edit. Paris. 1642.

sionem, statim in loco revelationis Pascha celebratur, immolaturque Agnus ille pro mundi salute occisus; ac deficiente manna typicæ legis primum comedit populus panem Corporis Christi, quem incorrupta repromissionis terra, hoc est, Mater Domini Virgo Maria protulit: Granum in terra cadens, fructum plurimum attulit. Et videamus ordinem: Postquam enim sub Jesu Christo Duce per lavacri fluenta transimus, ac per fidem spirituali circumcisione signamur, tunc his gradibus pervenientes, celebramus Pascha, hoc est, immolatum Christum pro mundi salute credimus; ac deinde credentes, statim pane illo Dominici Corporis pascimur. Legi enim succedit Evangelium, in quo præcepta legis spiritualiter implentur; & admonemur, quid quotidie debemus offerre, hoc est, primum quotidianum laborem; & quid in sabbato propter spem quietis æternæ; quid in Kalendis pro invocatione vitæ; quid in Pascha, quum consepelimur cum Christo per Baptismum, quasi a mortuis transeuntes ad vitæ novitatem; quid in Pentecoste propter gloriam Spiritus Sancti, & remissionem peccatorum; quid in Neomenia mensis septimi propter Spiritus Sancti gratiam septiformem; quid in jejunio ejusdem mensis decimi diei propter decem verba legis; quid in Scenophegia quartodecimo die

ejusdem mensis, quando figuntur tabernacula, propter hanc vitam non diligendam, eo quod brevis sit: Hoc enim habitatio in tabernaculis, & vilibus umbraculis.

CLXVII.

DE EODEM

Quod autem per sex dies Paschae Graduale canimus, & *Alleluja*, hoc est: Per Graduale enim, ut supra diximus, actualis bonorum operum vita designatur: per *Alleluja* vero aeterna animarum gloria, bono opere acquisita. Licet enim in Pascha jugum nostrae servitutis morte Christi deletum sit, tamen non perfectam libertatem, nisi usque ad verum sabbatum, quod est post Pascha, per quod sempiterna requies designatur, consequemur.

CLXVIII.

DE EODEM

A sabbato octavæ Paschæ usque ad octavam Pentecostes Gradualia intermittimus, quæ significant lætitiam temporalem, quæ nunc agitur, & finietur; & duplex *Alleluja* cantatur, quod significat duplicem lætitiam cælestem, hoc est, in anima, et corpore, quæ nunquam terminabitur. Illud enim tempus,

scilicet a sabbato octavæ Paschæ usque ad octavam Pentecostes typum gerit octavæ beatitudinis, quæ erit post resurrectionem, quando in corpore, et anima triumphabimus.

CLXIX.

DE EODEM

Istud enim Sabbatum dicitur *in Albis*, quia baptizati in sabbato Paschali tunc deponebant albas, quas sumpserant die octavo; vel quia significat octavam nostræ resurrectionis, in qua cum Domino erimus in gloria, existentes in albis, hoc est, in virtutibus, quæ albos reddunt homines.

CLXX.

QUID DEBEAT LEGI AB OCTAVA PASCHÆ USQUE AD PENTECOSTEN

Ab octava Paschæ usque ad Pentecosten legitur ad Matutinum Apocalypsis, Actus Apostolorum, et Epistolæ Canonicæ. Apocalypsis vero propter mysteria passionis, & resurrectionis, quæ Joanni revelata sunt. Actus Apostolorum, & Epistolæ Canonicæ ideo, quia Apostoli passionem, resurrectionem, ascensionem prædicaverunt. Vel ideo legitur Apocalypsis, quia revelatus est Dei

Filius, ascendendo ad cælum cunctis videntibus; & multa, quæ prius clausa fuerant, ab illa die revelata patuerunt. Vel ideo leguntur Actus Apostolorum, quia Discipuli sublevati promissa Patris expectarunt munera, de quibus ibi agitur.

CLXXI.

DE LITANIIS

Litaniæ græce, latine *rogatio*, vel *supplicatio* dicitur. *Rogatio*, quia tunc rogamus Sanctos, ut pro nobis ad Dominum intercedant. *Supplicatio*, quia in ea Domino supplicamus, ut a morte subitanea, & ab omni adversitate nos defendat. Per tres enim dies ante Ascensionem Domini celebrantur, juxta morem Gallicanæ Ecclesiæ, quas constituit Sanctus Mamertus (1) Viennensis Episcopus: Vienna enim urbs est Galliæ; quarum constitutionis causa hæc fuit. Quodam namque tempore Episcopatus sui terræmotus maximus accessit, qui & multas Ecclesias, & multorum domos concussas subvertit; & multæ bestiæ aberrantes, scilicet lupi, & aliæ bestiæ ejusdem

(1) Neque S. Mamertum *minorum* supplicationum, neque S. Gregorium supplicationis *majoris* auctorem fuisse ostendit cl. V. Philippus Trenta *Urbanarum Quæstionum* lib. III. Dissert. VI. num. 39. seq.

feritatis ingressæ sunt civitatem, devorabantque homines; & hoc per totum annum fecerunt. Cum autem venisset secundum Pascha,& prædictus Episcopus Missarum solemnia celebraret, in ipsa vigilia, hoc est, in primo mane Dominicæ resurrectionis palatium regis, quod in eadem urbe erat, igne accensum est. Et cum hi perversi casus malorum diversorum fierent quotidie, appropinquante die Ascensionis Dominicæ, indixit triduanum jejunium cum gemitu, & spiritu contribulationis: et paulo post cessavit tribulatio, & subversio. Deinde communicato totius cleri, et populi consilio, et Episcoporum consensu placuit, ut in singulis Ecclesiis triduana jejuniorum observatio digna veneratione usque in præsens celebretur. Quæ consuetudo apud nos hodie pro diversis calamitatibus devotissime colitur; tum pro pace, & pestilentia, ac observatione frugum; tum pro ceteris necessitatibus. Et quoniam dies abstinentiæ sunt,& non lætitiæ, nemo in his diebus pretiosis vestibus induatur, sed cinere, et cilicio lugere debemus. Prohibeantur commessationes, et ebrietates. Nemo in processione equitare præsumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulieres chorum ducant.

Notandum est,quod ista Litania *minor* vo-

catur ad comparationem, & differentiam illius Litaniæ, quam Romana consuetudo septimo Kalendas Maji interponit, quæ *major* (1) dicitur propter Romanam auctoritatem; nam illa a Beato Gregorio (2) Papa constituta est ob duas causas, scilicet propter imminentia bella, quæ eodem tempore propter novam gratiam facile excitantur (3); et ex qualitate tem-

(1) Cl. Vezzosius Tom. IV. Opp. Ven. Card. Thomasii pag. 104. seq. not. 1. ubi rationes ab Anonymo nostro, atque ab aliis allatas, cur *Litania major* diceretur, explosit, subdit: „ Hisce „ omnibus animo perpensis „ denominationis (cor. *denominationem*) *Majoris* „ *Litaniæ* aliunde repetamus oportet, quam aut a „ ratione dignitatis Institutoris, aut a necessitate „ distinguendi Romanorum „ mores ab illis, qui in „ Galliis servabantur. Et „ fortasse, si tamen conjecturis indulgere hoc loco „ absonum minime reputetur, *Major* Gregorii Litania appellata fuit ob majorem aliquam solemnitatem, qua frequentaretur „ in festo S. Marci, quam „ alias fieri consuevisset per „ integrum anni cursum, „ puta in Collectis, aut in „ Stationibus, aut in quavis „ de causa, et quovis in ritu „ illa adhiberetur. „

(2) Vide pag. 322. not. 1.

(3) Et quidem Beda in Libello *de Officiis* T. VII. Tit. *de Letania Majore* col. 645. „ Eo . . . , *inquit*, tempore „ . . . . solent inimici commovere bella adversus vicinia regna . . . . Messes „ pullulant, arborei fructus „ ex flore procedunt, vineæ, et olivæ suis arboribus erumpunt, animalia „ campos tondent: quoniam „ necessaria hæc sunt nostris usibus, petendum „ est, ut a Domino conserventur. „

poris colligimus eam esse necessariam ad fruges conservandas. Ista vero, ut puto, ab Episcopo minori auctoritate instituta esse legitur.

CLXXII.

DE DRACONE

Draco, qui per triduum illud deportatur, cum longa cauda, & inflata in primis duobus diebus ante Crucem, & vexilla; & ultimo die post retro, significat diabolum, qui per tria tempora, scilicet ante legem, sub lege, et sub gratia, quæ per hos tres dies figurantur, homines fefellit, aut fallere tentat. In duobus primis, quasi Dominus fuit orbis; unde Christus (1) *principem mundi* eum vocat. In tempore gratiæ per Christum victus fuit, nec audet ita patenter regnare ut prius, sed per suggestiones latenter homines seducit, quos pigros videt in bonis operibus, nec viam vitæ sectantes: inde est, quod in duobus primis diebus præcedit, in ultimo sequitur. Ipse draco est, et leo. Draco fuit, quoniam Christum supra pinnaculum templi per vanam gloriam latenter fallere voluit, & tentavit, dicens (2): *Si Filius Dei es, mitte te deorsum*; & quasi hoc secure posset facere,

(1) Joan. xii. 31. (2) Matth. iv. 6.

addidit (1): *Quoniam Angelis suis Deus mandavit de te*. Bene enim intelligebat Scripturas; propterea, quod ad malum suum erat, subticuit hoc, scilicet (2): *Super aspidem, & basiliscum ambulabis*. Draco modo est, quia homines non ita aperte, sed latenter seducit. Draco enim est, cum occulte insidiatur, cum scandala movet, et tentationes, ubi oportet vigilantia; et magis timendus est, cum fallit, quam cum saevit. Leo autem fuit in passione Domini, quoniam eum crucifigere fecit. De illo Joannes Evangelista in Apocalypsi dicit (3): *Vidi Satan cadentem de cælo sicut fulgur, & trahebat secum tertiam partem stellarum*. Per stellas significantur homines, qui in tres partes dividuntur, scilicet in perfectos, in imperfectos, et in reprobos. Tertiam ergo partem stellarum trahit secum diabolus, scilicet reprobos, & hi sunt cauda ejus. Alibi vocat eum *Satan* dicens (4): *Vade retro, Satanas*. Idem vero dicit ad Petrum (5): *Vade retro me, Satana*; non est intelligendum, quod vocet eum *diabolum*, sed *adversarium*, quod interpretatur *Satanas* (6); et est sen-

(1) Ibid. *Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te*. Confer Ps. xc. ver. 11.

(2) Psal. cit. ver. 13.

(3) Apocalyp. xII. 4. *Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli*.

(4) Matth. IV. 10. *Vade, Satana*.

(5) Marc. VIII. 33.

(6) S. Justinus Martyr *in Dialogo cum Triphone Iu-*

sus: *Vade retro, Satanas*, hoc est, me sequere per imitationem (1) passionis, noli turbare passionem meam. Leo etiam erit in tempore Antichristi, quia tunc in nomen Christi aperte desæviet. Leo enim est, cum aperte sævit, ubi oportet patientia.

CLXXIII.

DE ASCENSIONE DOMINI

Ascensionis Domini dies celeberrime colitur; et non solum tribus diebus colitur, sed etiam adinstar discipulorum, qui post Ascensionem Domini semper in cælum intenti mentibus adventum Sancti Spiritus postulabant. Christus enim ascendit super humanam naturam in conceptione, ut illud (2):

X 4

dæo Edit. Paris. MDCCXLII. col. 198. ita loquitur „ *Sata* „ Judæorum, et Syrorum „ lingua idem, ac *desertor*, „ et *apostata*; illud autem „ *Nas* nomen est, ex quo „ serpens dictus est per in- „ terpretationem, si He- „ bræorum vocem inter- „ preteris: quibus ex utris- „ que fit unum nomen *Sa-* „ *tanas*. „

(1) S. Bruno Comment. in Matthæum Tom. I. Edit. cit. pag. 310. hæc habet: „ Vade, inquit, post me, „ sequere, et imitare me, „ ut sicut ego morior pro „ te, ita et tu moriaris prop- „ ter me. Noli mihi esse „ contrarius, noli meæ vo- „ luntati resistere, noli di- „ vinis consiliis obviare. „ Sic enim oportet fieri, „ quia sic est ante tempora „ prædestinatum, et a Pro- „ phetis pronuntiatum. „

(2) Isa. XIX. I. *Ecce Dominus ascendit etc.*

Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Super crucem in passione, ut in Cantico amoris legitur (1): *Ascendam palmam, & apprehendam fructus ejus*. Super montem in resurrectione, ut illud (2): *Qui ascendit super occasum, Dominus nomen est illi*. Super cælos ad patriam dexteram in Ascensione, ut illud (3): *Ascendit super cælos cælorum ad orientem*. Non caro Christi descendit de cælo, neque ante tempus Ascensionis erat in cælo. Filius enim hominis recte dicitur, & descendisse de cælo, & ante passionem fuisse in cælo; quia quod in sua natura habere non potuit, hoc in Filio Dei, a quo assumptus est, habuit. Neque enim Deus in sua, sed in hominis substantia sanguinem, quem pro Ecclesia funderet, habuit: neque in sua, sed in assumpti hominis substantia ascendit.

CLXXIV.

DE EODEM

In hac etiam solemnitate legimus, Angelos in albis vestibus apparuisse; in albis namque vestibus gaudium, et solemnitas mentis attenditur. Quid est ergo, quod nato Domi-

(1) Cant. cap. VII. ver. 8.

(2) Psal. LXVII. 5. *Qui ascendit super occasum; Dominus nomen illi*.

(3) Ibid. ver. 34. *Super cælum cæli*.

nô, non in albis vestibus; ascendente autem Domino, in albis vestibus apparent, nisi quod magna tunc solemnitas Angelis facta est, cùm cælum Deus homo penetravit? quia nascente Domino videbatur Divinitas humiliata, ascedente vero Domino, humanitas est exaltata. Albæ etenim vestes exaltationi magis congruunt, quam humiliationi. In Ascensione ergo ejus Angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in Nativitate sua apparuit Deus humilis, in Ascensione sua ostensus est homo sublimis. De hac solemnitate per Psalmistam dicitur (1): *Elevata est magnificentia tua super cælos*. De hac iterum dicitur (2): *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. *Ascendens* quippe *in altum captivam duxit captivitatem*, quia corruptionem nostram virtute suæ incorruptionis absorbuit. *Dedit* vero *dona hominibus*, quia misso desuper Spiritu, aliis sermonem scientiæ, aliis gratiam sanitatum, aliis gratiam curationum, aliis genera linguarum, aliis interpretationes sermonum tribuit. De hac Ascensione Habacuc Propheta ait (3): *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo*. Quis enim solis nomine, nisi Dominus? Et quæ lunæ nomine, nisi Ecclesia designatur? Quo-

(1) Psal. VIII. 2.
(2) Ephes. IV. 8.
(3) Habac. III. 11. Sic ex versione LXX. Vulg. autem *Sol, et luna steterunt in habitaculo suo*.

usque enim Dominus in cælos non ascendit, sancta ejus Ecclesia adversa mundi omnimodo formidavit; at postquam ejus Ascensione roborata est, aperte prædicavit, quod occulte credidit: *Elevatus* (1) *est* ergo *sol, & luna stetit in ordine suo*, quia cum Dominus cælos petiit, sancta ejus Ecclesia in auctoritate prædicationis excrevit. Veniendo (2) quippe Dominus ad redemptionem nostram, quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. De cælo venit in uterum, de utero venit in præsepium, de præsepio venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in cælum. Et nos de superbia veniamus ad humilitatem cordis, de humilitate cordis ad mortificationem carnis, de mortificatione carnis ad proximi compassionem, de proximi compassione ad consolationem, de consolatione ad orationem, de oratione ad devotionem.

CLXXV.

DE EODEM

Hi (3) decem dies, qui sunt ab Ascensione Domini usque ad Pentecosten, pro una reputantur octava; nec mirum, cum totum

(1) Vide not. super.

(2) S. Gregorius Homill. in Evang. lib. II. Hom. XXX. num. 10. Tom. I. col. 1574. ac S. Isidorus Exposit. in Cantic. cap. I. pag. 721.

(3) Cod. *qui*.

tempus paschale pro una reputetur octava ; Et similiter tempus a Nativitate Domini usque ad octavam Epiphaniæ .

CLXXVI.

DE PENTECOSTE.

Populus Israel quatuor præcipua solemnia celebrabat : Pascha scilicet , quia tunc liberavit eos Deus a servitute Ægypti , & a percussione Angeli , linitis postibus de sanguine agni immaculati : Pentecosten celebrabant , quia tunc susceperunt legem : & Scenophegiam in mense Septembris : In hieme observabant Encænia. Nos autem tantum duo illorum servamus , scilicet Pascha , & Pentecosten , sed alia ratione , quam illi . Illi celebrabant Pascha , quia ab Ægyptiaca servitute liberati sunt ; nos vero ideo Pascha celebramus , quia tunc per Christum redempti sumus . Illi celebrabant Pentecosten , quia tunc legem susceperunt ; & nos ideo , quia Apostoli Spiritum Sanctum susceperunt . Illi susceperunt legem in tabulis lapideis extrinsecus scriptam , ad designandam eorum duritiam , quoniam usque ad spiritualem intellectum literæ non pertingebant ; sed Spiritus Sanctus datus est discipulis in corde digito Dei , spirituali intelligentia intus eis dictante . Pentecostes dicitur

a *pente*, quod est *quinque*, & *costes*, quod est *decem*; et vocatur *Pentecostes* quinquagesimus dies a Pascha. Quinquagesimo enim die datus est Spiritus Sanctus discipulis in superiori cœnaculo, illis expectantibus adventum; & est datus in linguis igneis, ut facundi essent in omni genere sermonum; ideo in igneis, ut inflammarentur amore charitatis.

CLXXVII.

DE EODEM

In hac die Spiritus Sanctus super discipulos in igne demonstrari debuit, ut ii, qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis fervor accenderet; & peccata, quæ Deus per mansuetudinem sustinet, ipsi in se per pœnitentiam punirent: non enim esse poterant sine peccato, quia (1) adhærebant cælesti magisterio, Joanne attestante, qui ait (2): *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est*. In igne enim venit in hominibus, in columba vero apparuit in Domino; quia peccata nostra, quæ pie Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus

(1) Ita posuimus. Cod. *qui* (2) Joan. 1. 8.

ximi, quia per dilectionem proximi pervenitur ad dilectionem Dei. Sed forte dicit aliquis: ostende mihi Dominum, et ego diligam eum, cui respondendum est: Dilige proximum, quem vides, quoniam per ejus dilectionem ad Deum, quem non vides, pervenies. Unde Joannes Evangelista ait (1): *Si non diligis fratrem tuum, quem vides, Deum quem non vides, quomodo potes diligere?* Sed ante insufflationem in Apostolos factam, legitur tam in Novo, quam in Veteri Testamento, plurimos Sanctorum Spiritum Sanctum habuisse, ut Abraham, Isaac, & Jacob, atque Prophetas; sed hoc per occultam inspirationem. Veruntamen plurimis simul constitutis nunquam legitur Spiritus Sanctus datus per insufflationem, nisi solum post Domini resurrectionem. Quod vero insufflavit in eos, ostendit se illum fore, qui in faciem Adæ insufflaverat, *et factus* (2) *est homo in animam viventem*, et homo terrenus surrexit ex limo. Quicumque enim Spiritus Sancti donum percipere desiderat, a terrenis operibus, velut e limò oportet, ut surgat. Nec sic legitur Spiritus Sanctus datus;

(1) Respicere videtur ad Joan. verba Epist. 1. cap. III. ver. 17. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

(2) Genes. II. 7.

quemadmodum decimo die post Domini nostri Ascensionem, quoniam adveniens, sedensque supra singulos eorum docuit eos loqui variis linguis. Quod figurabatur, quia ex omnibus linguis venturi erant ad fidem, qui per ejusdem gratiam unum corpus efficerentur, variisque linguis in uno corpore loquerentur: Omnes enim fideles cum sint unius corporis membra, variis dumtaxat linguis loquuntur.

Nunc videamus ad quanta onera humilitatis vocati sunt ipsi Apostoli, ad quantum culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienæ obligationis, et relexationis potestatem accipiunt: principatum superni judicii sortiuntur, ut vice Dei quibusdam suorum participum peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic eos a Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Sed hæc potestas non solis Apostolis, sed etiam totius Ecclesiæ concessa est Apostolorum posteris: Petrus namque sicut in voce Ecclesiæ dixit (1): *Tu es Christus, Filius Dei vivi*, sic & in persona ejusdem Ecclesiæ audivit (2):

(2) Matth. XVI. 16. Adeundus Ven. Cardinalis Bellarminus *de Rom. Pont.* lib. I. cap. XII. ubi ex Patrum doctrina explicat, quomodo Christus in voce Ecclesiæ dixerit: *Tu es etc.*, ac in persona Ecclesiæ audierit: *Quodcumque etc.*

(3) Matth. cap. cit. ver. 9.

Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis. Apostolorum ergo nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent: Solvendi, atque ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur.

CLXXX.

DE DECALOGO LEGIS

Dominus legem in decem verba constituit; nullus enim numerus crescit amplius, nisi usque ad decem; ac per hoc in plenitudine numeri plenitudinem mandatorum constituit. Quæ scilicet mandata quidam sic distinguunt, ut tria pertineant ad dilectionem Trinitatis, septem ad amorem fraternum, quibus societas humana non læditur. Primum mandatum pertinet ad Deum Patrem, dum dicit (1): *Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile*. Utique ut hæc audiens, fornicationem tuam in multos deos non offendas. Secundum pertinet ad Filium, ubi dicit (2): *Non adsumes nomen Domini Dei tui in vanum*, hoc est, ne æstimes, creaturam esse Filium Dei; quoniam omnis creatura vanitati subjecta est. Tertium mandatum de Sabbato ad Spiritum

(1) Exod. xx. 3. (2) Ibid. ver. 7.

Sanctum pertinet, cujus dono requies nobis sempiterna promittitur : per donum etiam Spiritus Sancti sanctificamur ; unde dicitur (1) : *Memento, ut diem sabbati sanctifices.* Sex ergo ætatibus mundi hujus operamur, quasi in sex diebus ; in septima vero die, hoc est, post hujus mundi finem requies æterna nobis tribuitur. Post tria præcepta septenarius succedit numerus pertinens ad amorem proximi, et incipit ab honore parentum, a quibus in hac vita sumimus exordium. Hoc autem mandatum in ordine est quartum, sed tamen in septem est primum; primum enim est in altera tabula. Fortasse enim ideo non una, sed duæ tabulæ sunt datæ, quia decem mandata hæc ad dilectionem Dei pertinent, et proximi. Quintum *Non* (2) *mœchaberis* (3). Sextum *Non occides*. Septimum *Non furtum facies*. Octavum *Non falsum testimonium dices*. Nonum *Non concupisces uxorem proximi tui*. Decimum *Non concupisces rem proximi tui*. De hoc enim, quod dicit: *Non habebis Deos alienos*, Apostolus dicit (4):

(1) Ibid. ver. 8.

(2) Ibid. ver. 13.

(3) Pro quinto præcepto sextum ponit, et pro sexto quod est quintum.

(4) 1. Corint. VIII. 5. seq. *Nam etsi sunt, qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra (siquidem sunt dii multi, et domini multi:) nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.*

Nam si sunt qui dicantur dii multi, *et domini multi* ; *nobis tamen unus Deus credendus est*, *qui creavit omnia* . Multi enim Gentiles, dæmones *Deos* vocant, aut certe *Angelos*, quibus regendas gentes commiserunt; appellari deos, vel dominos constat, deos quasi a Deo datos, dominos quasi a Domino acceperunt potestatem. *Statuit* (1) *enim*, inquit, *terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei*. *Non* (2) *facies tibi sculptile*, *neque omnem similitudinem*. Aliud est facere sculptile, aliud similitudinem; sculptile enim facit qui quod omnino non est, facit, sed tantum ad inventionem cordis sui machinatur; similitudinem vero facit qui alicujus, v.g. quadrupedis, vel serpentis, vel avis; aut qui facit hominis similitudinem. Non adorabis ea, neque coles. Adorant multi, licet inviti, aut timore cunctati, aut per avaritiam decepti. Colunt autem qui toto affectu venerantur, obscurissimis quæstionibus retardati. Desideratæ brevitatis modum excedimus. *Non adorabis Deos alienos*, hoc est, non adorabis vitia, sive in gastrimargia, ut

Y 2

(1) Deuteron. XXXII. 8. Versio LXX. *Constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei*, Vulg. *Constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel*.

(2) Exod. XX. 4.

legitur (1) : *Ii, quorum Deus venter est*, et in avaritia, et in fornicatione; et alia quamplurima, quæ sunt *idolorum servitus*, ut Apostolus confirmat (2) : *Propter quæ venit ira Dei.* In gastrimargia Adam peccavit; in avaritia Judas corruit, et Giezi, et Anania, et Saphira; et quomodo fuit in fornicatione Sodoma, et Gomorra. *Non facies tibi sculptile*, de malis cogitationibus dicitur. Sicut enim ferrum excidit partem de ligno, ita cogitatio mala ea, quæ in Evangelio dicuntur (3) : *Cogitationes malæ conquinant hominem. Nan adsumes nomen Domini Dei tui in vanum*. In Evangelio enim dicitur (4) : *Non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum pedum ejus est; neque per Jerusalem, quia civitas est magni Regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est; non, non. Quod autem his abundantius est, a malo est. Memento, ut diem sabbati sanctifices*, de Novo Testamento dicitur. Sicut enim sanctificavit Deus diem sabbati, et requievit in eo; sic et nos per Novum

(1) Philip. III. 19.

(2) Ephes. v. 5. 6. Vulg. *Propter hæc enim venit ira Dei*. (3) Matth. xv. 18. 19.

(4) Ibid. cap. v. 34. 35. *Scabellum est pedum ejus : neque per Hierosolymam, quia etc.*

Testamentum sanctificavit, et requiescere a peccatis fecit. *Honora patrem tuum, et matrem tuam*: Pater noster Dominus, mater autem Ecclesia. *Honora patrem tuum*, hoc est, *Dominum* (1) *Deum tuum adorabis, et illi soli servies*. Ecclesia domus Dei vocatur, et mater omnium Sanctorum in Baptismo, et Confessione, et Pœnitentia. *Non occides*, hoc est, non odies fratrem tuum; *Qui* (2) *enim odit fratrem suum, homicida est*. Et iterum (3): *Qui irascitur fratri suo, reus erit concilio*. Tribus enim modis fiunt homicidia; detrahendo, odiendo, occidendo. *Non mœchaberis*, hoc est, nisi soli Deo adhærere debes; & quod est Dei, non reddere diabolo, sed quæ sunt Dei, Deo reddere debemus in cogitationibus, in verbis, in operibus; quia his tribus delinquit unusquisque hominum. Denique Propheta ait (4): *Mihi autem adhærere Deo bonum est*. *Non furtum facies*, hoc est, quod potest homo facere, & non facit; sicut in Evangelio (5) legitur ille, qui abscondit talentum suum. *Non falsum testimonium dices*, hoc est, qui contradicit operibus verbis suis, ut in Psalmo legitur (6): *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras justitias*

(1) Matth. IV. 10.
(2) I. Joan. III. 15.
(3) Matth. V. 22. *reus erit judicio*.
(4) Psal. LXXII. 28.
(5) Matth. XXV. 18.
(6) Psal. XLIX. 16. seq.

meas , & assumis Testamentum meum per os tuum ? Tu vero odisti disciplinam , et projecisti sermones meos retrorsum . Non (1) *concupisces rem proximi tui*, domum, et omnia ejus. Proximum autem, mundum esse intelligimus ; ut est illud (2): *Nolite diligere mundum*,& (3): *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra* . Quæ enim videntur, temporalia sunt ; quæ autem non videntur , æterna . Horum itaque primum prohibet subreptionem ; secundum errorem ; tertium interficit seculi amorem ; quartum impietatem ; quintum (4) allidit fornicationem ; sextum crudelitatem ; septimum rapacitatem ; octavum perimit falsitatem ; nonum adulterii cogitationem ; decimum mundi cupiditatem . Istis enim decem præceptis regitur populus Dei , & dæmones occiduntur. Tabulæ etiam (5) lapideæ (6) fuerunt ad significandum cor Judæorum lapideum ; per lapidis enim insensibilitatem (7) demonstravit duram eorum mentis soliditatem , de

(1) Exod. xx. 17.

(2) 1. Joan. II. 15.

(3) Matth. VI. 19.

(4) Vide pag. 338. not.3.

(5) Cod. *enim* .

(6) S. Augustinus in libro *De catechizandis rudibus* numer.35. T.VI. col.286. „ Accepit . . . ille populus legem digito Dei „ scriptam in tabulis sane „ lapideis,ad significandam „ duritiam cordis illorum , „ quod legem non erant „ impleturi . „

(7) Cod. mendose *sensibilitatem* .

qua Propheta (1): *Auferam ab eis cor lapideum, et dabo eis cor carneum*; unde & Apostolus (2): *Non in tabulis lapideis, sed tabulis cordis carnalibus*. Neque enim hæ tabulæ carnales volunt, ut carnaliter sapiamus, sed in comparatione lapidis, qui sine sensu est, caro sentiat. Idcirco per lapidis duritiam significatum est cor non intelligens, sed per carnis sensibilitatem significatum est cor intelligens. In duabus autem tabulis scripta est lex, propter duo Testamenta significanda; aut propter dilectionem Dei, & proximi, in quibus *tota* (3) *lex pendet, & prophetia*. Hæc enim in singulis tabulis explicata sunt; in una enim tria præcepta ad Dei charitatem pertinentia, in alia vero septem pertinentia ad proximi societatem.

CLXXXI.

DE LEGE DOMINI

In Lege Domini duo testes sunt; vita scilicet, et conscientia. Duo Judices; meditatio, et scientia. Duo consiliarii; amor Dei, et amor proximi. Coram Deo testis est con-

(1) Ezech. XI. 19. *Et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum.*

(2) II. Cor. III. 3.

(3) Matth. XXII. 40. Vulg. *universa lex pendet, et Prophetæ.*

scientia, coram hominibus vita. Concordant autem in judicio scientia, & meditatio, dum quod fit, aut dicitur, diligenti consideratione prævidetur. Tota vero justitia prædictæ legis pendet ex duobus præcedentibus consiliariis. Ex his duobus mandatis *tota lex* (1) *pendet, & Prophetæ*.

CLXXXII.

DE QUINQUAGESIMA, QUÆ EST A PASCHA USQUE AD PENTECOSTEN

Hæc autem Quinquagesima, quæ ab ipso resurrectionis die inchoat, gaudiis potius, et divinis laudibus, quam jejuniis est celebris; ut ejus annuis festis dulcius admoneremur desiderium nostrum ad obtinenda festa, quæ non sunt annua, sed continua, non terrena, sed cælestia, semper accendere, fixumque tenere; quia non in tempore mortalitatis hujus, sed in æternitate futuræ incorruptionis vera nobis est quærenda felicitas, vera est invenienda solemnitas, ubi, cessantibus cunctis languoribus, tota in Dei visione, ac laude vita geritur; ut Psalmista (2): *Beati qui habitant in domo tua, Domine*. In hac Quinquagesima *Alleluja* frequenter cantatur: *Alleluja* namque hebræus ser-

(1) Matth. loc. cit. (2) Psal. LXXXIII. 5.

mo est, & interpretatur *Laudate Deum*. Generalis mos Sanctæ Ecclesiæ inolevit, ut hoc divinæ laudationis carmen propter reverentiam primæ auctoritatis a cunctis per orbem fidelibus hebræa voce cantetur: quod ideo fit, ut per talis consonantiam devotionis, omnis admoneatur Ecclesia, quia et nunc in una fide, et confessione, ac dilectione Christi consistere debet, et ad illam in futuro patriam festinare, in qua nulla diversitas mentium, nulla est dissonantia linguarum. In hac enim Quinquagesima genua in oratione non flectimus, quia genuum inflexio pœnitentiæ, et luctus inditium est. Quod etiam omnibus Dominicis diebus observandum est propter ejusdem resurrectionis Dominicæ, vel nostræ sacramenta. Peracta quinquagesima die non statim genua curvare debemus, sed per totam illam septimanam stantes Domino supplicamus, & *Alleluja* quotidie personamus; quia septiformis est gratia Spiritus Sancti. Jure solemnitas ejus per septem dies laude hymnorum debita simul, et Missarum celebratione colitur, quia tempore Pentecostes Ecclesia toto orbe novos semper Deo populos per aquam regenerationis aggregare consuevit. Et hoc non ex nostra persuasione, sed ex Apostolica auctoritate, sequentes Beatum Petrum Apostolum, qui in ipsa die

tria millia (1) populorum sua prædicatione lavacro Baptismatis consecravit. Merito ergo tunc stantes oramus, ob significantiam liberationis eorumdem; quia per donum Sancti Spiritus de morte animæ ad vitam resuscitari, ac resurgere meruerunt.

CLXXXIII

DE JEJUNIO QUATUOR TEMPORUM, QUOD EST INFRA OCTAVAM PENTECOSTES

Inde restat dicendum, quare cum in hoc tempore jejunium indicatur, et *Alleluja* cantatur, quod designat ineffabile gaudium; quod nullo alio tempore observatur, nisi in jejunio Pentecostes. Nam jejunium miseriam, et luctum pro peccatis significat; sed *Alleluja*, sicut dictum est, gaudium æternum, et ineffabile significat. Indicitur ergo jejunium hoc tempore, et tamen *Alleluja* remanet; quia antiqui Patres adventum Domini cupientes, de dilatione dolebant: sed quia certissime futurum sciebant, magno mentis gaudio exultabant; velut si aliquis ad rem desideratam, et certe promissam suspirans, de ejus dilatione dolet; et quasi sciret se certissime habiturum, gauderet. Propter hoc indicitur jejunium in Pentecoste, et non tacetur *Al-*

(1) Act. II. 41.

leluja ; ut si jejunamus, dolemus, et lugemus pro gaudii promissi dilatione ; jubilum tamen agimus in mente, quia illud gaudium certissime promissum dandum non dubitamus.

CLXXXIV.

QUID DEBEAT LEGI AB OCTAVA PENTECOSTES USQUE AD KALENDAS AUGUSTI

Ab octava Pentecostes usque ad Kalendas Augusti legitur liber Regum, quia sicut Samuel, David, Elias, et Heli (1) pro lege Domini pugnaverunt ; sic et nos postquam suscepimus donum Spiritus Sancti in Baptismo, et virtute formati, armati pugnare debemus contra vitia, et peccata. Unde Apostolus ait (2) : *Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem ; sed adversus principatus, et potestates, adversus rectores tenebrarum harum*.

CLXXXV.

DE LEGE, QUAM DEDIT DOMINUS MOYSI

Lex per Moysen data est ; gratia, et veritas per Jesum Christum facta est. Dominus etenim per Moysen servum suum legem servis suis dedit ; quæ omnes quidem pecca-

(1) Fortasse *Elisæus*.

(2) Ephes. VI. 12. Vulg. *Adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores etc.*

tores, reosque monstrabat, et neminem quippe justificabat. Peccata quoque ostendebat; et tamen non auferebat. Jubebat, et qui impleret, non erat. Dominus ergo, dum legem dedit, velut sapiens medicus egit, qui cum ad aliquem infirmum, quem curare vult, vadit; præmittit servum suum, ut illum inveniat ligatum. Sic ergo missa est lex, et ligavit infirmum, Dominus autem veniens salvavit eum. Lex ergo data est per Moysen, in qua quid agendum, quidve sit vitandum cælesti jure cernitur: sed quod illa præcipit, nonnisi gratia Christi completur; unde illud, quod scriptum est (1): *Non concupisces*, per Moysen lex est, quia jubetur; sed per Christum fit gratia, cum quod jubetur, impletur. Veritas autem per Christum facta est, quia umbram habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; et sicut alibi dicit Apostolus (2): *Omnia in figura contingebant illis*. Sed pro umbra lucem veritatis, pro figura legis ipsam imaginem rerum, quæ figurabantur, exhibuit Christus, quando data Spiritus Sancti gratia aperuit discipulis suis sensum, ut intelligerent Scripturas. Lex per Moysen data est, cum populis aspersione sanguinis agni mundari præceptum est: Gratia, et veritas, quæ in lege figurabatur,

(1) Exod. xx. 17. (2) 1. Cor. x. 11.

per Jesum Christum facta est; cum ipse passus in Cruce *lavit* (1) *nos a peccatis nostris in sanguine suo*. Sic cuncta, quæ dicta sunt in lege, sub typo, et figura veritatem acceperunt per gratiam.

CLXXXVI.

UBI DOMINUS APPARUIT MOYSI

Dominus in rubo (2) apparuit Moysi: flamma erat in rubo, et rubus non ardebat.

(1) Apocalyp. 1. 5.

(2) Exod. III. 2. S. Isidorus Comment. in Exod. cap. VII. pag. 450. „ Dum „ pasceret Moyses oves Je- „ thro soceri sui, vidit ar- „ dere rubum, et non com- „ buri. Apparuit in rubo „ Dominus Moysi, mittens „eum ad gentem, quam præ- „ sciebat iniquam futuram, „ et erat flamma in rubo, „ idest, in spinis, et rubus „ non cremabatur. Rubus „ spinæ peccatorum Judai- „ corum: Flamma in rubo „ verbum Dei. Quod ergo „ illis lex data est, flamma „ erat in rubo. Quod data „ lege non sunt consumpta „ peccata, rubus nec sub „ igne concremabatur. Alii „ in rubo flammante, et „ non urente Ecclesiam in- „ telligunt inflammari per- „ secutionibus, et eam lo- „ quente Domino non pe- „ rire. Quod vero Domi- „ nus Moysi in eodem rubo „ apparuisse legitur, osten- „ dit non alibi, quam in „ Ecclesia cum credentibus „ apparere: Quia nullus di- „ gne consistere, vel Deum „ videre potest, nisi qui „ cuncta terrena, et mor- „ talia deposuerit vitia: „ quod significabant illa „ Moysi calceamenta depo- „ sita. Habet quippe et „ aliam figuram id, quod „ Moyses discalceari jube- „ tur: Veterum namque „ consuetudo erat, ut si

Lex Dei erat Judæis, et tamen peccata eorum non sunt consumpta. Flamma enim lex Dei est; rubus autem peccata Judæorum sunt, quæ lex non potuit concremare: *Nihil* (1) *enim*, inquit Apostolus, *ad perfectionem deduxit lex*. Alii vero in rubo inflammato, et non combusto Ecclesiam intelligunt inflammari persecutionibus, et eam tamen, loquente in ea Domino, non perire. Alii namque per rubum Mariam significari putant, in qua virginitas (2) ardebat, et nullum detrimentum patiebatur. Quod vero in eodem rubo Dominus Moysi apparuisse legitur, significat non alibi, quam in Ecclesia eum credentibus apparere. Et dixit Dominus ad Moysen (3): *Solve calceamenta de pedibus tuis*. Illa autem Moysi deposita calceamenta, hoc significabant, quia nullus digne consistere, vel Do-

„ sponsa sponsum repudiare vellet, discalcearetur ille, et hoc esset signum repudii. Proinde Moyses discalceari jubetur, ne ad Ecclesiam, quæ in rubo significabatur, quasi sponsus calceatus accederet. Hoc enim Christo servabatur, qui verus sponsus erat; de quo dicit Joannes: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti*; utique sicut dictum est Josue, et Moysi. Hebræi autem dicunt, propterea in rubo apparuisse, et non in alio ligno, ne forte sculperent in eodem Judæi idolum. Semper enim Deus abstulit occasionem idolatriæ. „

(1) Hebr. vII. 19. *Nihil enim ad perfectum etc.*

(2) Cod. *divinitas*.

(3) Exod. III. ver. 5. *Solve calceamentum*.

minum videre potest, nisi qui cuncta terrena, et mortalia deposuerit vitia. Est et alia figura in eo quod excalceari jubetur Moyses; veterum namque consuetudo erat, ut si sponsam sponsus repudiare (1) vellet, discalcearetur ille, et hoc esset signum repudii; proinde Moyses excalceari jubetur, ne ad Ecclesiam, quæ in rubo significabatur, quasi sponsus calceatus accederet: Hoc enim Christo servabatur, qui verus sponsus erat, de quo dicit Joannes (2): *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus*.

CLXXXVII.

QUARE IN RUBO DOMINUS APPARUIT MOYSI

Dominus (3) enim propterea in rubo apparuit Moysi, et non in alio ligno, ne forte exculperent in eodem Judæi idolum; semper enim abstulit Dominus causam idolatriæ.

(1) Deuteron. xxv. 9.

(2) Joan. 1. 27. *Cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.*

(3) Vide S. Isidorum Hispalensem in Exod. Comment. cap. cit.

CLXXXVIII.

DE SCENOPHEGIA

Scenophegia siquidem *tabernaculorum* (1) *celebratio* dicitur, quæ apud filios Israel magna cum veneratione decima die mensis septimi, ob suæ liberationis recordationem ab Ægyptiaca servitute, annue celebrabatur (2). Qui mox ut a præfata liberati sunt servitute, transeuntes mare rubrum, a vasta eremo suscepti, per quadraginta annos in eadem in papilionibus, atque tabernaculis habitaverunt, donec ad terram promissionis pervenerunt. Hæc tabernaculorum solemnitas, non unius diei, sed multorum erat; quam Joannes Evangelista declarat, dicens (3): *Mediante autem die festo*; et alibi (4): *In novissimo autem die magnæ festivitatis stabat Jesus*. Illud sane sciendum est, quia non vacat mysterio (5), quod Scenophegia celebratur. Ecce Apostolus (6): *Omnia*, inquit, *in figura contingebant illis*. Quod si omnia, ergo et dies festi, et Sabbatorum, ac Neomeniarum, nec non et ri-

(1) Exod. cap. XXIX.

(2) Cod. mendose *celebratur*.

(3) Joan. VII. 15. *Jam autem die festo mediante*.

(4) Ibid. ver. 37. ubi *die magno*.

(5) Supplevimus *mysterio*.

(6) 1. Cor. X. 11.

et ritus sacrificiorum, atque legalis cuncta observatio. Hinc est igitur, quod idem ait (1): *Finis legis Christus est*. Ergo et Scenophegia contigit illis in figura. Sed videamus, cujus hic dies festus umbra erat futuri. Videamus igitur, qui sint Israelitæ; cuncti scilicet fideles recte *Israelitæ*, hoc est, viri videntes Dominum vocantur. Ipsi nimirum & Hebræi sunt, hoc est, *transitores*, nec non et Judæi *confessores*. Hi profecto ab Ægyptiaca servitute, hoc est, dæmonum liberati suasione nihilominus, et mundi hujus cupiditate, mare quoque rubrum, hoc est, Baptismi transeuntes Sacramentum, quod et rite dicitur rubrum, quoniam Domini Sanguine est rubricatum; ab eremo sanctæ sunt suscepti Ecclesiæ, quæ in hujus vitæ consistit afflictione, et amaritudine. Quamdiu ergo in hac sumus, non in domibus manufactis, non fundamento locatis, sed in deserto, et in tabernaculis commoramur; quoniam quidem: *Non* (2) *habemus hic manentem civitatem, sed futuram expectamus in cælis*; et iterum (3): *Scimus autem, quia si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur*,

Z

(1) Rom. x. 4.

(2) Hebr. xiiI. 14. *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*.

(3) iI. Cor. v. 1. *Scimus autem, quoniam etc.*

quod ædificationem ex Deo habemus : *domum non manufactam* , *æternam in cælis* . In hac etenim eremo commorantur peregrini, et advenæ , quos alloquitur Petrus , dicens (1) : *Obsecro vos tamquam advenas* , *et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis*, *quæ militant adversus animam* . Quos et Apostolus alloquitur, dicens (2) : *Jam non estis hospites* , *et advenæ* ; *sed estis cives Sanctorum* , *et domestici Dei* ; ac si diceret : *hospites* a regno patriæ celestis fuistis , sed jam nunc mundum contemnendo *cives* effecti estis . Hinc est, quod Abel occiso , Chain civitatem (3) legitur ædificasse , et eamdem *Henoch* appellasse . Henoch vero septimus ab (4) Adam in generatione justorum translatus narratur fuisse . Per Chain ergo , qui civitatem ædificavit , illi profecto designantur , qui hujus mundi gloriam quærunt, quæ per Henoch civitatem figurate ostenditur . Unde est illud (5) : *Hæreditas* , *ad quam festinatur in principio* , *in novissimo benedictione carebit* . Illi nimirum, qui hic gloriam non quærunt , ut terram promissionis ingrediantur , omni desiderio præstolantur ; hinc est , quod in sonitu Domini transeuntis stetisse Elias legitur in ostio papilionis (6) sui . Nota ergo , quia non intus,

(1) I. Pet. II. 11.
(2) Ephes. II. ver. 19.
(3) Genes. IV. 17.
(4) Addidi *ab* .
(5) Prov. cap. XX. ver. 21.
(6) III. Reg. XIX. 13.

sed in ostio stetit,quia quicumque Dei Spiritu tanguntur, et illuminantur, in ostio stant, quando totius cordis affectu expectant, ut a corpore exuantur, et ad æternæ felicitatis beatitudinem perducantur.

CLXXXIX.

DE ENCÆNIA (1)

Encænia festivitas erat dedicationis templi; Grece enim *cænon* (2), latine dicitur *novum*. Illum ergo diem, quo templum Domini dedicatum est, Judæi solemniter celebrabant. Templum Dei nos sumus; unde Apostolus (3): *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Cum enim fuerimus æquales Angelis, renovabimur spiritu mentis nostræ secundum imaginem ejus, qui creavit nos, quam peccando Adam perdidit. Renovabimur autem & carne, cum corruptibile hoc (4) induerit incorruptibilitatem, ut sit spirituale corpus, in quo nondum mutatus, sed mutandus fuerat Adam, nisi mortem corporis peccando meruisset.

(1) Vide S. Isidorum *de Eccl. Off.* lib. I. cap. XXXV. pag. 592. Hrabanum Maurum lib. II. cap. XLV. p. 351.

(2) Vide S. Augustinum in Joan. Evang. cap. X. Tract. XLVIII. numer. 2. Tom. III. Part. II. col. 614.

(3) I. Corint. III. 17.

(4) Ibid. cap. XV. ver. 54.

CXC

DE CIRCUMCISIONE

Præcepit enim Dominus Abrah
cens (2) : *Infans octo dierum circun
vobis , omne masculinum in gen
suis , tam vernaculus , quam emptit*
autem aliud significat circumcisio ,
novatam naturam post Baptismum
poliationem veteris hominis ? Et
vus dies , nisi Novum Testamentum
per resurrectionem Salvatoris octav
sabbatum factam renovamur ; et
vitiis novi homines efficimur Christ
domade completo post sabbatum re
quid est enim circumcisio , nisi mem
liatio ? quid est autem membri expol

(1) Hæc in margine: „Nam „ Abraham interpretatur „ *excelsus* , Abraham *pater* „ *multarum gentium* : quo „ nomine nunciabatur, quod „ multæ gentes fidei ejus se- „ querentur vestigia. Quod „ vero dicit : *Qui non cir- „ cumciditur octava die, pe- „ ribit anima illa , quia pa- „ ctum meum irritum fecit*, „ significat , quod parvuli „ non secundum opus, sed se- „ cundum orig „ mo homine „ dissipaverun „ nes peccave „ cumcidimus „ cum cogitati „ abdicamus ; „ et auribus d „ circumcisi , „ superflua , „ clinemus . „

(2) Genes. XV

carnalium voluptatum abolitio? Ipsa denique quomodo agebatur circumcisio? cultro videlicet petrino. Petrinus siquidem culter Christus est: sic enim ait Apostolus (1): *Petra autem erat Christus*. Vel circumcisio est omnimoda peccatorum remissio, quæ fiet in octava nostræ resurrectionis; et hoc petrinis cultellis, hoc est, per fidem passionis Domini nosti Jesu Christi, qui *petra* dicitur. Christus etenim vocatur *petra*, quia inexpugnabile ad se confugientibus præsidium tribuit; quia sperantes in se ab antiqui hostis insidiis munitos, ac tutos reddit; quia spiritualium nobis Karismatum fluenta ministrat; quia sacrosancta nos sui sanguinis communione purificat. Quod (2) vero non solum filios, sed et servos vernaculos, emptitios (3) circumcidi præcepit; ad omnes gratiam redemptionis pertinere testatur. Ibi parentum mutantur et nomina, ut omnia resonent novitate. Nihil enim grande est Sabbata, & Neomenias, et circumcisionem carnis, et Scenophegia, et Encænia, et multa alia carnaliter observare. Si autem spiritualiter quis cœpit observare; illæ observantiæ, quæ erant car-

(1) 1. Corint. x. 4.

(2) Proxima verba usque ad *nihil enim grande est etc.* ad literam accepta sunt ex S. Isidori Comment. in Genes. cap. XIII. pag. 427.

(3) Genes. XVII. 12.

naliter parvæ, erunt spiritualiter magnæ: qui enim legem legere noverunt, et implere non possunt, lex illa sola litera sine spiritu est eis. Nihil est aliud talibus, nisi litera, quæ litera non est adjutrix legentium, sed testis peccantium. Ab ejus ergo damnatione liberantur, qui per Spiritum innovantur, ut jam non sint obligati literæ ad pœnam, sed intellectui, per justitiam copulati. Inde est illud (1): *Litera occidit, spiritus autem vivificat*. Lex enim tantummodo lecta, et non intellecta, vel non impleta utique litera est, et non spiritus. *Spiritus autem vivificat, quia plenitudo* (2) *legis est charitas, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*.

CXCI.

QUID DEBEAT LEGI A KALENDIS AUGUSTI USQUE AD KALENDAS SEPTEMBRIS

A Kalendis Augusti usque ad Kalendas Septembris legitur Salomon, hoc est, Sapientia: Augustus enim sextus est mensis; et in sexta ætate venit Dominus, unde debemus propter ejus præsentiam sapienter vivere, quia inter nos audita est illa sapientia, quæ

(1) II. Corint. III. 6.

(2) Rom. XIII. 10. *Plenitudo ergo legis est dilectio.* Cap. autem V. *charitas Dei diffusa est etc.*

ex ore Altissimi prodiit. Rursus: iste mensis calidus est, et medius anni, et in media ætate, ubi quisque ab æstu vitiorum plus accenditur, magis debet sapientia succurere. Ubi tanto sapientius est agendum, vel cavendum, quanto plus valet ætatis perfectio ad resistendum: tunc enim necesse est, ut cor hominis concaleat, et in meditatione ejus ignis exardescat; quoniam Dominus ignem venit mittere in terram; et necesse est, ut ardeat. Signum mensis Augusti est Leo. Leonem ingentem in Græcia Hercules occidit, et ob virtutem suam hunc inter duodecim signa constituit (1). Hoc signum sol cum adjerit, nimium calorem mundo reddit (2).

Augustum mensem leo fervidus igne perurit.

(1) S. Isidorus Originum lib. III. cap. LXX. pag. 48. col. 2. „ Leonem, *inquit*, „ ingentem Hercules in „ Græcia occidit; et propter virtutem suam hunc „ inter duodecim signa constituit. Hoc signum sol „ cum attigerit, nimium „ calorem mundo reddit, „ et annuos flatus, et æstus „ facit majores, quam in „ toto reliquo anno. „

(2) Leo enim calidior om„ nibus animalibus est; et „ ideo in Augusto, qui est „ calidior aliis mensibus, „ positus est. „ Ita in margine.

CXCII.

QUID IN SEPTEMBRI DEBEAT LEGI

In Septembri legitur Job, Tobia, Ju-
, et Esther: Hi sunt enim, qui omnia
ersa patienter sustinuerunt. Sic et nos in
ima ætate, qua mundus finietur, adver-
quæ fient, debemus pro Domino patienter
rare. In tertia septimana Septembris, et
ertia Decembris jejunium quatuor tempo-
celebramus. Provisum tamen est, ut prop-
Natale Domini fiat ita, ut in ultimo sabbato
Natale Domini sit ultimus dies jejunii.

tia Septembris jubet hæc, eademque Decembris

num Septembris est Virgo. Virginis (1)
num idcirco inter astra collocaverunt,
pterea quod eisdem diebus, in quibus per
n sol decurrit, terra exusta solis ardore ni-
pariat.

CXCIII.

QUID DEBEAT LEGI IN MENSE OCTOBRI

A Kalendis Octobris usque ad Novembrem
ntur libri Machabæorum; iste enim mensis
ivus lætitiam resurrectionis mystice signifi-
, quia sicut Judæi finitis præliis, et restau-

(1) Confer S. Isidorum Originum lib. cit.

rato templo (1), in hymnis, et confessionibus benedicebant Dominum; sic in gloria resurrectionis, et magnæ festivitatis, destructis præliis diaboli, sancti, et justi in Domino festive gaudebunt; justa illud (2): *Beati qui habitant in domo tua, Domine*. Signum (3) Octobris est Libra. Libra vocata est ab æqualitate ipsius mensis, quia octavo Kalendas Octobris sol per eum signum currens, æquinoctium facit.

Æquat et October sementis tempore Libram.

CXCIV.

QUID IN NOVEMBRI DEBEAT LEGI

A Kalendis Novembris usque ad Adventum Domini, hoc est, usque ad Kalendas Decembris legitur Ezechiel, Daniel, et duodecim Prophetæ minores. Ezechiel enim vidit quatuor animalia in figura quatuor Evangelistarum, qui Domini Nativitatem, Passionem, Resurrectionem, Ascensionem per mundum prædicantes docuerunt; quorum quisque ex principali intentione meruit. Daniel quoque Christum venturum prophetavit

(1) 1. Esdræ c.VI. ver.14. seqq. (2) Psal.LXXXIII. 5. (3) Vide S. Isidorum loc. cit.

dicens (1): *Aspiciebam in visu noctis, & ecce Filius hominis venit*. Similiter et alii Prophetæ nasciturum Dominum prædixerunt. Sed ideo ante adventum ejus leguntur, quia ipse est Salvator mundi, quem nasciturum de Virgine prædixerunt; vel quia clarius ejus adventum prædixerunt. Signum (2) Novembris est Scorpio, eo quod Orionem (3) adminiculo Dianæ (4) bestias interficientem percusserit, et occiderit (5).

Scorpius hibernum princeps jubet ireNovembrem.

(1) Dani. vII. 13. *Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat*.

(2) S. Isidorus Originum lib. cit. „ Scorpium quoque, „ et Sagittarium propter „ fulgura mensis ipsius appellaverunt. „

(3) Adeundus S. Hieronymus lib. vi. in Isaiam c. xiii. Tom. iv. col. 140., et lib. iI. comment. in Amos cap. v. Tom. v. col. 247., necnon S. Gregorius Magnus Moral. lib. ix. in cap. ix. Job. cap. vi. Tom. i. col. 290.

(4) In cod. inter verba *adminiculo Dianæ*, et *bestias interficientem* hæc leguntur: „ Pene omnes, „ quos Scorpius cauda pungit in mense Novembri, „ in quo frigus incipit ..... „ positus est. „

(5) Respicit ad fabulam a veteribus Poetis descriptam, qua commenti sunt, Orionem interfectum a Scorpio, quem irata Tellus in illum immiserat, propterea quod gloriatus fuerat, nullum in terris esse animal, quod vincere non posset; a Diana vero ejusdem misericordia commota inter sidera collocatum.

CXCV.

DE MENSE DECEMBRI, ET EJUS SIGNO

Signum Decembris est Sagittarius (1). Sagittarius vir equinis cruribus deformatus, cujus sagittam, et arcum adjungunt, ut ex eo mensis ipsius fulgura demonstrentur; unde et *Sagittarius* est vocatus.

Terminat Architenens medio sua signa December.
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum (2).

September, October, November, December, ex numero, et imbribus acceperunt vocabula, quia tales sunt a Martio; et imbres habent.

CXCVI.

DE MENSE JANUARIO, ET EJUS SIGNO

Januarius (3) enim dictus est a *Jano*, cui fuit a Gentibus consecratus. Vel quia finis est, et janua sit anni; unde et bifrons idem Januarius pingitur, ut introitus anni, et exitus demonstretur. Signum ejus Capricornus. Capricorni (4) figura ideo inter sidera

(1) Vide S. Isidorum Originum lib. cit.

(2) „Sagittarius in mense „Decembri positus est, „scilicet frigus mittit sa- „gittas suas, hoc est, ni- „vem, et pluviam. „ Sic etiam in margine.

(3) Adeundus S. Isidorus Etymologiarum, seu Originum lib.v. cap. XXXIII. pag.64. col.2.

(4) Vide S.Isidorum Orig. lib.cit. in pag.359. not.1.

scripta est propter capram, Jovis nutricem; cujus posteriorem partem corporis in effigiem piscis ideo formaverunt, ut pluvias ejusdem temporis designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere. Et sicut capra pastum quærit in montibus, ita hoc tempore sol mittit radios suos ad montes.

CXCVII.

DE MENSE FEBRUARIO, ET EJUS SIGNO

Februarius (1) dicitur a *Februo*, hoc est, a *Plutone*, et non a *febre*; cui eo mense sacrificabant. Signum Februarii est Aquarius. Aquarius ab imbribus vocatus est, quia hyeme, quando in his signis sol vehitur, majores pluviæ perfunduntur.

Humidus inde locum conlucet Aquarius orbem.

(1) S. Isidorus loco proxime cit. „ Februarius nuncupatur a Februo, idest, „ a Plutone, cui eo mense „ sacrificabatur. Nam Januarium Diis superis, „ Februarium Diis manibus Romani consecraverunt. Ergo Februarius a „ Februo, idest, a Plutone, non a febre, idest, „ ægritudine nominatur. „

CXCIX.

DE MENSE MARTIO

Martius (1) dictus est propter Martem Romanæ gentis auctorem, et est initium anni. Signum Martii Pisces; Pisces enim ab imbribus sunt dicti.

Præcedunt duplices in Martia tempora Pisces.

CC.

DE MENSE APRILI

Aprilis (2) dicitur, quasi *Aphrilis*, quia terras tempore suo aperit in flores. Signum Aprilis est Aries. Frixus cum Helle sorore sua fugiens insidias Novercales visus est per aerem vehi in pellem arietis velleris aurei, cui transfugienti Navis parata erat, in signo cujus Aries fuit (3).

(1) S.Isidorus Orig.lib.v. cap. XXXII. „ Martius, *ait*, „ appellatur propter Martem Romanæ gentis auctorem, vel quod eo tempore cuncta animantia ad marem aguntur, et ad concubendi voluptatem. Idem appellatur et mensis novorum, quia anni initium mensis est Martius. „

(2) Idem loc. cit. pag.65. „ Aprilis pro Venere dicitur, quasi Afrodis, græce enim ἀφροδίτη Venus dicitur, vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi Aprilis. „ Confer Bedam *de Temporum Ratione* Tom.II. p.77.

(3) „ Aries ab æquinoctio autumnali usque ad vernale æquinoctium jacet

CCI.

DE MENSE MADIO, ET JUNIO

Madius (1) autem dictus est a *Maja* matre Mercurii, vel a *majoribus natu*, qui erant principes reipublicae. Nam hunc mensem majoribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt. Unde (2) et *Junius* dictus est. Signum vero Madii Taurus, quia Juppiter in mense Aprili fabulose versus est in bovem (3). Junius habet signum Gemini.

Sunt Gemini clarum lactantes lucibus ignem(4).

„ super latus sinistrum; ab „ æquinoctio vernali usque „ ad autumnale jacet super latus dexterum; quod „ significat, solem usque „ ad medietatem anni ascendere, deinde descendere. „ Sic in margine.

(1) S. Isidorus loc. cit.

(2) S. Isidorus ibid. „ Unde Junius dicitur. Ante „ enim populus in centurias seniorum, et juniorum divisus erat. „

(3) Vel quia hoc tempore „ bove aratur terra. „ Sic in not. marg.

(4) De binis hisce mensibus hæc in marginali nota: „ Gemini duo fratres, unus „ bonus, alter malus; bonus amplectitur malum, „ tribuens ei de bonitate „ sua; ita et dupliciter hoc „ tempore tribuit nobis beneficia terræ. „

CCII.

DE MENSE JULII, ET AUGUSTI

Julius (1), et Augustus de honoribus hominum Julii, et Augusti Cæsarum (2) nuncupati sunt: Nam prius *Quintilis*, quia quintus erat a Martio, quem principium anni testantur esse Romani (3). Signum ejus Cancer (4), eo quod cum ad eum signum mense Juijo sol venerit, retrograditur in modum Cancri; brevioresque dies facit.

(1) Similia leguntur apud S. Isidorum loc. cit.

(2) Ita emendavimus ex S. Isidoro. Cod. mendose. *Cæsare*.

(3) Subdit S. Isidorus: „ Sextilis, quod sextus sit.„ Inde: „ September, *ait*, „ nomen habet a numero, „ et imbre, quia septimus „ est a Martio, et imbres „ habet: Sic et October, „ November, atque De- „ cember ex numero, et „ imbribus acceperunt vo- „ cabula: quem numerum „ decurrentem December „ finit, pro eo quod dena- „ rius numerus præceden- „ tes numeros claudit.„

(4) S. Isidorus Originum lib. III. cap. LXX. „ Cancrum quoque dixerunt, „ eo quod cum ad id si- „ gnum mense Junio sol ve- „ nerit, retrograditur in „ modum Cancri, brevio- „ resque facit dies; hoc „ enim animal incertam ha- „ bet partem primam: de- „ nique ad utramque par- „ tem gressum dirigit; ita „ ut prior pars sit poste- „ rior, et posterior prior.„

CCIII.

DE MATUTINO (1)

Media nocte juxta Prophetam, ad confitendum Domino surgere debemus, quia populum sedentem in tenebris, et umbra mortis Christus redimere natus de Virgine, noctis in tempore venit. Nam testatur Evangelium (2), *quia erat Jesus pernoctans in oratione Dei*. Paulus, et Silas (3) in custodia publica circa noctis medium orantes, hymnum audientibus cunctis dixisse memoratur; ubi repente terræmotu facto, et concussis carceris fundamentis, et januis portæ apertis, omnium vincula sunt soluta. In Novo Testamento ex illo tempore, quo Dominus noster Jesus Christus in Betlehem nasci dignatus est, matutinæ celebritatis Officium per universum mundum celebrari invaluit. Matutina (4) autem

(1) De Matutinis consule S. Isidorum lib. I. *de Eccl. Off.* cap.xxiiI. pag.588. et Amalarium lib.iv. cap.xiI. de *Matutinali Officio* p.228.

(2) Lucæ cap.vi. ver. 12. *Et erat pernoctans in oratione Dei*.

(3) Act. xvi. 25. 26.

(4) S. Isidorus loc. citat. sic ait: „ Matutina enim „ luce radiante Dominus, „ et Salvator ab inferis re- „ surrexit, quando cœpit „ oriri fidelibus lux, quæ „ moriente Christo occide- „ rat peccatoribus. Siqui- „ dem et eodem tempore „ cunctis spes futuræ resur- „ rectionis creditur: cum „ justi, et omnes ab hac „ temporali morte, quasi „ a sopore somni resurgen- „ tes evigilabunt. „

tem luce radiante Dominus, et Salvator noster ab inferis resurrexit; et eodem tempore cunctis spes resurrectionis futuræ creditur. Matutinum autem a stella *Lucifero* est appellatum, quæ oritur inchoante mane; quorum duorum temporum significatione ostenditur, ut die, ac nocte semper Deus laudetur. Quia enim somno dominante hucusque conticuimus, Deum deprecemur, ut labia nostra ad laudem suam pronuntiandam aperire dignetur. Postea, ut in ceterarum horarum primordio, ipsum in nostro opere adjutorem invocamus, dicendo: *Deus* (1) *in adjutorium meum intende*. Hic enim versiculus de tota serie literarum excerptus, adversus potestates dæmonum, et infestationem inexpugnabilis est murus, et a cunctis vitiis expurgans, ad ineffabilem ardorem orationis paucis provehit. Habet quidem Dei invocationem, et piæ confessionis humilitatem, præsentisque semper astantis præsidii confidentiam. Deinde dicitur *Gloria Patri, et Filio*. Iste enim versiculus post unumquemque psalmum cantatur; ideo scilicet, quia quisque sive de laude tractet, sive de historia, semper fit ad comparationem Trinitatis. Sic vero exponitur: *Gloria*, hoc est, fama cum laude frequenter cantetur, et proferatur a nobis: *Pa-*

A a

(1) Ex Psal. LXIX. 1.

tri, *et Filio*, *et Spiritui Sancto*, ut in omnibus operibus nostris semper honorificetur Deus, et laudetur, sicut Apostolus hortatur (1): *Sive manducatis*, *sive bibitis*, *sive aliud facitis*, *omnia in gloriam Dei facite*. Tunc glorificatur Deus in omnibus operibus nostris, quando declinantes a malis cogitationibus nostris, et operibus, bonum volumus, bonum operamur, non in terrenorum appetitu, sed aeternorum affectu. Et quicquid boni agimus, totum misericordiae Dei adscribimus. Necessario tamen dico, ut gloria sit Patri, ut non tantum causas habeam novas, pro quibus admoneam eum glorificari, sed pro his causis detur gloria, hoc est, pro quibus danda erat, et reddenda in principio gloria, hoc est, ante mundi constitutionem. *Et nunc*, hoc est, in praesenti: *Et semper* erit in secula futura constantia multis. Gloria est aequalitas Filii, cum Patre; unde Apostolus (2): *Omnis lingua confiteatur*, *quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris*. Et gloria est favor humanus; unde Dominus in Evangelio ait: (3) *Ego gloriam meam non quaero*, *est qui quaerat*, *et judicet*. Est et gloria resurrectionis; unde Psalmista (4): *Exurge gloria mea*.

(1) I. Corint. x. 31. Vulg. *Sive ergo manducatis*, *sive bibitis*, *sive aliud quid facitis etc.* (2) Philippens. II. 11.

(3) Joann. VIII. 50. *Ego autem non quaero gloriam meam etc.*

(4) Psal. XVI. 9.

Est gloria Majestatis; unde Apostolus (1): *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria*: Est et gloria multitudinis Sanctorum; unde Psalmista (2): *Gloriosus Deus in Sanctis suis*. Et Salomon (3): *Gloria principis in multitudine populi*. *Amen*, hoc est, *ita fiat*; & *verum sit*. Vel sic: *Amen*, hoc est, *sine defectione*. *A*, idest *sine*; *menes*, idest *defectio*; inde dicitur *Amen*, idest *sine defectione*. Vel sic: *Amen*, hoc est, *verum est*; quod sermo sonat, affectus sentiat. Vel sic: *Amen*, hoc est, *in perpetuum*. Postea vero, et nos, et alios in ejus servitio invitamus, juxta illud (4): *Venite ad me omnes, qui diligitis me*. Postea hymno dicto ad eum placandum duodecim psalmos canimus sub trina glorificatione; ut per duodecim horas a Domino ab omnibus malis liberemur. Similiter cum tribus antiphonis. Et quia haec custodia per sex aetates mundi necessaria fuit, sex alios psalmos sex aptiphonis conjungimus. Per antiphonam namque charitas exprimitur; Antiphona (5) enim a graeco interpretatur *vox reciproca*. Versu ad excercendos animos

(1) Coloss. III. 4.

(2) Psal. LXVII. 36. Vulg. *Mirabilis Deus etc.*

(3) Proverb. XIV. 28. Vulg. *In multitudine populi dignitas Regis*.

(4) Eccli. XXXIV. 26. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me*.

(5) S. Isidorus Etymologiarum lib. VI. cap. XIX. pag. 80.

dicto, et oratione Dominica, ad mundanda corda nostra, finita; nec non benedictione a Sacerdote vice Christi accepta, tres Lectiones leguntur. Harum (1) unamquamque suum Responsum subsequitur. Lectionibus itaque prædicatio (2), Responsis bona opera, quæ subsequi debent, designantur. Sex enim ætates tribus temporibus, hoc est, naturalis legis, literæ, et legis gratiæ concluduntur. Quod idem in Dominicis diebus in primo nocturno duodecim psalmos cum trina glorificatione Sanctæ Trinitatis canimus, et ipsos quaternatim una glorificatione, et una antiphona copulamus, duodecim Prophetas ad memoriam reducimus, ex quibus Judaicus populus est propagatus, qui in quatuor virtutibus, scilicet Prudentia, Fortitudine (3), Justitia, Temperantia permanentes, easque Trinitatis fide, et charitate continentes, Domino devote servierunt (4), quorum exemplis debemus instrui. Per secundum nocturnum designantur ii, qui in lege fuerunt eadem fide, & charitate muniti. Per tertium nocturnum designantur ii, qui sub gratia fuerunt eisdem virtutibus illuminati. Per novem Lectiones, quibus *Te Deum laudamus*, hoc est, laudem Dei conjungimus designa-

(1) Cod. *His*. (2) Ita posuimus. Cod. *prædicamus*. (3) Cod. mendose *Fortitudo*. (4) Cod. *servientes*.

tur, nos trium horum temporum Sanctorum exempla imitari verbo, et opere debere; ut novem ordinibus Angelorum adjungi mereamur, et ex nobis restauretur, qui Divinis incessanter adhæreat laudibus. Quando enim Ecclesia cantat novem psalmos, et totidem Lectiones, et Responsoria, repræsentat novem ordines Angelorum, quibus associari debemus; in tribus nocturnis, ut Trinitati placeamus. Et hoc fit in nocte, idest, in umbra; quia militans Ecclesia gerit typum, et umbram triumphantis Ecclesiæ. Sed notandum est, quod quando aliquis incipit legere, utitur syncopato nomine, et quare? quia fit directio sermonis ad semiplenum dominum, idest, ad imperfectum, idest, ad Sacerdotem; In fine vero Lectionis utitur pleno vocabulo, quia fit directio ad plenum Dominum, idest, ad Jesum Christum, dicens: Si ego peccavi in modulatione vocis, vel populus minus fuerit intentus ad audiendum, *Tu autem, Domine, miserere nobis*. Per Officium matutinale Baptismum Israeliticæ plebis recolimus, per quem noster Baptismus figuratur; quod in vigilia matutina Exodus (1) narrat esse factum, dum necatis Divina potentia hostibus rubrum mare transivit Israeliticus populus. Inde etiam Dominicam resurrectio-

(1) Exod. cap. XIV. ver. 24.

nem recolimus, quam summo diluculo Angeli mulieribus nuntiaverunt.

CCIV.

IN LAUDIBUS

In hac hora quinque canimus psalmos ad muniendum quinque sensus corporis. Per primum psalmum primitiva Ecclesia designatur de Judæis. Per secundum de Gentibus. Per tertium, cui alius psalmus sub una *Gloria* adjungitur, designatur uterque populus, scilicet Gentilis, et Judaicus, qui in fine mundi una fide, una lege junguntur. Per quartum, quem tres pueri in camino (1) ignis illæsi decantaverunt, designatur Antichristi tribulatio, quam uterque populus pro Christo patietur. Quo finito non dicitur *Gloria Patri*, quia tempore illius novissimæ persecutionis multi, qui fidei lumen Ecclesiæ præbebant, timore ipsius persecutionis cadent de fide sua, quia mutabuntur de fide ad infidelitatem, et carebunt gloria Christi, et luce Divina. Per tres psalmos, qui sub una *Gloria* conjunguntur, significantur tres ordines, Noe, Daniel, et Job esse salvandi. Per Noe, qui arcam rexit (2) in undis, designatur ordo Prædicatorum: Per Danielem, qui in aula

(1) Dani. III. 52. seqq. (2) Genes. cap. VII.

regis (1) continens fuit, designatur ordo Continentium. Per Job, qui conjugatus (2) fuit, designatur ordo Conjugatorum. Tres enim dicuntur, qui sunt in lecto, in agro, in mola: Isti in judicio reperientur.

Per Capitulum vero, quod a Sacerdote dicitur, hortamur in bono opere perseverare, cui nos obedientes, hymnum Domino resonamus. Versu quoque excitati hymnum Zachariæ concinimus, in quo Dominum jurasse et redemptionem nobis per Abraham promissam complevisse collaudatio profitetur; vel hymnum Zachariæ ideo concinimus, quia est Prophetæ, qui nuntiavit lumen futurum eis, qui sedebant in tenebris. Versu incepto, juxta quod Dominus præcepit Moysi (3), Sacerdos incensum super Altare adolebit. Per incensum quippe odor boni operis designatur, sicut ait Apostolus (4): *Bonus odor sumus in Christo*.

CCV.

DE THURIBULO

Thuribulum significat corpus Domini. Ignis in Thuribulo significat corpus Christi in sepulcro. Thus in igne significat orationem.

(1) Dani. cap. 1.
(2) Job. cap. 1.
(3) Exod. xxx. ver. 7.
(4) II. Corint. II. 15. *Christi bonus odor sumus Deo*.

Thuribulum enim est corpus Christi in sepulcro, plenum igne tribulationis, et charitatis, et odore virtutum. Vel aliter: Thuribulum enim significat Sanctam Ecclesiam igne Divini amoris succensam, quotidie dicentem: *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum*. Fumus vero incensi est virtus lacrymabilis compunctionis Sanctorum, qui sunt (1) igne tribulationis, et charitatis accensi: Vel est Ecclesia, tendens ad cælestia. Fumus enim ex igne natus in alta conscendens paulatim se humanis subtrahit aspectibus; sic Ecclesia igne Spiritus Sancti, in amore Dei accensa ascendere non desinit, donec a terrenis subtracta ad invisibilia cæli rapiatur. Per Versum vero, exercitatio boni operis designatur. Quo finito, Domino gratiæ referuntur, sicut in aliis horis. Et lampades ardentes significant fulgentes fructus charitatis, et misericordiæ. Qui in imitatione sanctitatis positus est, et verbum ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est, quia et sibi ardet, et aliis lucet. Per lampades enim Christus intelligitur, quia fidei lumen Ecclesiæ præbet, ne in nocte præsentis vitæ ad patriam tendentes erroris foveam incurrant. Cerei vero denique ante Altare accensi ponuntur in Matutino, et significant claritatem, quæ latebat *in Mosaica* lege, qui Matutino finito debent extingui; quia fini-

(1) Supplevimus *qui sunt*.

to Veteri Testamento, et Novo inchoato verum lumen habemus, hoc est, verum Deum, et hominem, qui est lux vera, unde Joannes Apostolus ait(1): *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Candelabrum Christus est, in quo natura humanitatis fulsit lumine Divinitatis, ut candelabrum mundi fieret, cujus lumine peccatores tenebras suas agnoscant. Vel candelabrum est Ecclesia, quæ lucem Verbi prædicando, et faciendo ostendit.

CCVI.

DE SEPTEM CANDELABRIS AUREIS

Septem Candelabra aurea significant septiformem Ecclesiam ad alta tendentem, ut Candelabra faciunt. Ecclesiam, dico, ornatam septem donis Spiritus Sancti, tamquam septem luminibus Ecclesiæ. Dico *auream*, hoc est, munere divinæ sapientiæ, et charitatis, constantia tribulationum fulgentem.

CCVII.

DE HORA PRIMA.

In Hora prima, quæ finis est noctis (2), et initium diei; quia in nocte cum salute transegimus, Pastori nostro gratias reddere debemus, et quinque sensibus corporis quidquid

(1) Joan. 1. 9. (2) Supp levimus *noctis*.

mali contraximus, ejus misericordiam postulantes precibus, et lacrymis delere debemus; idcirco in ea quinque Psalmos canimus, eosque trina Sanctæ Trinitatis glorificatione nectimus, ut quinque nostri sensus per ejus fidem muniantur; quibus fidem catholicam a Beato Athanasio Alexandrino Episcopo (1) expositam audivimus, ut contra omnia adversa visibilia, et invisibilia sit nobis inexpugnabilis clypeus. Hæc autem hora merito celebratur, quia Christus summo diluculo a mortuis resurrexit; quia sicut Evangelista (2) narrat, Sanctæ mulieres ad monumentum cum aromatibus valde mane una sabbatorum, orto jam sole, venerunt.

CCVIII.

DE VESTIBUS PONTIFICALIBUS, SEU SACERDOTALIBUS (3)

Expositis omnibus, quæ superius dicta

(1) Vide Azevedo loc. cit. pag. 317. not. 3.

(2) Matth. cap. XXVIII. Mar. XVI. Lucæ XXIV. Jo. XX.

(3) Quæ ab hoc Numero usque ad Numerum *de Ferula* leguntur, accepta sunt ex Opusculo sæpe citat. S. Brunonis, cujus Opusculi pars, ex qua hæc sumpta, inscribitur apud Acherium: *Quid significent Vestimenta Episcopalia*. De iisdem autem Vestibus Pontificalibus, et Sacerdotalibus agunt ex veteribus, qui res Liturgicas illustrarunt, Alcuinus Flaccus in lib. *de Divinis Officiis* Titulo *de Singulis Vestibus* pag. 74. Amalarius

sunt, de Vestibus Pontificalibus, seu Sacerdotalibus dicamus. Quid Sandalia, quid Amictus, et Ephod, quid Cinctorium, et Subcinctorium, quid Orarium, et Tunica, quid Dalmatica, et Planeta, quid Pallium, et Acus, quid Mitra, et Manipulus, quid Ferula, et Virga significent, videamus.

CCIX.

DE SANDALIIS

Legimus in Evangelio (1), Christi discipulos sandaliis calceatos a Domino missos; calceatos utique in præparatione Evangelii pacis. Si enim calceati non essent, quomodo supra

Fortunatus de Eccl. Off. lib. II. *de Amictu* cap. XVII. seqq. pag. 168. seqq. Hrabanus Maurus *de Institutione Clericorum* lib. I. *de Vestibus Sacerdotalibus* cap. XIV. seqq. pag. 318. seqq. B. Ivo Carnotensis in Sermone *de significationibus Indumentorum Sacerdotalium* p. 474. seqq. Ex novis autem Scriptoribus, qui in eodem argumenti genere cum laude versati sunt, Cardinalis Bona Tractat. *de Sacrificio Missæ* cap. V. §. II. Edit. Ant. MDCCXXXIX. pag. 119. Martenius *de antiquis Ecclesiæ Ritibus* lib. I. Part. I. cap. IV. artic. VIII. et seqq. pag. 341. seqq. Dominicus Georgius *de Liturgia Rom. Pontificis* lib. I. cap. XIII. seqq., Josephus Catalanus in Prolegomenis ad Pontificale Romanum cap. IV. seqq. Benedictus XIV. *de Sacrificio Missæ* Sect. I. cap. LIV. et seqq. pag. 30. et seqq. ex quibus illustrari, quæ hic traduntur, possunt.

(1) Marci VI, 9.

serpentes, et scorpiones calcare potuissent? Respiciant igitur Sandalia Episcopi, respiciant calceamenta Apostolica; cogitent, cur ita calceati sint. Imitentur eorum exempla, quorum imitantur calceamenta. Instent prædicationi, quatenus et ipsi sint calceati in præparatione Evangelii pacis. Hæc calceamenta non sunt honoris, sed laboris; non ad quiescendum, sed ad iter agendum calceantur, qui ita (1) calceantur. Hæc est igitur causa, cur Sandaliis utantur Episcopi.

CCX.

DE AMICTU.

Amictus quidem, quo et collum stringitur, et pectus tegitur, interioris hominis castitatem designat. Tegit enim cor, ne cogitet vanitates, stringit collum, ne inde ad linguam transeat mendacium; in his enim duobus, hoc est, cogitationibus, et mendacio corrumpitur anima (2). *Quæ* (3) *autem ex*

(1) *Ita* omittunt Editt.

(2) Editt. addunt *his amittit castitatem, et incipit fornicari, unde Dominus ait.*

(3) Matth. XV. 18. seqq. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: Hæc sunt etc.*

corde exeunt, hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Ex (1) *corde enim exeunt cogitationes malæ, adulteria, furta, perjuria, homicidia, et similia, hæc sunt, quæ coinquinant hominem; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem*. Sentiat igitur cor lineum Amictum, et candidum indumentum, quo premitur, et intelligat, quid in eo significetur; et sic semper castitatis, et munditiæ memor, luxuriosis, et iniquis cogitationibus non corrumpatur. Quod si aliquando corruptum fuerit, ne tamen mala cogitata foras perrumpere valeant, lineus Amictus collum cingit, et stringit. Semper igitur collum Episcopi, vel Sacerdotis lineo stringatur Amictu, quatenus eloquia ejus sint eloquia casta, et inde mendacium transire non valeat; quia (2) nihil vile, vel sordidum in ore, vel opere Sacerdotis debet apparere.

(1) Ach. *Quæ autem ex corde exeunt, hæc sunt, quæ coinquinant hominem, non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem*.

(2) Hæc periocha non legitur in Editt.

CCXI.

DE EPHOD

Similiter autem et per Ephod (1) castitas corporis figuratur (2).

CCXII.

DE CINCTORIO

Quod in renibus quidem Cinctorium stringitur; quia ibi præcipue luxuria dominatur;

(1) Josephus Catalanus in Prolegom. in Pontif. Rom. Tom. I. cap. IX. *de Amictu* Artic. I. pag. XIII. scribit: „Honorius Augustodunensis lib. I. *de Antiquo ritu* „*Missarum* cap. CCI. *Hu-* „*meralis* quidem voce ad „Amictum significandum „utitur, sic inquiens: *Hu-* „*merale, quod intellige* „*Ephod, apud nos Ami-* „*ctus dicitur, sibi imponit* „*Sacerdos, et illo caput,* „*et collum, et humeros,* „*unde et Humerale dicitur,* „*cooperit, et cingit, et in* „*pectore copulatum dua-* „*bus vittis ad mammillas* „*cingit.* Tum explicans, „quid ea vestis significet, „*Per Humerale*, inquit, „*quod capiti imponitur,* „*spes cælestium intelligi-* „*tur; caput Amictu coo-* „*perimus, dum pro spe cæ-* „*lestium Deo servimus;* „*collum, per quod vox de-* „*promitur, eo circumda-* „*mus, si pro spe vitæ cu-* „*stodiam ori nostro pona-* „*mus, ut nihil, nisi quod* „*laudem Deo sonet, de ore* „*nostro proferamus.*„

(2) „Ephod significat indumentum Sacerdotale, „quod in Exodo, et in Levitico dicitur Superhumerale, quasi sit indumentum.„ Sic in margine Cod.

unde et ipsa veritas ait (1): *Sint lumbi vestri præcincti*. Lumbos enim præcingere, est luxuriæ impetus castitatis imperio refrenare. Hinc etiam de diabolo dicitur (2): *Virtus* (3) *ejus in lumbis ejus, fortitudo illius in umbilico ventris ejus*. Necesse est igitur, ut Ephod, hoc est, virtus, et fortitudo castitatis illis in locis stringatur, et figatur (4), in quibus maxime luxuria dominatur. Cinctorium (5) enim significat legem, et justitiam; quia sicut Cinctorium substentat vestes, ne a stercore terræ tangantur, sic lex, et justitia constringunt fideles, ne vergant animam ad mundi hujus delicias. Ab hoc autem Cingulo, sive Cinctorio duplex Subcinctorium (6) pendet, quia duo sunt, quibus castitas robora-

(1) Lucæ XII. 35.

(2) Ach. *loquitur*.

(3) Job. XL. 2. *Fortitudo ejus in lumbis ejus, et virtus illius in umbilico etc.*

(4) In Editt. deest *et figatur*.

(5) Hæc periodus non legitur in Editt.

(6) Ducangius Gloss. Edit. Paris. MDCCXXXVI. Tom. VI. pag. 796. verbo *Subcingulum* hæc habet: „ *Subcingulum*, *Subcinctorium*, „ quod *Perizoma*, et *Succinctorium* dicitur, et „ circa pudenda duplex suspenditur, inquit Honorius Augustodunensis „ lib. 1. cap. CCVI. Idem „ cap. LXXXII. *de Sacerdote*: „ *Cingulo pro arcu se cingit*, *Subcingulum pro* „ *pharetra sibi appendit*. „ Nunc Subcinctorio ad parvi Manipuli formam appenso ad latus sinistrum Summus tantum Pontifex utitur, cum solemniter celebrat, excepto Parasceves die. Vide Macrium in Hierolex. verbo *Cingulum*.

tur, et sine quibus difficile conservatur, hoc est, oratio, et jejunium. Adtendant igitur ad Succinctorium Episcopi, instent jejunio, et orationi: his armis se defendant ab impetu libidinis, et spiritu fornicationis. *Hoc* (1) *enim genus non ejicitur, nisi in oratione, et jejunio*. Domini verba sunt.

CCXIII.

DE STOLA

Sed quid per Orarium, vel Stolam intelligimus (2), nisi id, quod Dominus ait (3): *Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et* (4) *invenietis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, et onus meum leve*. Orarium itaque jugum simul, et onus est. Jugum Sacerdotibus, onus Diaconibus; unde fit ut Sacerdotibus circa collum (5), et supra pectus in modum crucis, ut semper memoriam crucifixi habeant; et Diaconibus super humeros ponatur; ut enim collo portatur jugum, sic et humeris onera feruntur. Boves igitur Sacerdotes, asini Diacones. Lege in Levitico, et

(1) Matth. XVII. 20. *Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem, et jejunium*.

(2) Editt. *intelligamus*.

(3) Matth. XI. 29. 30.

(4) In Edit. Ven. et Lugd. non legitur *et invenietis requiem animabus vestris*.

(5) Proxima verba usque ad *habeant* desiderantur in Editt.

et videbis, solos Levitas ferendis oneribus (1) destinatos. Vocatur autem *Orarium*, quia quamvis sine aliis vestibus (2) Sacerdotalibus, et baptizare, et consignare, et alia multa orando facere liceat, sine Orario tamen, nisi magna necessitate cogente, nihil horum agere liceat. Et (3) quod extenditur usque ad pedes, virtus humilitatis, et perseverantiæ exprimitur.

CCXIV.

DE TUNICA

Tunica autem in Veteri Testamento hyacinthina solummodo erat, et alterius coloris non erat; per quam Angelica vita, et cælestis conversatio designatur. Cæli namque colorem habent hyacinthinum. Et tali quidem Tunica Apostolus indutus, dicebat (4): *Nostra conversatio in cælis est*. Ad hanc igitur Tunicam respiciat Episcopus, totusque mente, et desiderio ad cælestia transferatur. Si (5) enim candida fuerit, significat, quod omnes, qui Scripturarum cibos Ecclesiæ subministrant, candidi esse debent, et immaculati. Si autem

(1) Vide lib. Numm. c. I. ver. 50. et seqq. cap. II. ver. 17. vII. 5. 6.

(2) Verba *sine aliis vestibus*, quæ in Cod. desiderantur, supplevimus ex Editt.

(3) Hæc verba in Editt. desunt.

(4) Philipp. III. 20.

(5) Hæc periocha ab Editt. abest.

alterius coloris Tunica fuerit, sit etiam alterius significationis.

CCXV.

DE DALMATICA

Per (1) Dalmaticam, quæ candida duabus lineis coccineis ante, et retro, a summo usque deorsum decoratur, mentis munditia cum utriusque Testamenti prædicatione, et Dei, et proximi designatur dilectione, quibus fulgere debet Sacerdos, et Diaconus. Fimbriæ tamen, quæ in Dalmaticis a sinistro latere (2) pendent, hujus vitæ impedimenta, superfluitates, et sollicitudines significare possunt; quæ quoniam in altera vita non sunt, merito neque fimbriæ in dextro latere ponuntur. Per dexteram namque, et sinistram utramque vitam significari usitatissimum est; unde est illud (3): *Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Qui (4) igitur Dalmatica induitur, utriusque vitæ recordetur. Eligat meliorem, illam videlicet, quæ impedimenta, superfluitates, curas, et

(1) Editt. „ Dalmatica „ vero magis ad ornatum, „ quam ad significationem „ pertinere videtur, quæ „ etiam post alia indumenta Sacerdotalia inventa „ esse probatur. Fimbriæ „ tamen etc. „

(2) Nullæ modo sunt in Dalmaticis fimbriæ.

(3) Cant. II. 6.

(4) Edit. Ven. et Lug. *quod*.

sollicitudines non habet. Per (1) amplitudinem vero brachiorum designatur largitas eleemosynarum.

CCXVI.

DE MANIPULO (2)

Sed quid per Manipulum, nisi bona opera intelligimus (3)? unde est illud (4): *Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*. Cogitet igitur Episcopus, quid in ejus manu sinistra (5) Manipulus significet, (6) ne quando bonae operationis in praesenti vita, quae per sinistram significatur, obliviscatur. Nisi enim aliquid significaret, ridiculum quoddam videretur in manu Manipulum ferre. Est igitur hoc, sicut scriptum est (7): *Signum aliquod in manu nostra, et quasi appensum ante oculos nostros* (8).

(1) Hæc in Editt. non leguntur.

(2) Numerus iste *de Manipulo* ponitur in Editt. post Num. *de Mitra*.

(3) Edit. Ven. et Lugd. *intelligamus*.

(4) Psal. cxxv. *6*.

(5) *Sinistra* omittunt Editt.

(6) Sequentia verba usque ad *obliviscatur* in Editt. desunt.

(7) Exod. xiiI. *16*. *Erit igitur quasi signum in manu tua, et quasi appensum quid ob recordationem inter oculos tuos*.

(8) Priscis temporibus *Sudarium* quoque appellabatur: tunc enim Sudarium, seu linteolum in læva gestabant ad sudorem, vel lacrymas extergendas, et præcipue ad vasa polienda.

CCXVII.

DE PLANETA

Sed quid Planeta, quæ et *Casula* vocatur, nisi charitatem significet (1)? unde et merito superior est. Siquidem Deus charitas est; hæc enim vestis omnia alia vestimenta infra se claudit, et continet; sicut et in charitate omnia legis, et Prophetarum mandata continentur, dicente Apostolo (2): *Plenitudo legis charitas est*. Et Dominus in Evangelio (3): *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum, in his duobus mandatis universa lex pendet, et Prophetæ*; Quia igitur Planeta omnia alia vestimenta continet intra se, merito illam virtutem significat, quæ omnia legis, & Prophetarum mandata continet in se.

Dicitur etiam *Fanon* apud Gem. lib. I. cap. XLVI. (Ad extremum Sacerdos Fanonem in sinistrum brachium ponit, qui et Mappula, et Sudariam vocatur). Ceterum *Fanon* aliud quoque sacri indumenti genus Romani Pontificis proprium significat. Vide Macri Hierolex. verbo *Fanon*, et Georgium de Liturgia Rom. Pontificis cap. XVIII. T. I. pag. 147. seqq.

(1) Ita Edit. Ven. et Lugd. Ach. *designat*.

(2) Rom. XIII. 10. *Plenitudo ergo legis est dilectio*.

(3) Matth. XXII. 37. seqq.

CCXVIII.

DE PALLIO

Restat nunc, ut de Pallio dicamus, per quod simul utrumque et Superhumerale, et Rationale significatur. Quia enim super utrumque Pontificis humerum jacet, *Superhumerale* dicitur. Quia (1) vero inde descendens in ipso Pontificis pectore jungitur, *Rationale* vocatur. Habebat enim Aaron Superhumerale, et Rationale, (2) quæ catenulis aureis simul jungebantur. Et Superhumerale quidem ab humero usque ad humerum extendebatur. Rationale vero quadrangulum erat, et duplex, sicut et Pallium duplex est. Habebat autem mensuram palmi, tam in longitudine, quam in latitudine, quæ mensura pectori Pontificis ornando, vel operiendo sufficeret. Habet igitur Pallium eamdem cum Superhumerali, et Rationali significationem, (3) quamvis eamdem non habeat compositionem (4).

(1) Ach. *quod*.

(2) Hæc verba *quæ catenulis etc. jungebantur* desunt apud Acherium.

(3) Verba hæc in Edit. Ven. et Lud. desiderantur.

(4) Episcoporum Pallium ad similitudinem fasciæ Consularis fuisse usurpatum probat Ducangius in Gloss. Tom. II. Edit. Paris. CIϽ.IϽC.LXXVIII. verbo *Lorum*, et in Dissert. *de Numism. posterioris ævi* num. VI. Tom. III. pag. 4. De eo pluribus erudite

CCXIX.

DE SUPERHUMERALI, ET RATIONALI

Dicamus itaque, quid Superhumerale, et quid Rationale significet; et hoc breviter, quia sufficienter de his in Exodo diximus. Quid enim Superhumerale, quo humeri Episcopi ornantur, et onerantur, nisi Episcopalis dignitatis onus significat? Magnum onus est dignitas Episcopalis: Isti humeri totius Ecclesiæ onera ferre, et oves languidas, et populi peccata ferre (1) debent. Illi Episcopi Superhumerale non habent, qui aliorum onera ferre recusant; quales erant illi, de quibus Dominus ait (2): *Alligant* enim (3) *onera gravia, et importabilia, et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere*. Summus autem Pontifex ille noster tali Superhumerali (4) ornatus erat, qui reli-

disserit Georgius de Liturgia Rom. Pont. cap. XXV. Tom. cit. pag, 210. seqq.

(1) Editt. *portare*.

(2) Matth. XXIII. 4.

(3) *Enim* deest in Editt.

(4) *Superhumerale* interdum pro Diaconorum Orario sumitur; ut apud Agnell. Ravennat. in vita Sergii cap. III. ubi de Græcis Diaconibus loquitur Ravennatensis Ecclesiæ: ibique tradit, quod Diaconi Latinorum Dalmatica utebantur, Græcorum Diaconi Superhumerale gestabant. Hinc ad sedanda veterum, et novorum Diaconorum dissidia, Agnellus idem subdit concordatum, ut veteres Dalmatica, novi Superhumerali uterentur.

ctis ovibus (1) nonagintanovem, unam quæ perierat, quærere venerat; quam inventam ipsis (2) humeris imposuit, et ad pascua reduxit.

CCXX.

DE EODEM

Rationale vero quid significet, et nomine ipso, et loco, super quem ponitur, intelligi potest. Ponitur enim super pectus Pontificis ad cordis thesaurum, et sapientiæ secretarium custodiendum. Hoc enim Rationale super pectus habebat ille, qui dicebat (3). *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi*. Ubi enim est Rationale, ibi est et ratio, et sapientia, et scientia; hoc enim Rationale significat. In quo igitur pectore, et corde ista non fuerint, ibi Rationale poni non debet. Si enim ponatur, inutile est, et quasi sigillum nihil custodiens. Dicitur autem *Rationale judicii* (4), ut qui eo utitur, rationabiliter judicet, sapienter judicet, vera judicet, nihil temere, nihil in-

(1) Lucæ cap. xv. ver. 4. seqq. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam? et cum invenerit eam, imponit super humeros suos gaudens etc.*

(2) Editt. *propriis*.

(3) Psal. cxviii. 11.

(4) Edit. Ven. et Lugd. *Rationale judicis*.

caute, nihil inordinate judicet. Hæc autem de Rationali, et Superhumerali diximus (1), quatenus per hoc, quod Pallium significet, intelligatur. Est autem Pallium in sinistra duplex, quia quamdiu in hac vita sumus, quæ per sinistram significatur, duplicitate carere non possumus. Siquidem nunc prosperis extollimur, nunc adversis frangimur, nunc terrena petimus, nunc cælestibus adhæremus, nunc carni, nunc menti servimus. In dextera vero Pallium duplex non est, quia in altera vita duplicitas nulla est (2); ibi enim prosperitas sine adversitate, gaudium sine tristitia, felicitas sine miseria. Illa igitur vita caret duplicitate, non habens maculam, neque rugam (3). Fit autem Pallium ex lana, vili scilicet materia, ut habeat pretium non a se, sed in eo quod significatur in se, ut non oculis, sed mente spectabile sit, ut non ad ornandum, sed ad aliquid significandum indui intelligatur. Vittas autem, quæ in Pallio positæ ante, et retro Rationale, et Superhumerale ad inferiora trahunt, hujus vitæ curas, et sollicitudines significare putamus, quibus et cor, et humeri Pontificis sic sæpissime gravantur, et impediuntur, ut a primo statu eum avertant, et varia (4)

(1) Editt. citt. *dicimus*.
(2) Ach. *non est*.
(3) Acherius *aut rugam*.
(4) Ita Cod. et Edit. Ven. ac Lugd. Ach. autem *ita etiam vana quadam eum etc.*

quædam, et transitoria eum cogitare, et portare compellant. Has igitur vittas inspiciat Episcopus, et earum iniquo gravamine cor, humerosque excutiat.

CCXXI.

DE ACU

Acus autem non ad pungendum, hoc est, non propter hujus vitæ punctiones (1), ut quidam putant sed ad Planetam, Palliumque jungendum inventæ sunt. Quædam enim ansulæ antiquitus (2) positæ erant, quibus Acus inserebantur, et Pallium simul cum Planeta firmbant, ne a suo loco Pallium moveretur. Possumus tamen per Acus, quia tres sunt, Fidem, Spem, et Charitatem intelligere, sine quibus Pallium ab Episcopo teneri non potest. Qui igitur habet Pallium, habeat et Acus, quibus liget, et stringat, et teneat Pallium. Et de Pallio (3) dixisse sufficiat.

(1) Ach. *compunctionem*.

(2) *In Plateis* additur apud Ach.

(3) Editt. *et de Pallio quidem tantum nos dixisse sufficiat*.

CCXXII.

DE MITRA

Mitra autem, quia linea (1) est, castitatis candorem, munditiamque significat, sicut et Amictus, et Ephod, de quibus superius dictum est. Bene autem totus a capite usque ad pedes lino Episcopus operitur, quia ejus omnis honor, et gloria et castitas, et munditia est. Hoc autem ornamentum multum erat capiti necessarium, quia ibi sunt quinque corporis sensus, quibus corruptis facile castitas violatur; unde Psalmista (2): *Averte* (3) *oculos meos, ne videant vanitatem*.

(1) *De Mitra linea* Josephus Catalanus in Prolegom. in Pont.Rom.cap.XIX. *de Mitra* Tom.I. pag. 24. „ *Mitræ usus*, inquit Cæ„ remoniale Episcoporum „ lib.I. cap.XVII. §.I. *an*„ *tiquissimus est, et ejus* „ *triplex est species*; *una*, „ *quæ pretiosa dicitur, quia* „ *gemmis, et lapidibus pre*„ *tiosis, vel laminis aureis,* „ *vel argenteis contexta es*„ *se solet*; *altera auriphry*„ *giata sine gemmis, et sine* „ *laminis aureis, vel argen*„ *teis*; sed vel ex aliquibus „ parvis margaritis compo„ sita, vel ex serico albo, „ auro intermixto, vel ex „ tela aurea simplici, sine „ laminis, et margaritis; „ Tertia simplex vocatur, „ sine auro, ex simplici se„ rico Damasceno, vel alio; „ aut etiam linea, ex tela „ alba confecta rubeis laci„ niis, seu frangiis, et vit„ tis pendentibus. „ Vide plura loc.cit. Articulo XIII.

(2) Psal. CXVIII. ver.37.

(3) Edit. Ven. et Lugd. *Averte, inquit, oculos meos, Domine etc.*

Et Beatus Job ait (1) : *Pepigi fœdus cum oculis meis , ne cogitarem de virgine* . Ne igitur sensus Episcopi violentur , merito Mitra castitatis ejus caput ornatur , et operitur . Duo (2) cornua , quæ sunt in Mitra,sunt duo Testamenta , ut Scriba doctus in lege , qui profert de thesauro cordis sui nova , et vetera ; per quæ pugnatur contra aereas potestates , ut illud : *Estote fortes in bello , et pugnate cum antiquo serpente* .

CCXXIII.

DE CHIROTHECIS

Quæris fortasse,cur quoque manus lineis Chirothecis induantur ? Breviter respondeo ; ut castæ sint , ut mundæ sint , et (3) ab omni sorditate immunes , et nitidæ sint .

CCXXIV.

DE ANNULO

Annulus quoque , in digito Episcopi quoddam signum esse videtur , per quod Christi vicarius esse intelligatur , ut ejus sponsam , quæ est Ecclesia , regat , et custo-

(1) Edit. demunt *ait*. Job. cap.XXXI. ver.1. *ut ne cogitarem quidem de virgine* .

(2) Quæ sequuntur usque ad finem Numeri, in Editt. non occurrunt .

(3) Hæc *et ab omni etc.* apud Ach. non leguntur .

diat. De hoc enim sponso, et sponsa Joannes Evangelista loquitur, dicens (1): *Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus* (2) *autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi*. Est igitur Episcopus et vicarius, et amicus sponsi. Quod si vicarius est, et ipse quodammodo sponsus est. Summus autem Pontifex propter hoc et Regnum portat, (sic enim vocatur) et purpura utitur, non per significationem (3), ut puto, sed quia Constantinus Imperator olim Beato Silvestro omnia Romani Imperii insignia tradidit (4). Unde et in magnis proces-

(1) Joan. cap. III. ver. 29.

(2) Edit. Ven. et Lugd. *Amicus autem Sponsi quis....*

(3) Edit. citat. *pro significatione*.

(4) Dominicus Georgius de Liturgia Roman. Pont. cap. XXVII. Tom. I. pag. 240. seqq. sic habet; „ Vulgus „ Scriptorum originem hu- „ jus Regni gestandi dedu- „ cendam ab ementita Con- „ stantini donatione putat, „ adeoque eo primum S. Sil- „ vestrum usum fuisse. Da- „ niel Papebrochius hanc „ originem minime referen- „ dam esse spuriæ Constan- „ tini donationi acriter con- „ tendit, licet exordia de- „ ferendæ Tiaræ S. Silvestro „ ascribat, qui propria ele- „ ctione pileum sumpserit „ Romano more, seu liber- „ tatis symbolum, eumque „ aureo phrygio, seu dia- „ demate exornavit, qua ad „ caput accedit, ad regale „ *sacerdotium*, sacerdotum „ omnium maximo conla- „ tum a Christo, significan- „ dum; A Bonifacio ve- „ ro VIII. aliam coronam „ additam, ut regni spiri- „ tualis, ac temporalis præ- „ rogativam exprimeret; „ Tertiam vero mystici nu- „ meri causa ab Urbano V. „ additam „

sionibus omnis ille apparatus Pontifici exhibetur, qui quondam Imperatoribus fieri solebat.

CCXXV.

DE FERULA

Virga Pastoralis, quæ dicitur Ferula, est sermo Divinus, et prædicatio Evangelica. Quod autem sermo *Virga* vocetur, Propheta de Domino testatur, dicens (1): *Quia percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium*. Quod autem superius est curva, et inferius acuta, et in medio tenetur, significat, quod sermo divinus trahit ad se mites, et pungit rebelles, et cuncta bona ordinat, atque disponit; ut isti versus innuunt.

Curva trahit, mites, pars pungit acuta rebelles:
Curva trahit quos virga regit, pars ultima pungit (2).

(1) Isa. XI. 4.

(2) Inscriptus reperitur secundus hic idem versus in baculo, qui Tolosæ asservatur, tamquam S. Saturnini, ut notat Macri Hierolex. dict. *Baculus*.

CCXXVI.

DE VIRGA

Virga, quam Præcentor in manu tenet, ut in quibusdam Ecclesiis mos est, verbum (1) directum est, et regale plenum potestatis, insigne imperii: Virga serpens facta est, quoniam qui erat Filius Dei, ex Deo Patre natus, Filius hominis factus est per incarnationem; qui quasi serpens exaltatus in cruce medicinam vulneribus infundit humanis; unde ipse Dominus ait (2): *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis*; *ut omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam*. Dixit (3) autem Dominus ad Moysen,

(1) Vide S. Isidorum in Exod. Comment. *de Virga in draconem conversa* c.xiI. pag. 451.

(2) Joan. iiI. 14.

(3) Quæ sequuntur usque ad Numeri finem, accepta sunt ex S. Augustino *in Evang. Joannis* cap. iiI. Tract. xiI. num. 11. T. iiI. Par. iI. col. 388. ubi plenius „ Dictum est enim ad Moysen a Domino, ut faceret æneum serpentem, et exaltaret in ligno in eremo, et admoneret populum Israel, ut si quis morsus esset a serpente, illum serpentem in ligno exaltatum attenderet. Factum est: mordebantur homines, intuebantur, et sanabantur. Quid sunt serpentes mordentes? peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? mors Domini in cruce. Quia enim a serpente mors, per serpentis effigiem figurata

ut faceret æneum (1) serpentem, et exaltaret illum in ligno in eremo, et moneret populum Israel, ut si quis morsus esset a serpente, illum serpentem in ligno exaltatum at-

„ est. Morsus serpentis lethalis, mors Domini vitalis. Attenditur serpens, „ ut nihil valeat serpens. „ Quid est hoc? Attenditur „ mors, ut nihil valeat „ mors. Sed cujus mors? „ Mors vitæ, si dici potest „ Mors vitæ; immo, quia „ dici potest, mirabiliter „ dicitur. Sed numquid „ non erit dicendum, quod „ fuit faciendum? Ego dubitem dicere, quod Dominus pro me dignatus „ est facere? Nonne vita „ Christus? et tamen in „ Cruce Christus. Nonne „ vita Christus? et tamen „ mortuus est Christus. Sed „ in morte Christi mors „ mortua est; quia vita „ mortua occidit mortem, „ plenitudo vitæ deglutivit „ mortem: absorpta est „ mors in Christi corpore. „ Sic et nos dicemus in resurrectione, quando jam „ triumphantes cantabimus, „ ubi est mors contentio „ tua? Ubi est mors aculeus „ tuus? Interim modo, fratres, ut a peccato sanemur Christum crucifixum intueamur, quia, „ *sicut Moyses*, inquit, „ *exaltavit serpentem in* „ *eremo*, *ita exaltari oportet filium hominis*, *ut omnis*, *qui credit in eum*, „ *non pereat*, *sed habeat vitam æternam*. Quomodo „ qui intuebantur illum serpentem, non peribant „ morsibus serpentum, sic „ qui intuentur fide Christi „ mortem, sanantur a morsibus peccatorum. Sed „ illi sanabantur a morte ad „ vitam temporalem: hic „ autem ait, *ut habeant vitam æternam*. Hoc enim „ interest inter figuratam „ imaginem, et rem ipsam: „ figura præstabat vitam „ temporalem, res ipsa, cujus illa figura erat, præstat vitam æternam.„

(1) Num. xxi. 8. seq.

tenderet: factum est, ut mordebantur homines; intuebantur, et sanabantur. Sed qui sunt serpentes mordentes? peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors Domini in cruce. Quia enim a serpente mors, per serpentis effigiem figurata est mors. Morsus serpentis mortalis, mors Domini vitalis: attenditur serpens, ut nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, ut nihil lædat mors; sed cujus mors? mors vitæ, si dici potest mors vitæ; immo mirabiliter dici potest. Nonne vita Christus? et tamen in cruce Christus. Nonne vita Christus? et tamen mortuus est Christus. Sed in morte Christi mors mortua est; quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitæ deglutivit mortem. Absorpta est mors in Christi corpore. Sic et nos dicemus in resurrectione, quando jam triumphantes cantabimus: *Ubi* (1) *est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* ubi *est, mors, contentio tua?* Itaque fratres, si a peccatis velimus sanari, Christum crucifixum intueamur. Sicut illi, qui intuebantur illum serpentem in ligno exaltatum, non peribant morsibus serpentum, sic qui intuentur fide mortem Christi, sanantur a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur,

(1) 1. Corint. xv. 55. *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?*

tur a morte ad vitam temporalem, hic autem ait: *ut* (1) *habeant vitam æternam*. Hoc enim interest inter figuratam imaginem, et rem ipsam: figura præparabat vitam temporalem, res ipsa, cujus illa figura erat, præparabat vitam æternam.

CCXXVII.

DE EODEM

Vel ipsa Virga est virga Aaron (2), quæ post siccitatem floruit, qua caro insinuatur Christi, quæ mortificata vivacius reviviscit: ita virga post ariditatem virescens, Christus est post mortem resurgens; ipsum enim florem, ipsum virgam intelligimus, ut in virga regnantis potentia, et in flore pulchritudo monstretur; unde dicitur (3): *Ego flos campi, et lilium convallium*. Alii virgam hanc, quæ sine humore protulit florem, Mariam putant, quæ sine coitu viri edidit Verbum Dei, de qua scriptum est (4): *Exiit virga de radice Jesse*.

(1) Joan. VI. 40.

(2) S. Isidorus Comment. in Exod. cap. XLI. pag. 460. „Virga Aaron, quæ ante „fuit sicca, et post viridis, „significat Dominum Je- „sum, prius siccum in pas- „sione, et post virentem „in resurrectione. Vel ma- „trem Domini significat „virga, quia sicut virga „sine humore, et auxilio „terræ fructificavit; sic „Maria sine humano coitu „Deum generavit.„

(3) Cant. II. 1.

(4) Isa. XI. ver. 1. Vulg. *Et egredietur virga de radice Jesse*.

CCXXVIII.

DE EODEM

Gedeon (1) cum sub arbore quercu tritici messem virga cæderet, et a paleis frumenta excuteret, Angelum vidit accipiens ab eo oraculum, ut a potestate hostium in libertatem populum Dei reduceret. Iste Gedeon figuram gestabat Christi, qui sub umbra Sanctæ Crucis, prædestinato Incarnationis futuræ mysterio, constitutus, rectitudine judicii quasi per virgam electionem (2) Sanctorum a vitiorum paleis sequestrabat. Hic ergo Gedeon cum audisset ab Angelo, quod deficientibus populorum millibus, in uno viro (3) Dominus plebem suam ab hostibus liberaret, protinus hædum coxit, cujus carnes, secundum præceptum Angeli, simul cum Azima super petram posuit, et jus carnium desuper fudit; quæ dum Angelus virgæ cacumine tetigit, statim de petra ignis erupit, atque ita sacrificium, quod offerebatur, absumptum est; quo indicio declaratum videtur, quod petra illa typum habue-

(1) Judic. VI. 11. seqq. in cujus Comment. S. Isidorus pag. 493. col. 2. eadem fere habet.

(2) S. Isidorus loc. cit. *Per virgam electionis Sanctos a vitiorum paleis etc.*

(3) Ita ex S. Isidoro Cod. mendose *in novo vero*.

rit Corporis Christi ; Apostolus affirmat dicens (1) : *Petra autem erat Christus* . Jam enim in mysterio declaratum est, quia Dominus Jesus in carne sua totius mundi peccata aboleret ; nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates purgaret animarum. Caro enim hædi ad culpam facti refertur, jus ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est (2) : *Quia concupivit populus cupiditatem pessimam, et dixerunt : quis nos cibabit carne?* Quod Angelus extendit virgam, et tetigit petram, de qua ignis exiit, ostendit quod caro Domini, Spiritu repleta Divino peccata omnia humanæ conditionis exurit; unde Dominus ait (3) : *Ignem veni mittere in terram*. Hæc autem de vestibus Pontificalibus, et Sacerdotalibus dicta sufficiant.

(1) 1. Corint. x. 4.

(2) Ita Ambrosius lib. 1. *de Spiritu Sancto* Tom.1I. 600. b. Vulg. autem Num. cap.x1. ver.4. *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio, sedens, et flens, junctis sibi pariter filiis Israel, et ait : Quis dabit nobis advescendum carnes?* Confer. Bibl. P. Sabatier in not.ad hunc ver.

(3) Lucæ x1I. 49.

CCXXIX.

DE MISSA

Missa (1), juxta Sanctorum
stituta, hora tertia celebranda est
hora crucifixus est Dominus lin
rum. Sed secundum commune
dinem, potius hora sexta, quia in e
manibus persecutorum. Tempor
nii hora nona, quia in ea emis
Qui autem necessitate compulsi,
nam non proterve Missam celebra
reprehendendi. Legitur enim, Le
mum Pontificem diluculo Missam
quod in aliis licet facere, quia
sabbati Redemptor noster a mort
xit, quia se ipsum hostiam vivam
obtulit in odorem suavitatis.

Missa dupliciter accipitur; c
Missa *Hostia*, quia semel transm
bis a Patre per incarnationem, a
per crucifixionem. Quotidie t

(1) Quæ de Missæ etymologia, partibus etc. hic traduntur, exigenda sunt ad ea, quæ scribunt Cardinalis Bona Rerum Liturgicarum lib. I. cap. 1. pag. 297. seqq. Martenius de *Anti-quis Ecclesia* artic. IV. ca pag. 289. seq XIV. *de Sa* lib. I. cap. 1 MDCCLXVIII.

nobis a Patre per sanctificationem ; a nobis Patri per oblationem ; et hoc ministerio Angelorum, juxta illud : *Jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in sublime Altare tuum* . Dicitur etiam Missa totum illud Officium , quod vulgo *Missam* appellare solemus, quod fidelis populus per Sacerdotem , quasi mediatorem inter Deum , et homines preces, et oblationes in illa Deo transmittat . Celebrationem (1) Missæ Jacobus frater Domini , Hierosolymitanus primus Episcopus , et Basilius Cæsariensis Episcopus (2) instituit , et Sancta Romana Ecclesia confirmavit , et multa per diversos Pontifices addidit , et mutavit.

Choro incipiente Introitum a Beato Cælestino (3) institutum , Sacerdotes in Vestiario cum ceteris ministris , sacris vestibus juxta ordinem induantur . Hoc ordine ad Altare procedant . Diaconus ante Presbyterum ; Subdiaconus ferens Evangelium Diacono ; Ceroferarii, sive Acolythi portantes cereos Subdiacono ; Portator thuribuli , Subdiaconus scilicet Cereferarios præcedat . Per Ceroferarios Sanctos Patres , et Prophetas intel-

(1) Scilicet Liturgiam .

(2) De istorum Liturgiis consulendi sunt Cardinalis Bona Rer. Litur. lib.1. cap.VIII. num.3. pag.259. Renaudotius , aliique rerum Liturgicarum Scriptores .

(3) Vide Macrium in Hierolex. dict. *Introitus* .

ligimus. Per candelabra cum cereis ardentibus Leges, et Prophetas, quasi ideo praecedant Diaconum, et Subdiaconum portantem Evangelium, quia lex, et Prophetae, et Sancti Patres novam Legem praecesserunt, eamque praefiguraverunt. Sed candelabra lucent, quia eorum bona opera hominibus apparuerunt. Per thuris odorem flagrantiam bonorum operum significamus. Possunt autem duo candelabra esse duo Testamenta; portatores, Praedicatores; lumen, quod in eis est, bona opera, ut dictum est. Dum ergo tales ministri ante Altare venerunt, Subdiaconus ponat Missale super dextrum cornu Altaris, ibique maneat usque ad Epistolam; hoc enim significat, quod Judaei primo habuerunt gratiam Dei, postea illam respuerunt; unde in Actibus Apostolorum legitur (1): *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad Gentes*. Per Altare enim Jerusalem designatur, in qua ab initio adventus Domini per orbem terrarum Apostolica, et Evangelica doctrina resonuit, et inde in publico exivit; sicut scriptum est (2): *De Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem*. Facta vero Confessione,

(1) Act. cap. XIII. ver. 46. Vulg. *repellitis*.
(2) Isa. II. 3.

Sacerdos Diaconum, et Subdiaconum osculatur, quia Salvator noster primum Apostolis pacem dedit, eamque per orbem per eos transmisit. Postea vero Sacerdos veniens ad Altare, ipsum osculatur. Per Altare Judaicus populus designatur, qui in Jerusalem habitavit; per Missale Gentilis populus, qui per Apostolicam, et Evangelicam doctrinam ad fidem Christi venit. Utrumque igitur Sacerdos osculatur, quia Christus osculo doctrinæ, et dilectionis utrumque sibi reconciliavit. Deinde Sacerdos ad dextrum cornu Altaris secedit, quia Salvator noster dexteram, hoc est, cælestem vitam semper duxit. Post eum semper Diaconus consistit, quia Christus suos spiritualem vitam sequentes, secum in vitam æternam residere facit. Sessio Episcopi, juxta decretum Urbani Papæ, et Carthaginense (1) Concilium, ceteris fidei (2), in qua Cathedra Pontificalis honorifice constituitur. *Episcopus* enim græce, latine *Superintendens* interpretatur. Ideo altior (3), quia

(1) Concilium Carthaginense IV. cap. XXXV. Collect.Concill.T.II. col.1440. „ Episcopus in Ecclesia, et „ in consessu Presbyterorum sublimior sedeat. „

(2) Deest aliquid.

(3) S. Augustinus Enarrat. in Psalm. CXXVI. n.3. Tom.IV. col.1429. „ Ideo „ altior locus positus est „ Episcopis, ut ipsi superintendant, et tamquam „ custodiant populum. Nam „ et græce quod dicitur „ Episcopus, hoc latine Su-

sicuti vinitori ad custodiendam vineam Domini Sabaoth, interpretatur. Incipiente *Kirie eleison*, Episcopus descendat (1), quorum alii stent, alii sedeant.. Per eos, qui sedent, membra Christi designantur in pace quiescentia; per stantes in certamine posita. Incepto *Kirie eleison* cerei deponuntur, quia dum Deum exoramus, contrito corde nos humiliari oportere, figuratur. Cum Sacerdos, vel Episcopus *Gloria in Excelsis Deo* incipit dicere, vel Orationem, vertatur ad Orientem, non quia ibi solum sit Deus, qui ubique præsens est, sed quia ab Oriente lux oritur, qua ceteræ mundi partes illuminantur, et quia Christus lux justitiæ est, et in Bethlehem Judæ secundum carnem natus est, a quo totus mundus illuminatus est. Per salutationem Episcopi, vel Sacerdotis, et responsionem plurium eorum communis, et charitativus designatur affectus, monens, et optans, ut in eis semper maneat Christus; quod significavit solus Episcopus. Salutando populum *Pax vobis* (2), ostendit seipsum vi-

„perintentor interpretatur, „quia superintendit, quia „desuper videt. Quomodo „enim vinitori altior fit lo-„cus ad custodiendam vi-„neam, sic et Episcopis „altior locus factus est.„

(1) Forte deest *cum ministris*.

(2) Guibertus de Tornaco Ord. Min. Tract. de Offic. Episcop. cap.xx. pag.407. Bibl. PP. Tom. xxv. Edit. Lugd. 1677. „Hymno fini-

carium Christi, qui resurgens a mortuis pacem Apostolis annuntiavit. Finita Oratione Missale ponatur in sinistro cornu Altaris, quia ut diximus, Judæi primo habuerunt gratiam Dei, quod significatur per dextrum cornu Altaris; postea illam spreverunt, et Gentes eam habuerunt, quod significatur per sinistrum cornu Altaris. Postea cerei cum canto..... salutat Episcopus „ populum, mitram deponens, et *Pax vobis* proferens, quia revelato capite vir, secundum Apostolum, debet orare. Pacem „ autem enuncians, ejus „ utitur eloquio, cujus fungitur officio. Pacem enim „ Christus fecit, pacem docuit, pacem reliquit, primum in incarnatione, secundum in prædicatione, „ tertium in resurrectione. „ Minores autem Sacerdotes salutantes populum, „ dicunt *Dominus vobiscum*: „ Episcopus vero *Pax vobis*, deinde *Dominus vobiscum*: primum ad indicium potestatis, ut ostendat se esse ejus vicarium, „ qui discipulis suis post „ resurrectionem apparens, „ dixit *Pax vobis*: secundum ad indicium humilitatis, ut ostendat se tam- „ quam unum ex aliis. De „ his autem salutationibus „ habemus in veteri testamento, sive in libro Judicum, ubi Angelus ad „ Gedeonem: *Dominus tecum, virorum fortissime*; „ et iterum: *Pax tecum*. Sive in libro Ruth, ut dixit Booz messoribus: *Dominus vobiscum*. Sive in „ secundo Paralipomenon, „ ubi dicitur: *Audi me Asa, et omnis Juda Beniamin: Dominus vobiscum, „ qui fuistis cum eo*. Chorus respondet *Et cum spiritu tuo*; quod desumptum est ex II. ad Timoth. „ *Dominus Jesus sit cum spiritu tuo*. Deinde monet alios, ut orent, dicens: *Oremus*, quia Christus discipulos suos monuit, ut orarent. „

delabris ab Oriente ad Occidentem collocentur; quia duobus Testamentis quatuor partes mundi illuminantur. Per Lectionem, vel Epistolam prædicamus. Epistola namque cantatur ad communem utilitatem, et ad populi convocationem, ut audiat quid doceat Evangelium. Per Responsum autem (1), quod alternatim cantatur, activa vita designatur, in qua Ecclesia bene operando æternam gloriam promeretur, quæ per *Alleluja* figuratur. Per Tractum vero, qui nullo respondente cantatur, et in suis melodiis similitudinem fert (2) animus, vita contemplativa, in qua perfecti viri pro suis, et aliorum peccatis orantes (3), et soli Deo gloriam quidem eamdem excellentius promerentur. Sequens Pneuma (4), quæ post *Alleluja* cantatur,

(1) Cod. *enim*.

(2) Mendosa lectio.

(3) Cod. *Orantibus*, forte *órantes*; Aliquid præterea deesse videtur.

(4) Vocabulum hoc mendose scriptum est. *Pneuma* enim tertiæ declinationis (*Pneuma Pneumatis*) Spiritum Sanctum significat: absque littera P. vero primæ declinationis (Neuma Neumæ) jubilum exprimit. Joannes Beletus *de Divinis Officiis* cap. LIX. „ Hic ubi„ nam adnotandum, quod „ semel diximus feminini „ generis absque P. accipi „ pro jubilo: pro Spiritu „ autem Sancto dicitur græ„ ce *Pneuma Pneumatis*. „ Insuper quidem Poeta ms. ex Biblioth. Thuana apud Dufresnium verbo Pneuma: *Neuma canit sine* P. *cum* P. *fit Spiritus almus*. Ceterum Spiritus græce πνεῦμα. Demum *Neumare*, idem est, ac notas musicas superaddere.

ı æternæ gloriæ significat, ubi nulla
:cessaria verborum locutio, sed sola
et intenta in Deo semper cogitatio.
ıulas osseas (1), quas cantores solent
in manibus suis, fortis bonorum ope-
:rseverantia designatur, quam Divinis
: cportet inhærere laudibus. Quod
in jejuniis quatuor temporum, in
feria, et Sabbato, et in Natali Do-
Epistola cum Lectionibus de Lege,
ophetis legitur, significat, Vetus Te-
.tum, et Novum unum esse in my-
nostræ fidei, et unum per aliud intel-
sse, Christo mediatore, qui fecit
ןue unum. Lectores igitur Epistolæ,
ngelii, et Cantores Gradualis, et *Al-*

ıalarius Fortunatus *de Eccles. Officiis* , pag.186. ita in- , Scribit Beda in ıtu Esdræ: Lauda- Dominum Levitæ ınus David, sive in s, quæ ipse fecit, salmos, quos ipse it, concinentes. ı vice-cantor sine necessitate legendi abulas in manibus, ret illud Psalmistæ: *ıt nomen ejus in* , *in tympano*, *et* „ *psalterio psallant ei*: Un- „ de Augustinus in eodem „ Psalmo: Quare assumit „ tympanum, et psalterium? „ Ut non sola voce laudet, „ sed opere. Tabulæ, quas „ cantor in manu tenet, so- „ lent fieri de osse, quia „ forte perseverantiam si- „ gnant bonarum cogitatio- „ num, et bonorum ope- „ rum, juxta Evangelium: „ *Qui autem perseverave-* „ *rit usque in finem, hic* „ *salvus erit*.

leluja in festivis diebus pulpitum ascendant; debent enim Pastores, et Doctores prædicationem suam exaltare et opera ad instruendum populum Dei, juxta illud (1): *Luceant opera vestra bona coram hominibus, et glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est*; unde per Prophetam dicitur (2): *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion*; ut videlicet qui cælestium prædicatione utitur, ima jam terrenorum operum deserens, in rerum culmine stare videatur; tantoque facilius subditos ad meliora protrahat, quanto per vitæ meritum superius clamat. Diaconus vero cum pulpitum ascenderit, celsius consistat Ceroferariis, quia Evangelium Christi Legem, et Prophetas præcellit. Per thuribuli portatorem, qui eodem statu cum Diacono consistit, designantur flagrantia, et doctrina fidei. ✠ Crucem, quam incipiente Evangelio frontibus nostris imponimus, ad expellendas omnes pravas suggestiones facimus. Signum vero Crucis in frontibus nostris debet fieri a superiori parte ad inferiorem; postea a sinistra ad dexteram. Faciendo de superioribus ad ima, designatur, Christum desursum, hoc est, de sinu Patris in terram descendisse. Quod vero de sinistra ad dexteram facimus, figuratur Christus, quia post-

(1) Matth. v. 16. (2) Isa. xl. 9.

quam venit in hunc mundum, transivit a sinistra in dexteram, hoc est, a morte ad resurrectionem. Posito Evangelio super pulpitum, et incensato, Evangelium versus Aquilonem legitur. Per Aquilonem infidelitas Gentium designatur, quibus Evangelium Dei ab Apostolis prædicatur igne Sancti Spiritus accensis. Quamdiu autem Evangelium legitur, populus nuda cervice, et sine baculo audire debet, quia Judæi pileos habentes in capite, et manibus arundinem tenentes ad dedecus, et derisionem *improperabant* (1) *ei*. Lecto Evangelio Subdiaconus Evangelium defert ad Episcopum, et Episcopus osculatur librum apertum; quia Episcopus occulta, et secreta Dei cognoscere debet, et ceteris revelare, unde Dominus dicit Apostolis (2): *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis*. Deinde candelabra extingquuntur, quia mysteria, quæ in lege continebantur, et Prophetis, quæ per candelabra designantur, cessaverunt; sicut in immolatione agni typici cessavit immolatio: Vel finito Veteri Testamento, quod intus illuminabatur lumine intelligentiæ, hoc est, mystico sensu, Novo superveniente totum illuminatum est luce Divina; unde Joannes

(1) Matth. xxvII. 44. (2) Lucæ cap.vIII.ver.10.

Evangelista ait (1): *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Offertur enim hostia pro peccatis, unde Psalmista (2): *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*; pro pace inter corpus, et animam reformanda, unde Apostolus (3): *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*; pro gratiarum actione, unde Psalmista (4): *Sacrificium laudis honorificabit me*; pro salute, ut illud (5): *Offerimus tibi vitulos labiorum nostrorum*. Vetus enim Testamentum mutatum est in Novum, quantum ad Sacrificia, quæ sunt mutata; quia ibi offerebantur animalia, hic Sanguis, et Corpus Christi, unde dicitur (6): *Non accipiam de domo tua vitulos*; Et quantum ad præcepta, quia ibi dicebatur (7): *Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum*; hic vero dicitur (8): *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos*; Et quantum ad promissa, quia promittebantur temporalia,

(1) Joan. cap. I. ver. 9.

(2) Psal. L. 19.

(3) Rom. XII. I. Vulg. *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam etc.*

(4) Psal. XLIX. 23.

(5) Osee cap. XIV. ver. 3. *Et reddemus vitulos etc.*

(6) Psal. XLIX. 9.

(7) Matth. V. 43. ubi hoc ex perversa interpretatione manasse traditur.

(8) Ibid. ver. 44.

ut illud (1): *Dabo tibi terram fluentem lacte, et melle*; hic vero promittuntur æterna, ut illud (2): *Agite pœnitentiam, et omnia munda sunt vobis; appropinquabit enim regnum cœlorum*.

In Consecratione Sanguinis Christi vinum, et aqua miscentur (3). Per vinum Chri-

(1) Levit. xx. 24. *Dabo vobis in hæreditatem terram fluentem lacte, et melle*.

(2) Matth. III. 2. et IV. 17. *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim etc.* Lucæ XI. 41. *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis*.

(3) S. Cyprianus Carthaginen. Episc. lib. I. ep. III. Cæcilio pag. 42. edit. Rom: 1563. „ Quando ... in calice vino aqua miscetur, „ Christo populus adunatur, et credentium plebs, „ in quem credidit, copulatur, et jungitur. Quæ „ copulatio, et conjunctio „ aquæ, et vini sic miscetur in calice Domini, ut „ commixtio illa non possit „ ab invicem separari. Unde Ecclesiam, idest plebem in Ecclesia constitutam fideliter, et firmiter „ in eo quod credidit, perseverantem nulla res separare poterit a Christo, „ quo minus hæreat semper, et maneat individua „ dilectione. Sic autem in „ sanctificando calice Domini offerri aqua sola non „ potest, quo modo nec „ vinum solum potest; nam „ si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis, si „ vero aqua sit sola, plebs „ incipit esse sine Christo: „ quando autem utrumque „ miscetur, et adunatione „ confusa sibi invicem copulatur, tunc sacramentum spiritale, et cæleste „ perficitur. Sic vero calix „ Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi „ utrumque sibi misceatur: „ quo modo nec Corpus „ Domini potest esse fari-

stus, per aquam populus intelligitur. Aqua ergo mixta cum vino est populus cum (1) Christo, qui unum corpus efficitur in Christo; quia si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis. Sacerdos ita oblationem ponat: In dextera parte Hostiae calicem constituat; a dextro enim latere Domini et sanguis, et aqua defluxit. Qui versus coram populo, et se inclinans dicit: *Orate, fratres*, postulans, ut digne cultibus divinis possit insistere, ne fiat illi quod factum est Bethsamitibus, qui viderunt Arcam Domini. De Bethsamitibus (2), qui viderunt Arcam Domini, perierunt septuaginta viri; illi videlicet, qui viam Dei cognoverunt, sed postea retro abierunt in hoc seculo, quod volvitur repetitione septem dierum, in quo graviter peccaverunt. Quod autem Sacerdos manibus extensis quasi crucifixus ad altare consistit, crucem significat portare; sed cujus crucem? Forsitan latronis, cui dictum est (3): *Hodie mecum eris in Paradiso*; vel significat portare Crucem Christi, carnem suam maceran-

„ na sola, aut aqua sola, „ nisi utrumque adunatum „ fuerit, et copulatum, et „ panis unius compage solidatum.„

(1) Supplevimus *cum*.

(2) I. Reg. VI. 19. Vide Bernardi Poch Opusculum cui titulus *Del Pentateuco stampato in Napoli l'anno* MCCCCXCI, *e saggio di alcune varianti. Roma* MDCCLXXX. §. XXIII. *p. 69. e seqq.*

(3) Lucae c. XXIII. ver. 43.

rando. Et quandoque Sacerdos ita consistens portat crucem alterius latronis ad sui damnationem, quia non poenitet de peccatis suis. Tres enim sunt cruces, prima latronis desperantis, secunda orantis, et dicentis (1): *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum*, tertia autem Christi. Primus meruit Crucem, sed non profuit ei ad salutem; secundus meruit, sed tamen (2) ad salutem; tertius non meruit, portavit eam tamen, sed nobis profuit. His tribus assimilari possunt tres species hominum, quorum ii primi sunt, qui portant crucem mortificando carnem, et non prodest eis ad salutem, quia de peccatis suis non poenitet; sunt autem et alii, qui mortificant carnem suam, et prodest eis ad salutem, orant et exaudiuntur; audiunt enim quod dicitur (3): *Hodie mecum eris in Paradiso*. Quando autem hoc audiunt? cum Evangelium audiunt: *Beati* (4) *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum*. Sunt etiam alii liberi a poena peccati, nullis criminibus irretiti, subtrahentes sese a perverso opere, ab otioso sermone, ab immunda cogitatione, quibus est oratio in lingua, puritas in mente, portantes aliena peccata

(1) Ibid. ver.42. Vulg. *Domine, memento mei etc.*

(2) Supple *portavit*, *vel profuit ei ad salutem*.

(3) Lucæ c.XXIII. ver.43.

(4) Matth. v. 3.

quasi sua: hi sunt, qui portant crucem non pro suis peccatis, sed pro alienis.

Prima Secreta significat illud tempus, quando Christus venit Hierosolymam ad diem festum non manifeste: vel significat agnum Paschalem immolandum, quod erat secretum omnibus, usque in diem cœnæ, quando discipulis apparuit. In hac Secreta vocatur *Sacrificium* oblatio. Secunda Secreta significat illud tempus, quo receptus fuit in Jerusalem cum hymnis, et laudibus, et ramis arborum, et sexta feria crucifixus fuit; quod occultum erat ante. Præterea Dominus noster Jesus Christus antequam pateretur, pro nobis orasse (1) creditur. Hymnus, videlicet *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* a Beato Sixto institutus (2) non incongrue potest significare fidem Sanctæ Trinitatis, quam corde, et ore laudare debemus, et confiteri.

Sacerdote dicente *Te igitur*, usque ad locum, ubi dicitur *Nobis quoque*, Diaconi, et ministri humiliato capite in oratione perseverent, quia patiente Salvatore nostro, discipuli ejus timore, et mœrore compatiebantur. Ubi ventum est ad hæc verba *Supplices te rogamus*, Sacerdos caput inclinare debet;

(1) Cod. *orare*.

(2) Triplicata ishæc laudis acclamatio ut in Missa caneretur, Sixtus Papa I. sancivit. Vide *Microl. de Eccles. Obser.* cap. XI. Confer Baronium ad annum CXLII. num. 12.

quod significat emissionem spiritus. Quando vero dicit *Nobis quoque peccatoribus*, parum exaltet vocem; quod significat vocem Centurionis dicentis (1): *Vere hic homo, justus erat*. Illud vero sciendum est, et memoriæ mandandum, quod tria sunt Sacrificii genera: Unum Dominici Corporis, alterum contriti cordis, tertium mortificatæ carnis. Oportet ergo præcedere Sacrificium humilitatis in mente, afflictionis in carne, ut habeatur devotio in Dominici Corporis consecratione. Ubi ventum est ad hæc verba: *Per quem hæc omnia semper bona creas*, Diaconus accedit, et dextera manu in dextro cornu Altaris calicem discooperit; Sacerdos vero dicens *Per ipsum, et cum ipso, et in ipso*, cum oblata tangit quatuor partes calicis; in immolatione enim Corporis Christi redempta sunt quatuor climata mundi. Finita vero Oratione utrique calicem levant, et simul ponunt, et cooperiunt: per elevationem de Altari hostiæ, significatur depositio Christi de Cruce: per depositionem iterum in Altari sepultura Christi. Per hoc, quod idem Diaconus scapulam Sacerdotis, et Altare osculatur, creditur Angelus Domini adesse immolationi Corporis, et Sanguinis Christi nostri Redemptoris, quia ejus Resurrectionem

(1) Lucæ cap. XXIII. ver. 47.

annuntiavit. Per exaltationem Dominicæ orationis demonstratur nostræ fraternitatis unitas. Dicto *Sed libera nos a malo*, Subdiaconus, et Diaconus oculos in Dominici Corporis consecratione intendant. Ait enim Evangelista, quia (1): *Noti ejus stabant a longe sua corpora percutientes*.

Quod autem Diaconus a suo loco discedit, et Corpori, et Sanguini Christi ministrare satagit, significat, quod Domino de Cruce deposito, ac sepulto Sanctæ mulieres inde recesserunt, et aromata sepulturæ ejus præparaverunt. Per Sacerdotem Nicodemus, per Diaconum Joseph, per Subdiaconum, et alios ministros Sanctæ mulieres intelligi possunt; illæ enim Dominicæ passioni, et sepulturæ digna obsequia perhibuerunt, et isti Dominici Corporis dignum honorem consecratione exhibent: Illi venerabantur eum jam passum, jam mortuum, isti venerantur eum jam vivum, jam a mortuis resuscitatum, cujus caro est vita nostra, cujus sanguis est redemptio nostra; quia sicut ipse ait (2): *Caro mea vere est cibus, et*

(1) Ibid. ver. 49. *Stabant autem omnes noti ejus a longe*. Ver. autem 48. *De turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum ... et videbant, quæ fiebant*, dicitur percutientes pectora sua revertebantur.

(2) Joan. VI. 56. *Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus*.

sanguis meus vere est cibus, et potus; et alibi (1): *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, habet vitam æternam*. Sacerdos igitur Dominicum Corpus consecratum, et sacrificatum, vivum, et verum in tres partes (2) in Altari super calicem, vel patenam dividit, quarum unam calici immittit, dicens *Pax Domini*: Inde alia se, vel Diaconum communicat: Tertia vero Viaticum,

(1) Ibid. ver. 55. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem etc.*

(2) Micrologus *de Eccles. Observat.* cap. xvII. Bibl. Patr. T. x. col. 741. „ Cum... „ dicit: *Per Dominum nostrum*, rumpit hostiam ex „ dextro latere, juxta ordinem, ad designandam „ Dominici lateris percussionem. Deinde majorem „ partem in duo confringit, „ ut tres portiones de corpore Dominico efficere „ possit. Nam unam in calicem, faciendo crucem, „ mittere debet, cum dicit: *Pax Domini sit semper vobiscum*, ad designandam corporis, et „ animæ conjunctionem in „ resurrectione Christi. Alteram vero ipse Presbyter „ necessario sumit ante calicis participationem, juxta Dominicam institutionem. Tertiam autem „ communicaturis, sive infirmis necessario dimittit. Nec hoc utique sine „ certi causa mysterii. Tripliciter enim Corpus Domini intelligitur: Unum, „ quod resurrexit a mortuis; quod significat particula in sanguinem missa: Aliud, quod adhuc „ vivit in terra, significatum per particulam a Sacerdote consumptam: Tertium, quod jam requiescit in Christo, quod et „ a tertia particula in altari „ servata apte figuratur, „ quam *Viaticum morientium* appellare solemus.„

si opus fuerit, in patenam usque ad finem Missæ reservet; si autem opus non fuerit, eam Sacerdos, vel unus ex ministris in Communione accipiat. Has itaque tres partes Corporis Domini potest Sacerdos accipere, nisi opus fuerit, ut reservetur, ut diximus. Sic per partem hostiæ immissæ in calicem ostenditur verum Corpus Christi, quod a mortuis resurrexit. Per partem hostiæ a Sacerdote, vel Diacono comestam, vivificantem eos in Domino, ostenditur cum discipulis suis post Resurrectionem conversatio. Tertiam vero partem, quæ solet remanere in Altare, ut dictum est, vocat Sancta Ecclesia *Viaticum morientis*, ut ostendatur, non eos deputari debere mortuos, sed dormientes, qui in Christo moriuntur, dum tali tantoque ductore, ad æternam vitam perducuntur (1). Vel tertia pars, quæ in Altari remanet, Corpus jacens in sepulcro, quia usque in finem seculi corpora Sanctorum in sepulcris erunt. Non autem, juxta definitionem Toletani (2) Concilii, intincto pane, sed seorsum Corpore, seorsum Sanguine communicet; quia non legitur Christus alicui discipulorum præ-

(1) Cod. *perducitur*.

(2) Decreti a Concilio Toletano hac de re editi meminit Ivo in Tract. de divinis officiis: Confer Micrologi de Eccles. Observat. cap. xx., et Chardonium in Histor. Sacram. lib. III. cap. VII.

buisse panem intinctum, nisi Judæ; excepto populo, cui intincto pane non auctoritate, sed necessitate summa timoris Sanguinis Christi effusionis permittitur communicare. Vel sic: Quod autem Sacerdos triparticipalem facere solet fractionem, et unam partem dextera, alteram vero sinistra manu sustinet, et tertiam in calicis fundo deponit, hoc habet mysterii, quod una pars corporis Ecclesiæ a corpore exuta, facta jam plena peccatorum suorum recompensatione, adeo ut nihil superstet expiandum aliqua pœna, tamquam in dexteram beatitudinis partem deportata visione Dei plenius delectatur; quæ pars per eam, quæ tenetur in dextera, significatur portiunculam. Per illam, quæ tenetur in sinistra, designatur illa pars fidelium, quæ quidem est exuta carne, sed quia pro peccatis adhuc restat aliqua expiatio, nondum ad dexteram beatitudinis partem est adsumpta. Quæ vero in fundo calicis tenetur deposita, significat eos, qui nondum exuti a carne miseriis hujus seculi tenentur impliciti; post hanc tamen vitam ad beatitudinis requiem transituri. Corpus Domini non debet consecrari, nisi in panno lineo, quia corpus ejus linteis ligatum narratur. Linteum sane ex lino fit, linum vero ex terra nascitur, et cum gravi labore ad candorem

perducitur. Mystice ergo per linteum immaculati corporis ejus candor exprimitur. Hinc nimirum Ecclesiæ consuetudo descendit, ut sacrosanctum Domini Corpus, non in sericis tinctis, atque auro textis sacretur, sed tantum in sindone munda.

Interea chorus *Agnus Dei* cantat; quod Hyginus Papa (1) in confractione Dominici Corporis cantari præcepit. *Agnus Dei* ter dicitur, propter Trinitatem; in prima, et secunda vice dicitur *Miserere nobis*, ut nos in hac vita dilectionem Dei, & proximi habeamus, & sic misericordiam Dei nobis necessariam consequamur. In tertia vice dicitur *Dona nobis pacem*, quia in altera vita daturus est nobis pacem illam, *quæ exuperat omnem sensum*, cujus Agni immolatio mundum redemit. Quo incepto candelabra illuminantur; Agni enim passione illuminatus est mundus. Deinde pax donatur. Per pacem intelligitur reconciliatio ad Patrem; per osculum pacis, nostræ designatur unitas fidei, sive dilectionis, seu etiam nostræ resurrectionis. Per hanc enim pacem designatur pax illa,

(1) Orationem *Agnus Dei* primo in Missam a Sergio I. fuisse introductam tradit Auctor Libri Pontificalis Anast. Confer Le-Brunum Explic. Miss. art. VI. Benedict. XIV. de Sacrif. Miss. lib. II. cap. XX. num. 20. et alios.

quæ (1) *exuperat omnem sensum*, hoc est, vera pax. Est enim vera pax, et falsa pax. De falsa pace dicitur (2): *Pax, pax, et non erat pax*. De vera pace dicitur (3): *Factus est in pace locus ejus*. Falsæ vero pacis tres species sunt; est enim pax æstimata, pax simulata, pax imperata. Dum enim inter seculares pacem quærimus, dum discordes ad concordiam revocamus, æstimant seculares, quod pacem inter nos habeamus; dum enim in vestimentis ovium foris eximus, & intus quasi lupi rapaces gregem simplicium fratrum lacerando dispergimus, pacem simulamus, sed non habemus: dum vero prælati pacem subjectis imperant, et eos disciplinæ legibus non arctant, solummodo pacem docent, sed non tenent. Veræ siquidem pacis tres species esse perhibentur. Est enim pax probata, pax certa, pax confirmata. Pax enim Dei hominibus a Deo datur, data probatur, probata confirmatur, confirmata certificatur. Probatur tentatione, confirmatur tribulatione, certificatur cohabitatione.

Deinde ponitur Missale in dextro cornu altaris, quia in fine seculi ipsi Judæi salvabuntur; unde illud (4): *Si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiæ sal-*

(1) Philipp. IV. 7.
(2) Jerem. VIII. 11. *Pax, pax, cum non esset pax.*
(3) Psal. LXXV. 3.
(4) Rom. IX. 27.

væ fient (1). Sequitur Communio, quæ significat communicatos esse. Postea dicitur oratio, in qua rogat Sacerdos, et gratias agit de Sacramenti perceptione. Deinde sequitur *Ite missa est*, hoc est, sequimini Christum, Hostiam pro vobis ad Partem missam; oportet enim, ut membra caput sequantur. Vel sic: *Ite missa est*, hoc est, immolatus est Agnus, et reseratus est Paradisi introitus: Sequimini eum mortificando carnem vestram cum vitiis, et concupiscentiis. Vel sic: *Ite missa est*, hoc est sequimini Hostiam, quæ missa est ad cælestia, tendentes post eam. Vel Missus cælestis venit ad consecrandum Dominicum Corpus, per quem ad Altare cæleste defertur Hostia.

CCXXX.

DE MISSA PRO MORTUIS

In Missa pro mortuis non cantatur *Gloria in excelsis Deo*, nec *Alleluja*, quæ suavitatem, et lætitiam significant; quia tunc magis afficimur pro charis nostris tristitia. Et quia celebratur ad imitationem mortis Christi, non datur osculum. In septima die cantatur, ut septenam habeant requiem a labori-

(1) In margine: „Cum „enim venerit plenitudo „gentium, tunc omnis „Israel salvus fiet."

bus suis. Denario ter ducto triginta fiunt: per denarium Decalogum legis, per ternarium Trinitas designatur; et ideo trigesimo die celebratur Missa pro mortuis, ut quidquid per Decalogum legis delinquitur contra Sanctam Trinitatem, diluatur.

CCXXXI.

DE ANNIVERSARIO

Anniversarius dies ideo repetitur pro defunctis, quia nescimus, qualiter se habeant in altera vita. Sicut (1) Sanctorum anniversarium in eorum honorem nobis ad memoriam reducitur ad utilitatem nostram, sic defunctorum ad utilitatem eorum.

(1) Amalarius de Eccles. Offic. lib. III. cap. XLIV. pagin. 211. scribit: „ Sicut „ Sanctorum omnium an- „ niversaria dies in eorum „ honore ad memoriam no- „ bis reducitur super utili- „ tate nostra: ita defuncto- „ rum ad utilitatem illo- „ rum, et nostram devotio- „ nem implendam, creden- „ do, eos aliquando ven- „ turos ac consortium San- „ ctorum. „ Anniversarii celebrandi ritus in Ecclesia est antiquissimus. Anniversarium Ludovici II. Imperatoris quotannis celebrabat Joannes VIII., ut ex ejus Epistola XCI. Idipsum confirmatur ex alia ejus Epistola CCIV. Anniversarium piæ recordationis Ludovici Regis Franciæ statuit fieri Urbanus III. Vide Mabilonem *Itin. Ital.* pag. 23. De die III. VII. et XXX. extat Can. *Quia alii* XIII. quæst. II.

CCXXXII.

DE HORA TERTIA

Tertiam horam celebramus, quia in ea Spiritus Sanctus super Apostolos descendit. Sextam, quia in ea Salvatorem nostrum crucifixerunt Judaei. Nonam vero, quia in ea Salvator noster in Cruce pendens emisit spiritum. In his tribus horis bis tres Psalmos cum trina glorificatione Sanctae Trinitatis canimus; fidem enim Sanctae Trinitatis corde, et opere, et corpore tenere, & venerari debemus. Has quoque horas cum hymno, Antiphona, Capitulo, Responso, Versu, oratione Dominica, et Precibus, et *Miserere mei Deus* genu flexo, et oratione complemus; exceptis festivis diebus, in quibus oratio Dominica, et preces, cum psalmo, et genuflexione dimittuntur. Prius enim adjutorium Domini nostri in his tribus horis invocare debemus, postea hymnum, hoc est, laudem Redemptori nostro reddimus. Per Antiphonam, in qua psalmi junguntur, charitas intelligitur, in qua uniri debemus, ut Apostolus ait (1): *In charitate radicati, et fundati simus.* Per Capitulum exercitationem boni operis; Per Orationem Divinam misericordiam intelligimus.

(1) Ephes. III. 17.

CCXXXIII.

DE HORA TERTIA, ET SEXTA, ET NONA (1)

Hora Tertia (2), et Sexta, et Nona Daniel (3), et tres pueri supplicationibus se Domino devoverunt; scilicet ut ab ortu diei in tempore supplicationis tres horæ porrectæ Trinitatis nobis reverentiam declararent.

CCXXXIV.

DE HORA VESPERTINA (4)

In hac hora, quia finis est diei, et initium noctis, sicut in hora prima quinque canimus psalmos, per quinque corporis sensus, ut quidquid per eos in die offendimus, psalmorum deprecatione dimittatur nobis, et iidem sensus nostri imminenti nocte a Domino in beneplacito suo dirigantur; unde quisque psalmus cum antiphona cantatur, ut

(1) In Cod. deest *Nona*.

(2) De Hora Tertia, Sexta, et Nona consule S. Isidorum *de Eccl. Off. lib.* I. *c.* XIX. *pag.* 587. Amalarium *lib.* IV. *cap.* II. III. V. VI. *pag.* 216. *seqq.* Hrabanum Maurum *lib.* II. *de Institutione Clericorum* cap. I. seqq. pag. 330. seqq.

(3) Dani. cap. VI. ver. 10.

(4) Cod. mendose *de Hora Nona*.

instituit Beatus Ignatius (1) Antiochenus Patriarcha. Per quinque psalmos, qui alternantibus choris cantantur, bona fratrum opera designantur, in quibus se ipsos exercendo alternatim admoneant; Et aliis bene vivendo exemplent (2), juxta quod ait Evangelista (3): *Ut opera vestra bona hominibus appareant, et glorificent Deum*. Per Antiphonam, quae ab uno incipitur, & a ceteris communiter cantatur, charitas exprimitur; qua mentes fidelium in unum connectuntur. Deinde Capitulum dicitur, in quo populus exhortatur, ne deficiat, sed in bono opere perseveret. Postea hymnus, hoc est, laus Dei prosequitur, et Versus dicitur sub imperfecta oratione, qui significat laudis imperfectionem in praesenti vita. De hac imperfectione ait Psalmista (4): *Imperfectum meum viderunt*

(1) Valfridus *de Rebus Ecclesiasticis* cap.xxv. *De Horis canonicis, et genuum flexione. De Hymnis item, et Cantilenis, et incrementis eorum* pag.412. „ Ignatius, *ait*, Antiochiae Syriae, tertius post Apostolum Petrum Episcopus, „ qui etiam cum ipsis degebat Apostolis, vidit Angelorum visionem, quomodo antiphonas S. Trinitati dicebant, et hymnos; isque modum visionis Antiochenae tradidisse probatur Ecclesiae, et ex hoc ad cunctas transivit Ecclesias. „

(2) Cod. *exem*. Forte *exemplent*.

(3) Matth. v. 16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est*.

(4) Psal. cxxxviii. 16.

oculi tui. Post quem hymnus Sanctæ Mariæ, hoc est, *Magnificat anima mea Dominum* (1), cum antiphona incipitur, in qua humilitatis, et obedientiæ exemplo nos roborat, et incarnationis Dominicæ memoria ad exercitandam fidem reducitur. Sed incipiente Versu, juxta quod Dominus præcepit Moysi (2) incensum super Altare a Sacerdote offertur; et per hoc flagrantia exmpla bonorum operum designantur. Postea oratio cum benedictione Domini sequitur; per quod nostri mysterii unitas, et repromissio intelligitur.

CCXXXV.

DE EODEM

Vespertini Officii ex Veteri Testamento solemnis est celebratio. Testis est David, qui dicit (3): *Dirigatur oratio mea*. In Novo Testamento eodem tempore Dominus, et Salvator noster cœnantibus Apostolis mysterium sui Corporis, et Sanguinis tradidit, His temporibus in honore, ac memoria tan-

(1) Canticum hoc a Scriptoribus *Evangelium*, et *hymnus Evangelicus* nuncupatur, eo quia ex Lucæ Evangelistæ capite I. desumptum est. Dicitur etiam *Psalmus*, ut animadvertit clar. Laurentius Philippus Dionysi in Opusculo inscripto *Antiquissimi Vesperarum Paschalium Ritus Expositio* in nott. pag. 23.

(2) Exod. XXIX. 13.

(3) Psal. CXL. 2.

torum Sacramentorum adesse nos decet conspectibus, et personare in ejus cultibus, et laudibus.

CCXXXVI.

DE EODEM

Est vespere mundi, ut illud (1): *Qui circa horam nonam venerunt*. Est et hominis, unde Psalmista (2): *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam*. Est diei, vel temporis, ut illud (3): *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati*. Est et gratiæ, ut Psalmista (4): *Ad vesperam demorabitur fletus*. Sed quia post vesperas non statim quiescimus, sed terrenis operibus, et necessitatibus operum, et corporum, quæ absque culpâ omnino exerceri nequeunt, incumbimus; quicquid in illis delinquimus, per (5) Completorium emendemus.

CCXXXVII.

DE COMPLETORIO (6)

In hac hora secundum quatuor elementa nostri corporis, quibus Deum offendimus, quatuor psalmos ad eum placandum cantamus.

(1) Matth. xx. 5. seqq.
(2) Psal. CIII. 23.
(3) Matth. XXVIII. 1.
(4) Psal. XXIX. 6.
(5) Cod. *post*.

(6) De Completis vide S. Isid. de Eccl. Off. lib. I. cap. XXI. pag. 587. Amalarium lib. IV. cap. VIII. pagin. 225. seq.

Postea dicitur hymnus; deinde Capitulum; deinde hymnus justi Simeonis dicitur, ut a Deo custoditi, et illuminati quiescamus. Postea, sicut in Hora Prima, oratione Dominica, et Symbolo, et Confessione nos contra noctis insidias munimus; horam vero istam cum precibus, et oratione complemus, quia sicut ait Jacobus Apostolus (1): *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini*. Quod autem in aliis horis sicut in istis, nisi in festis, orationem Dominicam, et preces, et *Miserere mei Deus* dicimus genu flexo, humilitatem, et contritionem nostri cordis significat, quia sicut ait Propheta (2): *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, et humiliatum, Deus, non despicies*. Unde Dominus ait (3): *Ad quem respiciam, nisi super humilem, et contritum spiritu, et sermonem meum trementem?* In singulis horis cantatur *Benedicamus Domino*, ut per hoc significetur, quod in omnibus profectibus nostris Deum laudare debemus, et ei adscribere omne bonum, quod habemus. Ad quam humilitatem

(1) Jacob. v. 16.
(2) Psal. L. 19.
(3) Isa. LXVI. 2. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos.*

designandam versiculus iste semper a puero est cantandus (1).

CCXXXVIII.

QUALITER CANTANDUM SIT IN ECCLESIA

Fit enim in Ecclesia diversus cantus, videlicet cantus Dei, et cantus diaboli. Cantus Dei est charitas. Qui in tali cantu cantat, *exaudit* (2) *eum Dominus de monte sancto suo*: Nihil enim prodest dulcedo vocis sine dulcedine mentis. Cantus diaboli est cupiditas. Cantus qrimi hominis voluptas, cantus secundi charitas. In cantu diaboli sunt tres falsæ voces; et in cantu primi hominis tres dissonæ, et discordes. In cantu etenim diaboli prima vox est elationis, secunda suggestionis, tertia desperationis. Similiter et in cantu primi hominis, prima vox est delectatio, secunda consensus, tertia excusatio. Musica namque diaboli ab altiori voce cantare cœpit: *Ponam* (3), inquit, *sedem meam*

(1) De Divino Officio consuli possunt Cardinalis Bona *de Divina Psalmodia*, Martenius in Tractatu *de Antiqua Ecclesiæ Disciplina in divinis celebrandis Officiis*. Azevedo in Exercitationibus *de divino Officio*, et alii, a quibus uberrime de hoc argumento actum est.

(2) Respicit ad Psal. III. 5. *Exaudivit me de monte sancto suo*.

(3) Isa. cap. XIV. ver. 13. seq. *Sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*.

ad Aquilonem, et ero similis Altissimo, altius enim inchoavit quam debuit; descendens vero de cælo inchoavit antiphonam suggestionis in Paradiso, desperationis in inferno. In musica Christi sex sunt voces inter se consonæ, et concordes. Prima concordiæ vox est humilitas cordis, secunda mortificatio carnis, tertia compassio, quarta consolatio, quinta oratio, sexta devotio. In his sex vocibus cantatur canticum novum, canticum charitatis. In his auditur jubilus unitatis, consonum melos devotionis, contemplationis dulcedo (1).

CCXXXIX.

DE ADVENTU (2)

Post hæc, quæ superius dicta sunt, videamus de Adventu Domini; et quare per tres tantum hebdomadas sit constitutus. Quod ut melius videamus, sciendum est, duos esse adventus: primus in humilitate, secundus in majestate. In primo adventu per Spiritum Sanctum *puer natus est nobis* de Virgine; et per Spiritum Sanctum puritas quotidie nascitur in humili mente. In secundo adventu

Ee 2

(1) „ Hæc musica salutaris non solum hominibus, sed etiam Angelos delectat. „ Sic in margine Codicis.

(2) Adeundus Amalarius *de Eccl. Off.* lib. III. cap. XL. pag. 208.

Christus veniet ; et qui puer in primo adventu venerat , in fine seculi judex fiet . In primo adventu pœnitentibus promittitur venia, in futuro autem non pœnitentibus dabitur pœna . In primo adventu Christus judicatur ante Pilatum , dans exemplum , ut judices te ipsum , in secundo judicabit mundum . In primo adventu post peractam pœnitentiam peccati potes evadere pœnam , post secundum adventum nullam poteris assequi misericordiam . Judica ergo teipsum in hoc seculo , ut alios judices in futuro . Primum antiqui (1) Patres magno affectu desideraverunt , secundum moderni Patres maximo desiderio concupiscunt .

Ad designandos itaque antiquos , et modernos Patres constitutæ sunt tres hebdomadæ in adventu . Et antiqui Patres per tria tempora , scilicet ante Legem , sub Lege , et sub Gratia magno desiderio primum expectaverunt adventum ; et adhuc præstolantur secundum adventum , in majestate videlicet. Et moderni Patres per tres temporis distinctiones magno affectu secundum præstolantur

(1) Moyses primum ad„ventum Christi denuncia„vit dicens: *Prophetam su„scitavit Dominus de tri„bus viis , tamquam me „ipsum audieritis* . Elias „secundum adventum de„nuntiavit, et Evangelium „Christi est prædicatum , „et Enoch , qui translatus „est ad Dominum , „ Ita in margine .

adventum . Hæ namque sunt tres temporis distinctiones modernorum , scilicet ; primus status Ecclesiæ post resurrectionem Christi , cum adhuc parva esset ; secundus status , cum per dilatationem (1) fidei multiplicata est usque per orbem , quod nunc est ; ultimus erit cum uterque paries in utroque lapide angulari conveniet . Quod antiqui Patres magno desiderio primum expectassent adventum , testatur ille senex sanctus Simeon , qui nimio desiderio ajebat : *Putas videbo ? Putas durabo ?* Quod moderni Patres eodem affectu secundum præstolentur adventum , indicat quod Apostolus dicit (2) : *Cupio dissolvi , et esse cum Christo* . Hæc est igitur causa , quare hujus temporis tres tantum hebdomadæ constitutæ sunt . Quod etiam ex ipso Officio perpendi potest , ubi et in cantibus , et in lectionibus quædam sunt , quæ præcipue ad primum ; quædam , quæ præcipue ad secundum ; quædam etiam ad utrumque simul spectant adventum . Quæ præcipue spectant ad primum , ut *Ecce* (3) *virgo concipiet* . Quæ præcipue ad secundum , ut *Ecce veniet Dominus , et omnes Sancti ejus cum eo* . Quæ ad utrumque , ut *Ecce* (4) *veniet desideratus cun-*

(1) Cod. *dilectionem* .

(2) Philipp. 1. 23. *Desiderium habens dissolvi , et esse cum Christo, multo magis melius.*

(3) Isa. cap. VII. ver. 14.

(4) Agg. II. 8.

ctis Gentibus. Quod tres temporis distinctiones præcesserint ipsum adventum, in quibus illi Patres expectaverunt, innuunt illi tres versus, qui sub primo Responsorio in adventu cantantur. Potest tamen in hoc, quod sub uno Responsorio tres versus cantantur sub una glorificatione, congrue hoc mysterium designari, quod antiqui per hæc tria tempora eum desideraverunt, quem trinum, et unum in Deitate cognoverunt, ut per ipsum factum hominem ad Trinitatis gloriam pervenirent. Vel isti tres versus significant tres ordines in Ecclesia Dei, scilicet Noe, Daniel, et Job. Per Noe, qui arcam rexit in undis designatur ordo Sacerdotum; unde a Sacerdotibus cantatur primus. Per Danielem, qui in aula Regis continens fuit, designatur ordo continentium; unde et a Subdiaconibus, vel Diaconibus cantatur secundus: eis namque lex continentiæ imposita est. Per Job, qui conjugatus fuit, designatur ordo conjugatorum; unde et ab inferioribus tertius cantatur, quia eis lex continentiæ non est imposita. Et cum trina fiat repetitio, prima fit ab altiori, secunda a minus remoto, tertia iterum a minori ad ostendendum, quod Patres primi temporis magis remoti erant ab adventu Christi, quam Patres secundi, & quam tertii. *Gloria Patri* su-

bjungitur tribus versibus, quia omne desiderium nostrum ad Deum trinum referendum est. Ibi non fit repetitio partis, sed totius Responsi, quia post vitam præsentem omnia tempora consumentur, cum Deus erit omnia in omnibus, hoc est, consummatio omnium. Est adventus Christi visibilis in humanitate, ut illud (1): *Veniet Dominus, et non tardabit*. Erit etiam visibilis in majestate, ut illud: *Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo*; & iterum visionis invisibilis, ut illud (2): *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus*. Et assumptionis, ut illud (3): *Veniam, et accipiam vos ad me ipsum*. Vel sic: Duo tantum sunt adventus Domini, unus miserationis, et nostræ redemptionis (4), alter vero judicii, atque malorum condemnationis, de quibus Psalmista ait (5): *Misericordiam, et judicium cantabo tibi, Domine*. Ubi notandum est, quia prius misericordia, ac deinde judicium posuit; quoniam nunc est misericordiæ, postea vero judicii tempus sequetur. De primo ergo dicit Dominus (6): *Non veni, ut*

(1) Habacuc. II. 4. *Veniens veniet, et non tardabit*.

(2) Joan. XIV. 23.

(3) Ibid. ver. 3. *Iterum venio, et accipiam vos etc.*

(4) Cod. *ereptionis*.

(5) Psal. C. ver. 1.

(6) Joan. XII. 47.

Judicem mundum . De secundo ait (1) : *Pater non judicat quemquam* ; quoniam quidem non Patris, sed Filii persona in judicio apparebit, quia ipsa sola carnem suscepit, et idcirco non secundum Divinitatem, sed juxta eamdem se quoque manifestabit. Ille ergo, qui in primo venit judicandus, in secundo quidem veniet judicaturus. Præterea in primo noluit judicaturus venire, quia omnes novit esse peccatores, qui si judicaturus venisset, non haberet profecto quos coronaret, sed potius quos condemnaret. Quamobrem primo non animo (2) judicandi, sed tantum affectu voluit miserendi venire. Et sicut in nube ascendit Deus, et homo, ita descendet Deus, & homo ad judicandum; quod intelligitur in nube: Nubes enim inferius frigida est, unde intelligitur humanitas; superius calida, & inde Divinitas percipitur.

Postquam de excursione temporis, et hebdomadis diximus, de ipso Officio dicere restat, a quo quidam solemnes cantus subtrahuntur, ut est *Gloria in excelsis Deo*, et *Te Deum laudamus*, et *Ite missa est*, nisi in festivis diebus, quia in ipsa die Nativitatis angelicam exultationem cantantes, præ nimio gaudio, et cupienti animo cum majori fidelium tripudio decantentur. Præterea juxta

(1) Ibid. cap. v. ver. 22. (2) Supplevimus *animo*.

prædictorum temporum qualitatem congrue provisum est a Beato Gregorio, ut in prima Dominica dicatur Officium *Ad te levavi*; Sancti enim, qui tempus legis præcesserunt ad similitudinem grani, quod de terra levatur, ut in horreum deportetur, ad Christi adventum se erigentes, in horreum cælestis regni per ipsum se certissime (1) portandos sperabant, ac si dicerent: *Ad te levavi*. In secunda vero Dominica dicitur: *Populus* (2) *Sion*, quia ii, qui sub lege in Sion, et in Jerusalem habitabant, de adventu Salvatoris per Prophetas his, et aliis hujuscemodi verbis consolabantur *Populus Sion*. In tertia vero Dominica dicitur: *Gaudete* (3) *in Domino*; et ii tempore Prophetarum, quasi jam præsens adesset gaudium primi adventus, monebantur; sicut per Apostolum ad gaudium futuri adventus commonemur his verbis: *Gaudete in Domino*.

Si vero isto excursu temporis quarta intervenerit Dominica, repetitur Officium, quod in quarta feria jejunii fuerat dictum, scilicet *Rorate*; et hoc in designatione illorum, qui in ipso incarnationis, et conceptionis tempore cælestis rorem gratiæ, et grani, a quo surgit fructus vitæ, ac salutis

(1) Cod. mendose *secretissime*. Forte *se certissime*.

(2) In Introitu Dominicæ II. Adventus.

(3) Philip. IV. 4.

perpetuæ, petere, et accipere meruerunt. Præterea sciendum est, quod Ecclesia hoc tempore habet quosdam solemnes cantus, quibus continue per aliquot dies ante nativitatem utitur, ut illæ antiphonæ, quarum prima hæc est *O* (1) *Sapientia*, in quibus quidam decepti cantant duodecim, alii novem, cum solummodo sint septem, quæ a Beato Gregorio sunt constitutæ, quæ per septem dies ante vigiliam Nativitatis debent cantari, quas si quis voluerit ab aliis discernere, sciat quia quæcumque habent *Veni*, sicut dicitur: *Veni ad liberandum nos*, et similia, ipsæ sunt de illis, quas Beatus Gregorius composuit: hæc est vera ratio, cur sub hoc numero sunt constitutæ, et designant ipsæ gaudium antiquorum Patrum adventum Christi desiderantium, & invocantium; & ideo per hunc numerum designantur. Has antiphonas cantat Ecclesia per septem vesperas ante Nativitatem, sicut Patres Veteris Testamenti per septem annos ante jubilæum clangebant tubis in septimo mense cujusque anni, quasi in vespera diei. Sicut post meridiem sole vergente ad occasum dicitur *vesperum*; ita post septem menses transeunte tempore potest dici quasi anni vesperum. Est etiam

(1) De Antiphonis, quæ in principio habent *O*, vide Amalarium Fortunatum in libro, cui titulus *de Ordine Antiphonarii* cap. XIII. pagin. 276. seqq.

attendendum, quod omnes illæ antiphonæ sunt secundi toni; per quod significatur, quod nos secundum ejus adventum, in majestate videlicet cupiendo præstolamur. Simile namque mysterium continetur sub septem antiphonis, quæ in octavis Epiphaniæ sub septimo tono secundæ differentiæ constitutæ fideles Novi Testamenti figurant, qui in Baptismo septiformis Spiritus gratiam recipiunt, ut salvi fiant. In his septem antiphonis congrue septem donorum potest assignari petitio, ut per primam primum donum petatur, scilicet sapientia; et sic de reliquis per ordinem. Antiqui enim Patres adventum Christi cupientes hoc precibus, & mente orabant, ut vera sapientia Patris, in qua omnia facta sunt, quæ attingit a fine usque ad finem, & cuncta fortiter disponit, & continet, in carne veniens donum sapientiæ conferret. Orabant etiam, ut ipse quidem Dominus omnium, & Dominus Sanctorum, spiritualiter qui omnes suos regit, & de tenebris mundi educit, qui legem antiquo populo dedit, in carne veniens intelligentiæ afferret donum, quo fideles corde mundato ad videndum Dominum se præpararent, unde dicitur: *O Adonai*. Orabant etiam, ut ille, qui est vera radix, quæ de Jesse erat exitura, esset eis signum populorum, ad cu-

jus imitationem populi per viam salutis expectatam incederent, & quem cunctæ gentes precantur, in carne veniens Spiritum consilii daret, quo vere misericordes erga proximos facti perpetuam a Domino misericordiam obtinerent, unde dicitur: *O radix Jesse*. Orabant etiam, ut David clavis, quæ erat nascitura, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, in carne veniens fortitudinis donum afferret, quo fortes facti esurirent justitiam; ut tandem de carcere, & umbræ mortis regione educti apud Dominum perpetuo saturari mereantur, unde dicitur: *O clavis David*. Christus dicitur *clavis David*, quia habet clavem, hoc est, potestatem aperiendi Paradisum, hoc est, habet aperitionem David Prophetæ, scilicet incarnando, moriendo; & aperuit nobis obscura David, & cæterorum Prophetarum, qui de eo plurima dixerunt. Et vere habet clavem, quia ipse aperit fidelibus secreta Scripturarum; & illo aperiente nemo claudit illis fidelibus; & qui claudit infidelibus, & nemo aperit illo claudente. Orabant etiam, ut splendor Patris, verus Oriens, & lux æterna, & sol justitiæ in carne veniens donum scientiæ daret, quo in medio nationis pravæ, et perversæ conversari scirent; ut pro suis, aliorumque peccatis, & pro di-

latione patriæ lugentes æterni gaudii consolationem mererentur; unde dicitur: *O Oriens*. Redemptor noster *Oriens* dicitur, Propheta attestante, qui ait (1): ECCE VIR, ORIENS NOMEN EJUS. Omnes ergo, qui in hoc Oriente fide consistunt, recte *Orientales* vocantur. Orabant etiam, ut ille, qui est Rex omnium gentium, quem desiderabant, ut in eo benedicerentur juxta quod promissum fuerat Abrahæ (2): *In semine tuo* BENEDICENTUR *omnes gentes*, qui in se lapide angulari utrumque unum faceret, visibilis in carne veniens donum pietatis donaret, quo vere mites facti terram viventium possiderent, qui sunt de limo terræ formati; unde dicitur: *O Rex Gentium*. Orabant etiam, ut *Emmanuel*, quem Prophetæ nasciturum prædixerant, qui legem charitatis daturus erat, in carne notus veniens Spiritum timoris daret, quo vere pauperes facti solum Creatorem Deum cognoscerent, & caste timerent, ut corpore simul, et anima soluti cælestis regni solio mererentur ditari.

(1) Zach. VI. 12.

(2) Genes. XXII. 18. *Et* BENEDICENTUR *in semine tuo omnes gentes terræ*.

CCXL.

DE EODEM

Gad (1) interpretatur *accinctus*, & personam Domini exprimit, qui in primo adventu humilitatis suæ ante adventum Antichristi præliaturus (2) occurrit, accinctus gladio

(1) S. Isidorus Comment. in Genesim cap. XXXI. *de Benedictionibus Patriarcharum* pag. 446. col. 2. scribit: „ Gath accinctus præliatur ante eum. Iste „ Gath accinctus personam „ Domini exprimit, qui in „ primo adventu humilitatis suæ ante adventum „ Antichristi præliaturus „ occurrit. Accinctus gladio verbi circa femur potentissime, quo inimicos „ divisit, id est filium a patre, filiam a matre, nurum a socru, juxta quod „ legitur in Evangelio: *Non* „ *veni pacem mittere in* „ *terram, sed gladium*. „ Quod autem ipse accingetur retrorsum, claritas „ Domini nostri in secundo regno ejus ostenditur, „ quia cum venerit Antichristus, idem occurret „ retrorsum, id est, post „ ejus vestigia Christus celeri adventu progrediens, „ ut interficiat eum gladio „ oris sui. Unde et bene „ idem Gath *Latrunculus* „ interpretatur, eo quod „ posterior, idest, secus „ pedes, quasi latrunculus „ rapido, atque improviso „ adventu exiliat contra „ apertam Antichristi oppugnationem. Hinc est, „ quod Evangelista proclamat dicens: *Quia dies* „ *domini sicut fur, ita in* „ *nocte veniet.* Christus ergo et ante, et retro præliari contra Antichristum „ scribitur. Ante eum namque in occulto adventu „ humilitatis; post eum manifestius in gloria majestatis. „

(2) Cod. mendose *præliandus*.

Unde dicitur (2) : *Accingere* *uper femur tuum ,potentissime* . ippe super femur accingere est s studium voluptatibus carnis an- ;um sancta quis studet discere , 's suggestiones edomare . Hoc amicos divisit, hoc est , filium filiam a matre , nurum a socru in Evangelio legitur (3) : *Non ve-* *ttere in terram , sed gladium.* Quod 4) : *Et ipse accingetur retrorsum* , mini in secundo adventu ostendi- um Antichristus venerit, occurret stigia Christus celeri adventu pro- ut eum interficiat gladio oris sui . go ante , & retro præliari contra m scribitur . Ante eum namque adventu humilitatis ; post eum ma-) in gloria majestatis demonstrat . r ergo ante , et retro , ut ea , quæ , et futura, diligenter attendantur .

emendavimus ex .oro . Cod. *verbis* ,

) Psal. XLI v. 4.

(3) Matth.x. 34.ubi Vulg. lenius : *Nolite arbitrari* , *uia pacem veni mittere in terram : non veni pacem mittere , sed gladium* .

(4) Genes.XLIX. 19.

(5) S. Isidorus loc. citat. *manifestius* .

Cioccolate forte 4 — 30 Alandelle

CCXLI.

DE COLLECTIS IN ADVENTU

In hoc tempore omnes Collectæ hunc finem habent, scilicet *Qui tecum vivit, et regnat*; vel *Qui vivis, et regnas*. Et Sancti Patres præcedentes magno desiderio precabantur Patrem, ut Filium mitteret, vel Filium, ut ad homines redimendos veniret. Similiter sequentes in uno desiderio secundum adventum cupientes orant Patrem, ut mittat Filium ad judicandum; vel Filium, ut veniat ad judicandum, et eos æternaliter remunerandum. In aliis vero temporibus, cum de temporalibus, vel æternis beneficiis imploramus, alloquentes Patrem dicimus: *Per Dominum nostrum*; cuncta enim beneficia ministrat Pater per Filium.

CCXLII.

QUID DEBEAT LEGI IN ADVENTU

In Adventu Domini legitur Isaias usque in Vigiliam Nativitatis Domini, quia quanto de Christo prophetavit clarius, tanto Nativitati ejus legitur vicinius.

CCXLIII.

DE VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

Assignata Dominici Adventus ratione, de Vigilia Nativitatis Domini, et de ipsa Nativitate, & reliquis festivitatibus dicendum est. Quemadmodum ultima Dominici Adventus Dominica designat illos, qui tempore Prophetarum futuræ nativitatis gaudia expectant, sic et Domini vigilia congrue designat illos, qui in ipso ortu Salvatoris verum manna suscipere meruerunt; unde congrue, & in Invitatorio, & Responsorio, & in versiculis, & in Officio Missæ dicitur: *Hodie scietis*. Idem dictum est filiis Israel, quibus in Moysi tempore manna de Cælo datum fuit. Sicut enim tunc dicebantur hæc verba, scilicet ut ad esum agni se præpararent (1), et ad receptionem Dominici Corporis; Nam *Verbum caro factum est*. Manna piorum extitit jumentorum, quod prius fuerat panis Angelorum. In hac autem Dominicæ Nativitatis vigilia desponsatio Mariæ ad Joseph legitur, ut sciatur, quod alii desponsata, et ab alio est fecundata, scilicet a Spiritu Sancto; unde dicitur (2): *Spiritus Sanctus superveniet in te*: Juxta quam rationem consueverunt quædam Ecclesiæ, quod

(1) Aliquid deest. (2) Lucæ cap. 1. ver. 35.

soli Sacerdotes totum hujus diei Officium celebrent, ut meminerint se sponsos Ecclesiæ, quam verbo debent, et exemplo fovere. Sed tamen, sicut Beata Virgo alii copulata, et ab alio est fecundata, sic et Ecclesia eis desponsata non ab ipsis, sed a Domino fecundatur. Unde et filii, qui in ea nascuntur, non a Petro Petrini, vel a Paulo Paulini, seu a quolibet alio nominantur, sed a Christo *Christiani* dicuntur.

In singulis hujus Vigiliæ versiculis *Alleluja* cantatur (1), quemadmodum in ipsa Nativitate, et in Pascha, et in aliis præcipuis solemnitatibus fieri consuevit. Quod congrue dicimus fieri, quia illud summum gaudium, quod est in crastinum futurum, significat. In hac die quatuor Lectiones leguntur, quia Dominus noster in mundum hunc venit, ut illuminaret quatuor climata mundi; vel quia quatuor Evangelistæ nativitatem Domini prædicaverunt; vel propter quatuor ordines, qui erunt in secundo adventu, scilicet duo justorum, et duo reproborum. Hæc igitur Officii hujus sanctæ Vigliæ institutio a Beato Gregorio ordinata, et in Invitatorio, et Lectionibus, et Responsoriis, et in Versiculis, et in Officio Missæ, quacumque die veniat ipsa Vigi-

(1) Confer Durandum in Rationali *de Vigilia Nativitatis* cap. xII. num. 3.

lia, servanda est. Et ad Missam non cantatur *Alleluja*, sed sub Graduali post Prophetiam sine Versu Epistola cantatur sub una Oratione. Post Epistolam Versus Gradualis cantatur; sed si in die Dominica venerit, cantatur *Alleluja* post Epistolam, quod significat lætitiam: *Alleluja* enim lætitiam significat, unde in Missa jejunii non cantatur. Quod Prophetia, et Epistola sub uno Graduali cantantur, significat, quod mediante Jesu et Novum, et Vetus Testamentum unus liber dicitur, quia neutrum a neutro valet disjungi (1). Post hæc in Vesperis, dum jam incipit sequentis diei festivitas quodammodo prælibari, post alias solemnes antiphonas cantatur *Completi sunt dies*; quia jam tunc incipit ostendi, qualiter impletum sit desiderium Sanctorum, qui paulo ante dixerant: *O Sapientia*, *O Adonai*. Et hæc de Vigilia sufficiant.

CCXLIV.

DE MATUTINO NATALIS DOMINI (2)

Media nocte ad matutinum pulsatur, quia

(1) In Cod. margine: *Gloria in excelsis Deo*, *et Credo in unum* non dicitur.

(2) De Natali Domini S. Isidorus lib. I. *de Eccles. Offic.* cap. XXV, pag. 588. Alcuinus Flaccus lib. cit. Titulo *de Nativitate Domini* pag. 37. Amalarius lib. III. cap. XLI. pag. 209. lib. IV. cap. XXXI. pagin. 240., ac lib. *de Ordine Antiphonarii* cap. XXV. pag. 279.

tali hora noctis Virginem credimus peperisse, et Angelum pastoribus apparuisse, et illi summo puero pro fescenninis, hoc est, pro laudibus, et cantilenis, quas diligentes nutrices pueris suis faciunt, *Gloria in excelsis Deo* egregie decantasse. Deus enim invisibilis formam servi suscepit, et apparens mundum illuminavit; unde scriptum est (1): *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum*. Sed quare ipse Filius Dei non ex simplici virgine, sed ex desponsata nasci voluit (2), plurimae rationabiles causae traduntur a Sanctis Patribus. Sed prima est, ut per Joseph demonstraretur origo Mariae, quoniam de una Tribu fuerunt: secunda, ne lapidaretur a Judaeis velut adultera, si non haberet virum, unde procrearet filium: tertia, ut in Ægyptum fugiens haberet maritale solatium, hoc est, virum, qui puerum in Ægyptum ferret, ac re-

(1) Galat. IV. 4. Vulg. *At ubi venit*.

(2) S. Hieronymus Comment. in Matthæum lib. I. cap. I. ℣. 18. Tom. VII. col. 12. „Quare non de simplici Virgine, sed de desponsata concipitur? primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur: secundo, ne lapidaretur a Judæis, ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit: ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat, non de virgine, sed de uxore generatum.„

ferret; et omnia, quæ femineæ fragilitati erant necessaria, ministraret; et esset fidelis custos, et tutor integerrimæ virginitatis, et testis certissimus, et fidissimus nutritius Domini: quarta, ut partus ejus celaretur diabolo, quatenus non haberet ejus partum suspectum, dum videret illam habere maritum; nam si de simplici virgine nasceretur, facile diabolus cognosceret, illum Dei esse filium; quod si cognovisset, nunquam illum crucifixisset. Hac igitur supradicta ratione, Matutino media nocte pulsato surgimus, & novam Nativitatem Invitatorio, Antiphonis, Psalmis, Versiculis, Lectionibus, & Responsoriis nuntiamus. Illud notandum est, quod in toto anno in aliqua festivitate psalmus (1) *Misericordias Domini* non cantatur, nisi in ista, & hoc in septimo loco: Verbum enim, quod in principio apud Patrem erat, sola misericordia est incarnatum. In septima die legitur, quod requievit Deus ab omni opere suo; ideoque prædictus psalmus videtur in septimo loco congrue collocatus. Præterea ordo Lectionum diligenter est attendendus: Tres Lectiones primæ sunt de Isaia Propheta, tres vero aliæ, quæ sunt in medio, sunt de sermonibus Sanctorum, quia prophetia præcessit, postea secuti sunt expositores, qui ob-

(1) Psal. LXXXVIII.

scura dicta Prophetarum de Incarnatione, & Nativitate suis expositionibus dilucidant. Deinde in tertio loco leguntur Evangelia, quorum duo sunt Lucae circa ejus Nativitatem versantis: Tertium Joannis, scilicet aquilae ad astra volantis, utramque ejus Nativitatem comprehendentis, & dicentis (1): *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*.

CCXLV.

DE PRIMA MISSA

Post haec, antequam Matutinae Laudes cantentur, Missa solemnis in nocte inchoatur; cujus Officium (2) *Dominus dixit*, quod est de aeterna genitura, quia sine tempore genitus est a Patre, decantatur. Sed quia de matre factus est in tempore, inseruntur multa in eadem Missa, veluti Epistola, & Evangelium, & alia quaedam ad ejus temporalem nativitatem pertinentia. De patre quidem genitus est ante tempora; de matre est in tempore natus; de patre sine matre, de matre sine semine; de patre principium vitae, de matre finis mortis, sicut Leo Papa dicit in scripturis suis (3).

(1) Joan. cap. 1. ver. 1.

(2) Cod. addit *est*, quod supervacaneum videtur.

(3) S. Leo Magnus Ser. x. *De Solemnitate Nativitatis* D. N. J. Christi cap. 1. et vi I. pag. 24. col. 1. Edit. Lugd. MDCXXXIII.

Dicta Communione, & finita Missa, procedit Diaconus, & legit Evangelium Matthæi, scilicet (1): *Liber Generationis Jesu Christi*. Genealogia recitatur per quadragintà, & duos Patres, quasi per quadraginta, & duas mansiones itur ad Jordanem, hoc est, ad Sanctam Virginem gratiæ plenitudine fecundatam; per quam ad terram promissionis intratur, scilicet ad Christum, qui est hæreditas sanctorum, quo in præsenti reficiuntur, & in futuro satiabuntur. Post Evangelium Matutinæ laudes cantantur.

CCXLVI.

DE SECUNDA MISSA.

Deinde sequitur alia Missa secunda, quæ nec in die, nec ante diem, sed in crepusculo decantatur, quia agitur de promissione hujus Nativitatis, quæ in Veteri Testamento fiebat eis, qui nec penitus in nocte infidelitatis erant, nec penitus in lumine justitiæ versabantur, sed inter utrumque, quasi in crepusculo volvebantur; quibus dicebatur: *Lux fulgebit*: qui vere (2) non sunt frustrati spe sua, & expectatione; unde dicuntur multa in eadem Missa, ut Epistola, & Evangelium, & alia, quæ manifeste factam Nativitatem annuntiant.

(1) Matth. 1. 1. (2) Cod. *vero*.

CCXLVII.

DE TERTIA MISSA

Tandem in plena luce die
cantatur , & dicitur : *Puer nat*
quia cessante promissione legi
verbum , & non dicitur *fiet* , se
quia non dicitur *dabo* , *sed dedi*

CCXLVIII.

DE TRIBUS MISSIS

Cantantur autem tres Mis
temporum designationem , scil
gem , sub lege , & sub gratia .
quando quasi nox obscura fuit ;
quantulum clarescere cœpit ; sul
perfecte claruit . Notandum ver
quamvis prima Missa significet æ
turam , quæ est dignior , tame
magis solemniter celebramus is
Puer natus est nobis , & quamvi
blimior ex Divinitate , nobis tam
humanitate . Si enim semper in
tris essentia remansisset , panis
gelorum , non lac , vel cibus ho
Præterea tribus prædictis Miss
præcedit Epistolam , quia supr
phetarum fundata est doctrina A

quasi columna super basem suam. Ideo in Natale Domini nocte Missam cantare Telesphorus Papa instituit (1), quia in ea natus est Salvator mundi, qui se erat oblaturus Hostiam sanctam pro salute mundi; & quia in ea parte (2) in ejus laudem *Gloria in excelsis Deo* cantantes Angeli pastoribus nuntiaverunt. Lucis vero exordio altera canitur, quia juxta vaticinium Isaiæ Prophetæ lux orta est populis (3) sedentibus in regione umbræ mortis (4). Vel propter invitationem pastorum ad præsepium, in quo invenerunt panem Angelorum, quo reficiuntur animæ Sanctorum. Tertia in die celebratur, quia natus est Salvator noster, lux mundi, sol justitiæ, & sanctitatis, cujus nativitas, cujus splendor ab Oriente in Occidentem, atque per totum mundum resplenduit. In his igitur Lectiones Prophetarum cum Epistolis leguntur; quia quæ de illo in Veteri Testamento figurabantur, in Novo complentur; quia mediante Jesu & Novum, & Vetus Testamentum unus liber dicitur, quia neutrum a neutro valet disjungi: Vetus enim Testamentum nuncium, & velamen est Novi; Novum vero adimpletio, & revelatio est Veteris. De quo per Apostolum dicitur (5):

(1) Can. *Nocte sancta de Consecrat.* Dist. 1.
(2) Forte deest *noctis*.
(3) Cod. *in populis*.
(4) Isa. IX. 2.
(5) Coloss. II. 3.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, et scientiæ absconditi. Quia vero ipsa Mediatoris dispensatio antequam peracta revelaretur, allegoriæ umbris (1) in Lege, atque Prophetis tegebatur; poteſt etiam (2) non incongrue per primam Missam significari tempus ante legem, per secundam sub lege, per tertiam tempus sub gratia. Hæc enim festivitas præcipue octo diebus colitur, quia sex ætatibus mundus vergitur. Deinde sequitur septima ætas morientium, hoc est, quiescentium, quæ usque ad universalem resurrectionem pertinet. Octava Regnum Dei significat sempiternum; et ideo octava dies celebrior agitur, quia in ipso regno Dei gloria sempiterna erit, et ineffabilis exultatio.

CCXLIX.

DE NATIVITATE DOMINI

Sanson (3) quondam Domini Nazaræus gerit typum Christi. Primum, quod ab Angelo ejus nativitas annuntiatur; deinceps, quia *Nazaræus* dicitur, et ipse liberat Israel ab hostibus; postremo, quod templum illorum subvertit, et perierunt multa millia hominum, qui illum illuserunt. Nativitas ista

(1) Cod. *allegoria umbris*.

(2) Cod. *enim*.

(3) Hic Numerus nonnullis mutatis verbis desumptus est ex S. Isidoro Comment. in lib. Judic. cap. VIII. pag. 497.

ɔson, quæ per Angelum annuntiatur, si-
litudinem habet primum Prophetarum, qui
tivitatem Domini secundum carnem an-
ntiaverunt; deinceps etiam Angeli, qui
Mariam loquitur dicens (1): *Maria, inveni-*
gratiam apud Deum, concipies in utero, et
ies filium, et vocabitur nomen ejus Emma-
el; hic salvum faciet populum suum a pec-
is eorum. Sanson autem interpretatur *Sol*;
quia Redemptor noster *Sol* appellatur,
li ipsum Dominum Jesum per Prophetam
nomine vocari: *Orietur* (2) *vobis timenti-*
nomen Domini sol justitiæ, et sanitas in
nis ejus. Vere enim hic sol justitiæ est,
omnium credentium mentes cælesti lumi-
clarificat. Hic vere Nazaræus, et Spiritu
ıcto plenus, in similitudinem cujus ille *Na-*
ræus est nuncupatus. Iste vero cum tenderet
ministerium nuptiarum, leo rugiens occur-
ei. Sed quis primum erat in Sanson obvium
nem necans, cum petendæ uxoris causa
nigenas tenderet, nisi Christus, qui Ec-

Lucæ cap. I. ver. 30. . *Ne timeas, Maria, in-*
sti enim gratiam apud
m: ecce concipies in
o, et paries filium, et
bis nomen ejus Jesum.
th. cap. I. ver. 21. *Pa-*
autem filium, et voca-
nomen ejus Iesum. Ipse
enim salvum faciet populum
suum a peccatis eorum. De-
mum Isaiæ cap. VII. ver. 14.
Ecce Virgo concipiet, et pa-
riet filium, et vocabitur no-
men ejus Emmanuel.

(2) Malach. IV. 2. *Et orie-*
tur vobis timentibus nomen
meum etc.

clesiam vocaturus ex Gentibus, dixit (1): *Gaudete, quia ego vici mundum*. Quid sibi vult ex ore leonis occisi favum distractum, nisi quia conspicimus leges ipsas regni terreni, quæ adversus Christum ante fremuerunt, nunc jam, perempta feritate, dulcedinis Evangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbent? Item quid in semetipso expressit, quod paucos quidem, dum viveret, interemit; destructo autem templo innumeros, cum moreretur, occidit: Quia nimirum Dominus ab elatione infidelitatis paucos, cum viveret, plures vero, cum Templum sui Corporis solveretur, extinxit; atque electos ex Gentibus, quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Quod ei mulier sub dolo caput raserit, et Allophilis illudendum tradiderit, quia captivatus est, quia cæcatus est, quia ad molam deputatus est, in his non Christus, sed illi figurantur, qui solo tantum in Ecclesia *Christiani* nomine gloriantur, et malis actibus jugiter implicantur; Vir enim sensus rationabilis intelligitur, caro autem quasi in typo mulieris accipitur. Si enim mulieri, hoc est, carni nostræ blandienti, vel reliquis malis operibus consenserimus, gratia Spiritus, quæ Nazaræi crine significatur, nudati expoliamur, atque decipimur; Ita enim

(1) Joan. XVI. 33. *Confidite, ego vici mundum*.

peccatores violata Christi gratia, sicut Sanson incisa coma, diabolus illudit: Sed quid est, quod Sanson ab Allophilis captus, postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est, quia nimirum maligni spiritus poſtquam tentationum ſtimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foris hominem in circuitu laborum mittunt. Quod si aliquando ad pœnitentiam redeat, illi velut coma reducitur, hoc est, gratia reflorescente reparatur ad virtutem, deinde cupiditatis, ac luxuriæ subversis columnis victores hostes dejicit, & reparato certamine in finem fortissime de omnibus triumphat.

CCL.

DE BEATO STEPHANO

Stephanus Protomartyr, unus ex septem Diaconibus fuit, qui pro suis persecutoribus oravit dicens (1): *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*. Hic vidit cælos apertos (2); vidit et introivit. Hac in die soli Diaconi, ut in quibusdam Ecclesiis mos est, celebrant Officium, ut ipsi moribus, & vita ipsum Levitam imitari studeant.

(1) Act. vII. 59. (2) Ibid. ver. 55.

CCLI.

DE BEATO JOANNE EVANGELISTA

Joannes Apostolus, & Evangelista interpretatur *Gratia Dei*, filius Zebedæi, frater Jacobi, dilectus prædicator Domini, in Epheso Evangelium scribens, per omnem Asiam Christum annuntians sub Domitiano Imperatore in Patmos insulam non propter reatum aliquem, immo propter verbum Dei, hoc eſt, propter Divinitatem, quam prædicavit consertam hümanitati, scilicet, quia prædicavit Chriſtum Deum, & hominem, cum dixit (1): *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, relegatus fuit; ibique Apocalypsim manu sua propria scripsit. Poſtea a Nerva Imperatore revocatus eſt. Hac autem (2) die soli Sacerdotes totum Officium celebrare debent, imitando ipsum Sacerdotem fide, verbo, & opere. Hunc nimirum, sicut fertur, Dominus de nuptiis volentem nubere vocavit (3). Et propterea quem a carnalis copu-

(1) Joan. 1. 1.

(2) Cod. *enim*.

(3) Beda in Joannis Evangelistæ Commendatione ante ejus Evangelium Tom. v. col. 515. „ Hic est Joannes „ Evangelista, unus ex di- „ scipulis Dei, qui virgo a „ Deo electus est: quem de „ nuptiis volentem nubere, „ vocavit Deus. „ Et Alcuinus in Epistola (Com-

læ voluptate retraxit, majore sui amoris dulcedine donavit. Huic denique moriturus in cruce Virginem virgini commendavit matrem, ut virgo Virginem servaret. Is etiam et in cœna supra ipsius Magiſtri pectus recubuit, ex quo nimirum hausit, quæ nobis poſtea eructavit.

CCLII.

DE FESTIVITATE SANCTORUM INNOCENTIUM

Quarta die feſtum Sanctorum Innocentium occurrit, quos ordine temporis per annum, & quatuor dies a Nativitate Chriſti Herodes occidit, inter quos regem natum se occidere posse putavit. In hoc feſto multa tacentur solemnia, ut *Gloria in excelsis Deo*, & *Alleluja* in Missa, quia non celebrat Ecclesia hunc diem, ut gaudium, sed tamquam luctum, quia dolet de injusta nece Sanctorum suorum. Vel (1) quia, quamvis innocens ætas, & tenera esset infantia, tamen non continuo ad vitam sunt admissi, donec per Christi mortem patuit aditus regni. Vel ideo tacentur hac die illa slemnia, quia in parvulis

mentario in S.Joannis Evangel. præposita) ad Gilsam, et Rictrudam Edit. Paris. MDCXVII: pag.381. „ Iste, „ *inquit*, est siquidem Joan„ nes, unus ex discipulis „ Christi, quem Dominus „ de fluctivaga nuptiarum „ tempestate virginem vo„ cavit. „

(1) Ita posuimus Cod. *Sed quia etc.*

illis significantur pusilli Ecclesiæ, qui scandalum, & mortem patiuntur ab Hæreticis, quos designat Herodes, qui interpretatur *pelliceus*, quia callidus, & versipellis erat, adeo ut vulpi assimilari posset; unde Dominus ait (1): *Ite, et dicite vulpi illi* (2). Hæretici etiam, qui *vulpes* dicuntur, versutias, & dolos machinantur, pusillos Ecclesiæ enecant, & scandalizari faciunt. Unde Rachel, hoc est, Ecclesia gemit, *plorans* (3) *filios suos, et noluit consolari, quia non sunt*. Christus enim cum recessit a Patre, veniens in mundum invenit duos viros, hoc est, Judaicum, & Gentilem juxta sepulcrum Rachelis, hoc eſt, juxta quietem Ecclesiæ, *&* *noluit consolari, quia non sunt*, hoc est, noluit suscipere consolationem de infidelibus, quia non sunt convertendi ad Christum. Vel sic: per luctum Rachelis designatur luctus Sanctæ Ecclesiæ, quæ dolet de injusta nece membrorum suorum; tamen non ita vult recipere consolationem (4), ut illi ad hanc vitam

(1) Lucæ XIII. 32.

(2) Herodes Antipas fuit, filius Herodis, *Magni* nuncupati, qui innocentes pueros interfecit. (3) Matth. II. 18.

(4) S. Ambrosius Enarr. in Psal. XXXVII. n. 10. Tom. II. Edit. Venet. MDCCXLVIII. pag. 113. „Ecclesia Domini „in Judæis consolari noluit, „quia non sunt. In Christia„nis autem, qui ex natio„nibus congregati sunt, „epulatur, & gaudet, quo„niam cœperunt esse, qui „non erant. „

tam revertantur ; & pressuras , & labores hujus vitæ præsentis amplius sustineant , qui semel de hoc mundo migraverunt ad cælum ; & hoc est , quod dicit : *Noluit consolari , quia non sunt* ; hoc est , non sunt ultra vocandi ad præsentem vitam , de cujus ærumnis semel evaserunt , coronandi ad Christum . Hujus festivitatis Officium celebrare debent pueri , imitando ipsos pueros , qui pro Christo occisi sunt ab iniquo rege Herode , de quibus ait Psalmista (1) : *Ex ore infantium , et lactentium perfecisti laudem* .

CCLIII.

DE OFFICIO , QUOD EST IN DOMINICA PRIMA POST NATALE DOMINI

Infra octavam Domini cantatur Officium : *Dum medium silentium tenerent omnia , et nox in suo cursu medium iter haberet , omnipotens sermo tuus , Domine , de cælo a regalibus sedibus venit* (2) . In adventu Salvatoris medium silentium (3) omnia continebant , quia jam

(1) Psal. VIII. ver. 3.

(2) Cod. mendose *veniet* .

(3) „ Triplex est silentium. „ Est enim silentium in lege , sub lege , & sub gratia . Primum fuit languor „ naturæ, quia homines non „ cognoscebant sua peccata, unde Apostolus: *Concupiscentiam nesciebam „ esse peccatum, nisi lex diceret : Non concupisces* . „ Secundum silentium sub „ lege est , quia lex detegebat vulnera, et neminem „ sanabat; unde in Salomone

Prophetæ cessaverant, & necdum Apostoli ad prædicandam novæ fidei gratiam veniebant. Per noctem intelligitur diabolus, qui auctor est tenebrarum, qui tunc ambulat, cum facile valet implere, quod optat; tunc vero currit, cum malitiæ suæ vota absque ullo contradictionis obstaculo perficit; et non jam viæ marginem, sed medium iter tenet, dum nihil sibi videt occurrere, quod sui cursus impetum valeat retardare. Cum igitur mundus sub noxio silentio conticesceret, et hæc ad perdendos homines occasio diabolum provocaret, ille non modo medium iter habebat, sed currebat; quia quicquid nequitiæ sua mente conceperat, efficaciter adimplebat. Sub hoc igitur pereuntis mundi silentio sermo Dei a regalibus sedibus venit, quia de pectoribus Apostolicis, quæ (1) veraciter regales sedes sunt.

CCLIV.

DE OCTAVA DOMINI

Sequitur octava dies Domini, in qua Circumcisio Domini celebratur; est autem hæc

„ legitur: *Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus. Domine, a regalibus sedibus venit*. Tertium silentium „ sub gratia, acceptio sanitatis, quam modo habemus in anima, et in futuro habebimus.„ Sic in margine

(1) Supplevimus *quæ*.

ratio, quia celebratur in memoriam rei factae, et in signum futurae: Sub lege enim octavo die fiebat actualis circumcisio, quae praesignabat spiritualem, et veram circumcisionem octava die, scilicet in resurrectione (1) futuram, quae vera circumcisio in Baptismo in praesenti jam inchoatur in nobis. Dominus etenim actualem circumcisionem in se adimplere voluit, quia ipse non venit solvere (2) legem, sed adimplere. Ipse enim in lege, et non sub lege fuit; quia ei non est imposita, voluntarie eam custodivit. Non sicut rota carri, quae fenum portat, et semper murmurat. Pro hac igitur significatione, scilicet rei factae, et futurae, congrue hoc festum octava die, hcc est in Kalendis Januarii celebratur.

CCLV.

DE EPIPHANIA

Haec autem verba, scilicet: *Ecce* (3) *advenit dominator Dominus* de Isaia Propheta sunt. Licet autem pertineat ad Christi adventum incarnati die Nativitatis, praecipue tamen ad diem Epiphaniarum pertinet haec

(1) Cod. *resurrectionem*.

(2) Matth. v. 17.

(3) Isa. III. 1. De Epiphania consule S.Isidorum lib.I. de Officiis cap.XXVI. p.589. Alcuinum Titulo *de Epiphania* pag.39. Hrabanum Maurum lib. II. de Divin. Off. cap.XXXI. pag.342.

auctoritas; in quo Dei filius, qui est Dominus natura, et dominator actu, ostensus est habere regnum, et potestatem, et imperium super omnia. Et in Judæa Redemptore nato, Angelus (1) pastoribus apparuit, et ad ipsum adorandum ab Oriente Magos non Angelus, sed stella perduxit, quia videlicet Judæis, tamquam ratione utentibus rationale animal, hoc est, Angelus prædicare debuit: Gentiles vero, quia uti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum non per vocem, sed per signa perducuntur: Qui eadem die primitiæ Gentium humiliter venerunt quærere, et adorare mysticis muneribus, ipsum verum Deum, et verum hominem confitentes, et regem. Aurum (2) quippe Regi convenit, thus vero in Dei sacrificium ponebatur, myrrha autem mortuorum corpora condiuntur. Nos itaque nato Domino offeramus aurum, ut hunc ubique regnare fateamur: Offeramus thus, ut credamus, quod is, qui in tempore apparuit, Deus ante tempora extitit: Offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua Divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Vel aliter: Auro namque Sapientia designatur, dicente Salomone:

(1) Similia habet S. Gregorius Magnus *In Evang.* lib.1. Homil.x. n.1. Tom.1. col. 1468.

(2) Confer eumdem S.Gregorium Homil. cit. num.6. col.1470.

Thesaurus (1) *desiderabilis requiescit in ore sapientis*. Thure autem (2), quod Domino incenditur, virtus orationis exprimitur, Psalmista dicente (3): *Dirigatur*, *Domine*, *oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Per myrrham vero carnis nostræ mortificatio figuratur; unde et sancta Ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro Domino certantibus dicit (4): *Manus meæ distillaverunt myrrham*: Nato ergo Regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus, ut suave aliquid Deo per cæleste desiderium redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus; per myrrham enim agitur, ne mortua caro putrescat. Mortuam vero carnem putrescere est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deservire: Sicut de quibusdam per Prophetam dicitur (5): *Computruerunt jumenta in stercore suo*. Jumenta quippe in stercore suo computrescere est, carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Myrrham ergo Deo offerimus, quando hoc mortale corpus a lu-

(1) Proverb. c. XXI. ver. 20. *Thesaurus desiderabilis*, & *oleum in habitaculo justi*.

(2) Ita S. Gregorius loc. cit. Cod. *Thus*.

(3) Psal. CXL. 2.

(4) Cant. V. 5. *Stillaverunt*.

(5) Joel. cap. I. ver. 17.

xuriæ putredine per condimentum continentiæ custodimus. Hæc autem dies *Epiphania* vocatur, quia die ista desuper revelatum (1) est, quod ipse, qui in carne venerat, proprie Deus, filius Dei erat: quod ipsa nominis ethymologia declarat; *Epi* enim dicitur *supra*, *Epifania*, hoc est, *Apparitio*; inde *Epiphania*, hoc est, *superna apparitio*. Omnia (2) elementa suum auctorem venisse testata sunt; Deum hunc cæli esse agnoverunt, quia protinus stellam miserunt; mare cognovit, quia sub plantis ejus se calcabile præbuit; terra cognovit, quia eo moriente contremuit; sol cognovit, quia lucis suæ radios abscondit; saxa, et parietes agnoverunt, quia tempore mortis ejus scissa sunt; infernus agnovit, quia hos, quos tenebat mortuos, reddidit; sed *mundus*, ut ait Joannes Evangelista (3), *eum non cognovit*. Mundum enim hoc in loco amatores mundi vocat, qui mundum diligendo, atque ipsi semper inhærendo *mundus* jure vocantur.

Et est Pascha, hoc est transitus, quia Christus transivit de actuali Circumcisione ad Baptismum; in hac enim die Christus a Joanne baptizari voluit, non ut ejus ulla iniquitas

(1) *Relevatum* posuimus, Cod. *revelatus*.

(2) Confer. S. Gregorium Homil. cit. x. n. 2. col. 1468.

(3) Joan. cap. 1. ver. 10.

dilueretur, sed ut magna commendaretur humilitas. Nihil enim Baptismus, quod ablueret, invenit, sicut mors, quod puniret, invenit; utrumque igitur ab illo, hoc est, et Baptismus, et mors non necessitate miseranda, sed miserante potius voluntate susceptum est, ut unus peccatum tolleret mundi, sicut unus peccatum misit in mundum, hoc est, in universum genus humanum. Et quia novus homo venit in mundum, nova præcepta edidit mundo, scilicet Baptismum, ut nova lex, scilicet Baptismus superponeretur veteri, scilicet Circumcisioni. Et in Jordane baptizari voluit, quia ubi datus est (1) filiis Israel intrandi in terram repromissionis, ibi aperiretur janua regni cælestis omnibus renatis per aquam Baptismatis. Sive quia Jordanis a duobus fontibus nascitur, scilicet a *Jor*, & *Dan* (2), qui oriuntur a radice montis Liba-

(1) Deest aliquid.

(2) Non desunt, qui Jordanem a duobus fontibus, sive torrentibus *Jor*, et *Dan*, ut etiam Anonymus, nasci volunt. Adeundus Calmet Dict. Bibl. Tom. 1. pag. 384. verbo *Jordanis*, ubi subdit. „ Patens Jordanis origo rivus est e Libano prodiens, „ ad cujus ripam est parva „ Urbs *Dan*, quatuor leucis supra Cæsaream Philippi, ubi proprie Jordanis exorditur. Alter Jordanis fons major, quamvis minus patens, lacus est *Phiala* quatuor circiter leucis ad meridiem Cæsareæ Philippi. Lacus iste subterraneo itinere cum Jordane communi-

ni; ut per hoc demonstraret, quia necesse est omnibus renasci per aquam Baptismatis, ut sint impletores duorum Testamentorum.

CCLVI.

DE BAPTISMO DOMINI (1)

Christus enim suscepit Baptismum ab inferiori, Joanne videlicet, quo (2) ei opus non erat, ut omnibus daret exemplum humilitatis, ad percipiendam salutem Baptismi, nullusque renueret a conservo, seu inferiori baptizari. Denique, ne forsan quod suscepit a Joanne suo præponeretur (3) Baptismo, præmissi sunt & alii a Joanne baptizari. Joannes enim non spiritu, sed aqua solum baptizabat, quia peccata solvere non valens, baptizatorum corpora per aquam lavabat, sed mentem per veniam non lavabat. Cur ergo baptizabat,

„ cat, plurimasque illi aquas „ prope Cæsaream suppeditat, ut jam flumen dici „ possit. „ S. Isidorus Originum lib. XIII. cap. XXI. pag. 184. col. I. ita loquitur: „ Jordanis Judææ fluvius a duobus fontibus „ nominatus: quorum alter „ vocatur *Jor*, alter *Dan*. „ His igitur procul a se distantibus in unum alveum „ fœderatis, Jordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano „ monte, et dividit Judæam, „ et Arabiam, qui per multos circuitus juxta Jericho „ in mare mortuum influit. „

(1) De Baptismo Domini vide Alcuinum hoc Titulo, Collect. sæp. indicatæ p. 40.

(2) Cod. *quod ei opus etc.*

(3) Cod. mendose *proponeret*.

qui peccata per Baptisma non relaxabat? Videlicet,ut præcursionis suæ ordinem servaret, quatenus qui nasciturum nascendo prævenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præveniret: & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor ejus fieret imitatione Sacramenti. Baptizabat Dominus (1), sed non eo Baptismate, quo baptizatus est a servo. Dominus autem suo Baptismate peccata relaxabat; Joannes vero suo Baptismate dimittere peccata non poterat. In Baptismo denique servi via præparabatur Domino, & baptizatus Dominus viam fecit ad se venientibus. Joannes namque baptizabat, ut viam Domino præpararet. Dominus autem a Joanne baptizari voluit, ut venientibus ad se iter ostenderet, ne veniendo errarent; ipse est namque via, de qua ait (2): *Ego sum via, veritas, et vita.* Quisquis ergo ad veritatem tendere desiderat, hanc teneat viam. Ipse quippe est, & non alius, per quem imus, & ad quem venimus; ipse etenim est via, qua imus; ipse dumtaxat veritas, & vita, ad quam pervenimus. Per Christum ergo venimus ad Christum; sed per Christum hominem ad Chri-

(1) Cod. per mendum *Dominus Joannes*.

(2) Joan. cap. XIV. ver. 6. Vulg. *Et veritas*.

ſtum Deum; per Verbum carnem (1) factum ad Verbum, quod in principio erat Deus apud Deum; Et per panem, quem manducavit homo, ad panem, quem quotidie manducant Angeli: Sic enim scriptum eſt (2): *Panem Angelorum manducavit homo*. Iste denique panis non corruptibilis, sed ille eſt intelligendus, qui de se ipso ait (3): *Ego sum panis vivus*. Quomodo ergo panem Angelorum manducavit homo? *Verbum* (4) *caro factum est, et habitavit in nobis*: quod eſt dicere: *Et* (5) *filius Dei homo factus est, & inter homines conversatus est*. Nihil enim aliud debet intelligi, quam si diceretur: *Et Deus homo factus est*; carnem videlicet induendo, & animam. Hic namque panis cum comeditur, non corrumpitur, sed potius velut juſtitia, præstat satietatem, & ipse permanet integer. Sed fortasse dicit aliquis: Quis est, qui manducat justitiam? Unde ergo *Beati* (6) *qui esuriunt, et sitiunt justitiam*, videlicet, quia saturabuntur. Quid igitur mirum, si tam hic Angelorum panis, quam (7) juſtitia dum satiat, integra perseverat, cum lux

(1) Cod. *carne*.
(2) Psal. LXXVII. 25.
(3) Joan. VI. 51.
(4) Ibidem cap. I. ver. 14.
(5) Baruch. III. 38. Vulg. *Post hæc in terris visus est, et cum hominibus etc.*
(6) Matth. V. 6.
(7) Cod. *quamquam*.

hæc corporea dum videtur, & oculos nostros reficit, & ipsa tamen non minuitur? Si ergo hoc potuit Deus de luce corporea corporeis oculis exhibere, non exhibet mundis cordibus lucem illam infatigabilem, integram, perseverantem, nulla ex parte deficientem?

CCLVII.

DE COLUMBA, IN CUJUS SPECIE APPARUIT SPIRITUS SANCTUS

Redemptori nostro Spiritus Sanctus in columbæ specie apparuit: columba enim simplex animal est, cui septem sunt naturæ (1): una ejus natura est, quia caret amaritudine fellis; secunda, quia nutrit filios alienos, tamquam proprios; tertia, quia non dilaniat se ungulis, vel rostris, sicut ceteræ aves; quarta, quia ducit gemitum per cantum; quinta, quia residet juxta fluenta aquarum, ut a longe possit aspicere adventum

(1) De hisce naturis columbæ eodem sensu, licet aliis verbis, disserit quoque Hrabanus, et Anselmus, ut in Catena aurea S. Thomæ super *cap.* III. *Matthæi* Edit. Lugd. MDCLXXXVI. pag. 35. col. 1., nec non Zacharias Episcopus Chrysopolitanus, qui floruit tempore Paschalis II. lib. I. Biblioth. Max. PP. Edit. Lugdun. MDCLXXVII. Tom. XIX. pag. 764. col. 1. iisdem autem plane verbis, quibus hic, Remigius Antisiodorensis Monachus in *Comment. sup. Matthæum* *Cod. Mss. Vat.* numer. 648. cap. VII. fol. 32.

accipitris, & ejus insidias declinare; sexta, quia nidificat in foramine petræ; septima, quia nidificat in caverna maceriæ.

CCLVIII.

DE PRIMA NATURA

In eo namque, quod ipsa caret amaritudine fellis, nos monemur, ut omni ira, et indignatione, et amaritudine, et fraude careamus; juxta hoc, quod Apostolus ait (1): *Omnis ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.*

CCLIX.

DE II.

In eo vero, quod nutrit filios alienos, quasi proprios, nos instruimur, ut non tantum nostram salutem cogitemus, vel consideremus, sed etiam aliorum; unde Apostolus dicit (2): *Singuli autem non quæ sua sunt cosiderantes, sed quæ aliorum.*

(1) Ephes. IV. 31. *Omnis amaritudo, et ira, etc.*

(2) Philipp. II. 4. *Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.*

CCLX.

DE III.

In eo vero, quod non dilaniat se ungulis, vel rostris, nos docemur, ut dentes nostri non sint gladii acuti, neque lingua nostra gladius biceps ad detrahendum fratres, ne mordentes invicem ab invicem consumemur; unde Apostolus (1): *Ne mordentes*, inquit, *in invicem ab invicem consumemini*. Monemur etiam, ut manus nostras a rapinis abstineamus, juxta illud (2): *Qui furabatur, jam non furetur*.

CCLXI.

DE IV.

In eo vero, quod ducit gemitum per cantum, nos monemur, ut lugeamus, et miseri in hac vita simus, secundum illud Jacobi (3): *Lugete, miseri estote, ut luctus vester in gaudium convertatur*.

(1) Galat. v. 15. *Quod si invicem mordetis, et comeditis, videte, ne ab invicem consumamini*.

(2) Ephes. iv. 28.

(3) Jacobi cap. iv. ver. 9. *Miseri estote, et lugete, plorate: risus vester in luctum convertatur, et gaudium in mærorem*.

CCLXII.

DE V.

In eo, quod solet residere juxta plenissima fluenta, nos instruimur, ut juxta plenissima fluenta sanctarum Scripturarum resideamus, quatenus adventum antiqui hostis a longe possimus aspicere, & ejus insidias declinare; hinc est, quod Salomon sub persona Ecclesiæ dicit (1): *Ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum, quæ lotæ sunt lacte, et resident juxta plenissima fluenta*. *Pulchra* scilicet simplicitate cordis, & munditia operis. Vel bis dicitur, propter acquisitionem utriusque populi. Vel animo, & corpore. Et *qui* (2) *viderit mulierem ad concupiscendam eam*, non habet oculos columbæ; sed qui habet, castis intuetur oculis; et legem, & Evangelium spiritualiter intelligit. Spiritualis enim intelligentia, & omnia spiritualia dona nomine columbæ designantur.

(1) Cant. v. 12. *Quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima*.

(2) Matth. v. 28.

CCLXIII.

DE VI.

In eo vero, quod nidificat in foramine petræ, nos instruimur, ut in illum confidentes, qui est vera petra, ejus vestigia passionis imitari studeamus; unde Petrus Apostolus dicit (1): *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*.

CCLXIV.

DE VII.

In eo vero, quod nidificat in caverna maceriæ, monentur omnes infirmi in Ecclesia, ut in exemplis virorum fortium nutriendi collocentur, quatenus eorum doctrina corroborentur. Per maceriam quippe Sancta designatur Ecclesia, per cavernam vero sinus fraternæ dilectionis, in quo unusquisque infirmus est collocandus, ut fortior fieri possit. De his etenim duabus naturis dicit Salomon in Canticis (2): *Surge, amica mea, columba, et immaculata mea, et veni in foramine petræ, et in caverna maceriæ, ostende mihi faciem*

(1) 1. Pet. II. 21.

(2) Can. II. 13. seq. *Surge amica mea, speciosa mea, et veni, columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ etc.*

tuam, sonet vox tua in auribus meis. Bene ergo in columbæ specie descendit Spiritus Sanctus super Dominum, ut fideles doceret, non aliter ejus Spritu posse repleri, nisi simplices fuerint, nisi veram cum fratribus pacem habuerint, quam significant oscula columbarum, nisi septem prædictas naturas columbæ imitari studeant. Per columbam enim significatur septiformis gratia Spiritus Sancti, quam quisque fidelis unda Baptismatis renatus, & a sordibus vitiorum purificatus suscipit. Unigenitus namque filius judex est generis humani; et homo pro hominibus factus, mitem se hominibus præbuit. Noluit enim peccatores ferire, sed corrigere. Prius voluit mansuete corrigere, ut haberet, quos postmodum in judicio salvaret. In columba ergo apparere super eum debuit Spiritus Sanctus, qui non veniebat, ut peccata jam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret.

CCLXV.

DE CORPORE IPSIUS COLUMBÆ

De corpore illius columbæ, in qua ad Salvatorem Spiritus Sancti patuit manifesta descensio, utrum ante jam fuerit, an ad tempus factum subito apparuerit, quæritur. Utique ad tempus ostensum, ut signum visibi-

sibile Sancti Spiritus, qui erat invisibilis, monstraretur. Verum quidem corpus columbæ illius per Divinam potentiam, sed in tempore factum ad horam apparuisse, ac deinceps destitisse (1) credendum est.

CCLXVI.

DE VIA, QUA MAGI REVERSI SUNT

Per aliam viam legimus Magos reversos in regionem suam. Regio (2) quippe nostra Paradisus est, ad quam Jesu cognito redire per viam, qua venimus, prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discessimus, sed ad eamdem necesse est, ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenan-

(1) S. Augustinus lib. *De Agone Christiano* cap. XXII. num. 24. Tom. VI. col. 256. „Neque, *ait*, hoc ita dicimus, ut Dominum Jesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse, Spiritum Sanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora, vera corpora credimus.„

(2) S. Gregorius in Evang. lib. 1. Homil. X. numer. 7. Tom. 1. col. 1471. ita fusius: „Magnum vero nobis aliquid Magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertantur. In eo namque, quod admoniti faciunt, nobis profecto insinuant, quod faciunt. Regio quippe nostra Paradisus est etc. per lamenta revocamur.„

do redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur, quoniam qui a Paradisi gaudio per delectamenta discessimus, ad hoc per lamenta revocamur.

CCLXVII.

DE VARIETATE MYSTERII

In hac die Invitatorium ideo tacetur, quia Gentes non per Prophetas, non per Legem, sicut Judæi, sed subito novo sidere (1) orto commonitæ Magos, quasi primitias Christo obtulerunt. Unde post *Domine, labia mea aperies*, subito quasi improviso dicitur *Afferte Domino*. Dicitur tamen inter alios psalmos in sexto loco *Venite, exultemus Domino*, in quo significatur, quod is, quem Magi ea die adorare venerunt, in sexta ætate quasi in consummatione mundi Gentibus misericorditer innotescere voluit. Postea quasi ordine retrogrado, septimo loco dicitur (2): *Deus nostrum refugium*, qui in serie psalmorum longe ante præcedit. Per hoc enim docemur, ut ab amore Dei quasi retroeundo convertamur ad dilectionem proximi. Evangelium enim inter Lectiones in septimo loco dicitur;in eo namque dicitur de septiformi gratia Spiritus Sancti, quæ in Evan-

(1) Cod. *fidei*. (2) Psal. XLV. Vulg. *Deus noster*.

gelio declaratur, ubi dicitur (1): *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*; quod de Spiritu Sancto dicitur, qui gentes ad Christum missas gratiarum abundantia replendo lætificat.

CCLXVIII.

DE EVANGELIO, QUOD ANTE MISSAM DICITUR

Evangelium vero, quod ante Missam dicitur, significat Christum Sacerdotem magnum in aram crucis ascendentem, eo quod (2) fecerit abolitionem omnium peccatorum nostrorum. Et hæc est ratio, quare Lucas Evangelista generationem Domini ascedendo descripsit. Matthæus vero Evangelista generationem Domini descendendo descripsit, quia Dominus propter peccatores de cælis descendit ad terram, ad communicandam nostram mortalitatem, & ad participandum nobiscum hujus præsentis vitæ laborem; idcirco generationem descendendo descripsit.

(1) Ibid. ver. 5. (2) Addidi *eo quod*.

CCLXIX.

DE BAPTISMO IN EPIPHANIA NON FACIENDO

In Epiphania generale Baptisma non celebratur, quod quidam putant, eo quod ea die Dominus fuerit baptizatus; nam alia est illius, alia noſtri ratio Baptismatis: unde & propter quosdam hæreticos dicentes, ea die tantum esse baptizandum, constitutum est, ne aliquis eo die baptizaretur. In ea tamen, & in qualibet, ſi necessitas coegerit, possumus baptizare.

CCLXX.

DE OCTAVA EPIPHANIÆ

Cantantur autem in hac festivitate quædam de Epiphania, & alia pertinentia præcipue ad Baptismum, ut illæ antiphonæ *Veterem hominem*; quæ omnes sunt de secunda differentia septimi toni, & significat, quod (1) omnes venientes ad Baptismum suscipiunt septiformem gratiam Spiritus Sancti, & fiunt imitatores secundæ legis. Cantatur hac die Invitatorium, quia prædicantibus Apoſtolis omnes sunt invitati ad Baptismum. Mutatur autem hac die Præfatio, & Collecta, qua

(1) Supplevimus *quod*.

dicitur : *Deus, cujus unigenitus in substantia* : Post hæc in sequenti Dominica tertium miraculum celebratur, scilicet de nuptiis (1).

CCLXXI.

QUID DEBEAT LEGI AB OCTAVA EPIPHANIÆ USQUE AD SEPTUAGESIMAM

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam leguntur Epistolæ Pauli, quia post Legem, post Prophetiam, & Evangelium scripta Apostolica ad id, quod audivimus, intonando commonent, & quia, quod David prophetavit, Apostolus concorditer prædicavit.

CCLXXII.

QUID DEBEAT CANTARI AB OCTAVA EPIPHANIÆ USQUE AD SEPTUAGESIMAM

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam in ferialibus diebus cantatur de feria; quia finito omni labore; & pugna qui recte tenuit spiritualem legem, et Prophetiam, & doctrinam Apostolicam, et Evangelium, suum a Deo consequetur præmium; unde Apostolus dicit (2): *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*.

(1) Joan. cap. 2. (2) 1. Corint. 3. 8.

CCLXXIII.

DE NUPTIIS IN CANA GALILÆÆ FACTIS

Sed non vacat a mysterio, quod die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, in quibus ipse Dominus aquam convertit in vinum. In tertio tempore seculi Dominus noster Jesus Christus ad (1) adoptandam sibi Ecclesiam venit. Primum seculi tempus fuit Patriarcharum ante legem exemplo: Secundum sub lege Prophetarum scriptis: Tertium sub gratia præconiis Evangelistarum, quasi tertiæ diei luce mundo refulsit, in quo Dominus, et Salvator noster pro redemptione generis humani in carne natus apparuit. Sed et hoc non vacat mysterio (2), quod in Cana Galilææ, hoc est, in zelo transmigrationis perpetratæ, eædem nuptiæ factæ referuntur; typice denuntiat eos maxime gratia Christi dignos existere, qui zelo fervere piæ devotionis, & æmulari Karismata majora, ac de vitiis ad virtutes bona operando, de terrenis ad æterna norunt sperando, et amando transmigrare. Quod autem aquam convertit in vinum, qui de nihilo potuisset facere vinum, qui cuncta creavit ex nihilo, significat Dominum Jesum Christum non ad solven-

(1) Supplevimus *ad*. (2) Addidi *mysterio*.

dum, improbandumque, sed ad implendum potius legem, Prophetasque venisse; neque alia se per Evangelicam gratiam facere, et docere, quam quæ legalis, et prophetica Scriptura eum facturum, docturumque signaret. Sed quantum inter aquam, & vinum, tantum constat distare inter sensum illum, quo Scripturæ ante adventum Salvatoris intelligebantur, & eum, quem veniens ipse revelavit Apostolis, eorumque discipulis perpetuo sequendum reliquit. Videamus ergo, fratres, sex hydrias Scripturarum aqua salutari repletas. Videamus eamdem aquam in svavissimum vini odorem, gustumque conversam.

CCLXXIV.

DE PRIMA HYDRIA

In prima seculi ætate, ut in libro Genesis (1) legitur, misit Deus soporem in Adam, & tulit unam de costis ejus, et ædificavit ex ea mulierem, et in loco ossis non os, sed carnem posuit. Ubi quæri potest, quare non ex nihilo, vel ex terra, sed de costa; vel certe quare non ex carne, sed ex osse formare voluit mulierem? Item cur non vigilanti viro, sed dormienti costam tulit? An fortassis, ut non sentiret? Sed hæc omnia

(1) Genes. cap. II. ver.21.

propter mysterium gesta sunt; fiebat enim sexus infirmior, et magis de carne infirmitas fieri debuit, quam de osse: ossa nimirum (1) carne firmiora sunt. Sed quid significavit, quod de latere dormientis Adæ detracta est costa, et formata est Eva (2), nisi quia de latere Christi somnum mortis ad horam in cruce gestantis, lancea percusso manavit sanguis, et aqua, per quæ Sacramenta ædificata est Ecclesia. Quod autem in loco ossis carnem posuit, et ex osse mulierem formavit, hoc mystice designat, quod Christus humanæ carnis infirmitatem assumpsit, et Ecclesiam suæ Divinitatis virtute roboravit. Quisquis ergo in his omnipotentiam Dei animadvertit, de Hydriá aqua salutari repleta bibit; at vero quisquis hæc cuncta in Christi, et Ecclesiæ persona interpretatur, de Hydria haurit aquam, sed jam in suavissimi vini saporem mutatam; *Hydria* enim dicitur vas aquarum; græce enim aqua *hydor*, vocatur.

In prima item ætate Abel justum frater invidens occidit (3), et ob hoc ipse perpetua martyrii gloria beatus etiam in Evangelicis, et Apostolicis literis justitiæ laudem

(1) Cod. *in carne*.

(2) „ Eva enim interpretatur calamitas, sive vita, quod nobis convenit, „ ut calamitatem hic, vitam in futuro habeamus.„ Sic in margine.

(3) Genes. IV. 8.

accepit ; fratricida impius æternæ maledictionis pœnas luit. Quicumque his auditis metuunt cum impiis damnari, cupientes benedici cum piis omnium odiorum, et invidiæ fomitem abjiciunt, Deo placere per Sacrificium justitiæ, modestiæ, innocentiæ, ac patientiæ curant, vas plenum aquæ in Scriptura inveniunt; unde salubriter abluti, potatique gaudeant. Sed si intellexerint, Cain homicidam Judæorum esse perfidiam ; occisionem Abel Passionem esse Domini Salvatoris ; terram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem ejus de manu Cain, Ecclesiam esse, quæ effusum a Judæis Christi Sanguinem in mysterium suæ renovationis accepit ; nimirum aquam in vinum mutatam recipiunt, quia sacræ dicta legis mystica, sacraque intelligunt.

CCLXXV.

DE SECUNDA HYDRIA

Secunda ætate seculi inchoante deletur aquis diluvii mundus (1) ob peccatorum magnitudinem, sed solus Noe propter justitiam cum domo sua liberatus est in Arca. Hujus plagæ audita vastatione horribili, paucorumque liberatione mirabili, quisquis

(1) Genes. cap. vII.

haustum aquæ limpidissimum, quo reficiatur, invenit. At si in Saule Judæos persequentes, in David Christum, et Ecclesiam significari cognoverit; ob illorum perfidiam et carnale simul imperium, et spirituale destructum, Christi autem, et Ecclesiæ regnum semper esse mansurum; poculum utique vini de aqua factum sentiet; quia se, suamque vitam, et regnum, sed & ipsum regem ibi scriptum legere novit, ubi prius quasi de aliis veterem legebat historiam.

CCLXXVIII.

DE QUINTA HYDRIA

Quinta ætate seculi populus peccans captivante Nabuchodonosor (1) Babyloniam transmigratur. Sed post septuaginta annos pœnitens, et correctus ad patriam per Jesum Sacerdotem magnum reducitur; ubi domum Dei, quæ incensa est, et civitatem sanctam, quæ destructa est, reædificat. Hæc legens, sive audiens quisquis peccandi metu corripitur, & ad pœnitendi remedia confugit, de Hydria salutari dumtaxat aqua repleta haustum, quo purificetur, assumit. Si vero intelligere didicerit, Jerusalem, et templum Dei Ecclesiam Christi; Babylonem confusionem peccatorum; Nabuchodonosor dia-

(1) IV. Reg. XXV.

ıolum ; Jesum Sacerdotem magnum, verum
eternumque Pontificem esse Jesum Christum;
eptuaginta annos, bonorum plenitudinem
ıperum, quæ per Spiritus Sancti dona lar-
iuntur ; videlicet propter Decalogum, &
eptiformem ejusdem Spiritus gratiam vide-
e hoc quotidie fieri, aliis nimirum a dia-
ıolo de Ecclesia peccando raptis, aliis gra-
ia Spiritus Sancti per Christum resipiscendo,
c pœnitendo reconciliatis, vinum de aqua
ıctum habet, quia ad se pertinere, quæ
cripta sunt, intelligens, magno mox com-
ıunctionis ardore quasi musto incalescens
uicquid sibi peccati captivantis inesse depre-
ıenderit, Christi gratia liberari deposcit.

CCLXXIX.

DE SEXTA HYDRIA

Sexta inchoante seculi ætate Dominus
n carne apparens, octava die Nativitatis,
uxta legem circumcisus (1) est ; trigesi-
ıa, & tertia post hanc ad templum delatus,
t legalia pro eo sunt munera oblata. Hæc
ntuentes ad literam aperte discimus, quan-
a nobis diligentia sunt Evangelica subeunda
nysteria, quando ipse benedictionem gratiæ
fferens, qui legem literæ dedit, veterum
ırimo cæremoniarum ritu consecrari, qui

(1) Lucæ cap.1I. ver.21.

cuncta divinitus consecrat, et sic nova gratiae Sacramenta suscipere simul, et tradere curavit. Ecce Hydria sexta ad abluenda peccati contagia, ad potanda vitae gaudia mundiorem ceteris afferens undam. Verum, si octavi diei circumcisione Baptisma, quod in mysterio Dominicae resurrectionis a peccatorum nos morte redemit, intelligis; in inductione in Templum, & oblatione hostiae purificantis figuratum cognoscis, fideles quosque de Baptisterio ad Altare Sanctum ingredi, ac Dominici Corporis, et Sanguinis victima singulari debere consecrari, vino quoque de aqua facto, & quidem meracissimo donatus es (1). Porro si circumcisionis diem ad generalem humani generis resurrectionem, quando mortalis propago cessabit, mortalitas tota immortalitate mutabitur, interpretaris, et circumcisos induci in Templum cum hostiis intellexeris, quando post resurrectionem universali expleto judicio Sancti jam incorruptibiles facti ad contemplandam perpetuo speciem Divinae Majestatis cum bonorum operum muneribus intrabunt, mirandum profecto vinum de aqua fieri videbis, cujus conditori recte protesteris, et dicas: *Et* (2) *poculum tuum inebrians quam praeclarum*

(1) Cod. *donatus est*.

(2) Psal. XXII. 5. Sic antiqua versio. Vulg. *Et calix meus inebrians quam praeclarus est*.

t? Ergo Dominus vinum in gaudia nuptiaim non de nihilo facere voluit, sed Hydrias x aqua impleri præcipiens, hanc mirabile ›nvertit in vinum, quia sex mundi ætates pientiæ salutaris largitate donavit. Quam men ipse veniens sublimioris sensus virtute cundavit; nam quæ carnales carnaliter tanm sapiebant, ipse spiritualiter sentienda :seravit.

CCLXXX.

DE OCTAVA S. AGNETIS

Octava S. Agnetis dicitur *Agnetis Secun*e (1) per quoddam miraculum, quod ea ıe contigit ad monumentum illius.

CCLXXXI.

DE PURIFICATIONE B. MARIÆ

Dicitur *Purificatio Beatæ Mariæ*, dicitur . *Candelaria*, dicitur etiam *Hypapante Do*-*ini*. *Purificatio Beatæ Mariæ* dicitur, quoiam illa die venit ad Templum Beata Virgo, :cundum consuetudinem Legis, ut purifica:tur, non quia immunda extitisset propter artum more aliarum mulierum: non enim

(1) De Festo S. Agnetis *cundo* vide not.1. ad pa-n. 180. Missalis veteris om., et not. ad pag.290; ad Missale Mozarabum pagin.559. Consulendus etiam est Baronius in nott. ad Martyrologium.

obnoxia erat legi, quæ dicit (1): *Mulier suscepto semine si masculum pepererit, immunda erit septem diebus*. Beata Virgo non de suscepto semine pepererat, voluit tamen consuetudinem legis observare: Quoniam Christus non venit solvere legem, sed adimplere. Ait enim lex (2): *Si masculum pepererit, septem diebus immunda erit; & octavo die purificabitur*. Hoc significat, quia quamdiu sumus in hoc tempore, quod volvitur septem diebus, puri esse non possumus, donec octavus venerit dies, quod est futuri seculi tempus, in quo circumcidi jubetur masculus; tunc enim ab omnibus superfluis actibus, vel verbis, vel cogitationibus penitus emundabimur, cum erit (3) Dominus omnia in omnibus, in quo etiam munda efficitur (4) mater, quæ genuit masculum, purgata vitiis: Namque (5) carnem ex resurrectione suscipit qui masculus est, et viriliter egit, nihil in se femineum, aut molle habens. *Neque enim*, inquit Apostolus (6), *molles regnum Dei possidebunt*. Qui vero remissus, et effeminatus permanet

(1) Levit. xII. 2. Vide not. seq.

(2) Ibid. ver. 2. et 3. *Si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ, et die octavo circumcidetur infantulus*.

(3) Cod. mendose *sit*.

(4) Forte *efficietur*.

(5) Cod. *nam qui*.

(6) 1. Cor. VI. 10.

manet in actibus suis, iste neque in praesenti hebdomada, neque in futura die purgatur ab immunditia, non remittentur ei peccata neque in hoc seculo, neque in futuro. Quod autem sequitur, *triginta* (1), *et tribus diebus manebit in sanguine purificationis*, hoc tempus significare potest, quo in hoc mundo mandata legis, & fidei Sacramentum implere, et habere contendimus; triginta enim et tres, monades tres, et decades tres sunt; quod ad legem, et fidem Trinitatis pertinet. Tamdiu ergo in purificatione manebimus, ut puri inveniamur: laboremus, quamdiu in hac vita subsistimus. Per hanc autem praesentem vitam fide, et operibus in futura vita purificati inveniemur, quando destructa morte erit Deus omnia in omnibus: Et tunc sancta tangemus (2), et Sanctuarium ingrediemur, cum venerit id, quod perfectum est; et non per speculum, sed facie ad faciem caelestia contemplabimur (3). Quare autem *Candelaria* (4) vocetur, ab aliqua au-

(1) Levit. xiI. 4.

(2) Cod. *tangimus*.

(3) Cod. mendose *cælesti contemplabitur*.

(4) Sergius Papa I. processionem sancivit, scilicet a S. Adriano ad S. Mariam Majorem, Ita Baronius ad ann. Christi DCCI. num. 3., et in nott. ad Martyrologium die 1I. Februarii. Distributionis tamen candelarum caeremonia initio jam seculi VII. vigebat; quas benedicendi Ritum Bonifacius Papa V. anno

ctoritate non habetur, sed potius ab antiqua consuetudine Gentilium. Erat enim antiquitus consuetudo Romæ, ut circa hoc tempus in principio Februarii lustrarent urbem ambiendo eam processionibus, deportantes singuli cereos ardentes, vel candelas; et ab illa consuetudine illud, quod fiebat a Gentilibus in principio Februarii indiscreto usu, a Christianis fit in festo Beatæ Mariæ ad laudem, et venerationem ipsius. Vel ideo candelas portamus, ut per hoc imitemur sanctas virgines, quarum Beata Virgo est caput, ut accensa in nobis lampade charitatis cum ea templum gloriæ ad verum sponsum ingredi mereamur. *Hypapante Domini* ideo dicitur hoc festum, quia Simeon, et Anna Prophetissa venerunt Christo obviam tunc, cum afferrent eum parentes in Templum, ut offerrent. *Hypapanteos* græce, latine *obviatio* dicitur. Maria dicitur *Illuminatrix*, sive *Stella maris*, genuit enim lumen mundi.

DCXX. in Purificationis Festo instituit. Vide Joannem Sianda *Breviar. Histor.* Part.I. pag. 236. Confer Benedictum XIV. Lambertinum de Festo Domini N. J. C. et B. Mariæ Virginis Part.II. cap.XIV.seqq. Edit. Patav. MDCCLXV. pagin.256. seqq., et Trombellium in Op. inscripto *Mariæ Sanctissimæ Vita, ac Gesta, Cultusque illi adhibitus* Part.I. Dissert.XXII. seq. Tom.III. Edit. Bonon. MDCCLXIII. pag. 166. et seqq.

CCLXXXII.

DE TRIBUS MARIIS

Maria Magdalena (1), de qua Dominus ejecit septem dæmonia, soror Lazari, peccatrix fuit: ipsa caput, ipsa pedes Christi unxit. Maria Cleophæ (2) a familia, vel patre cognominatur, qui frater fuit Joseph, ut Josephus dicit, uxor Alphæi, mater Jacobi Minoris, et Simonis Zelotis, et soror Mariæ matris Domini, iste etenim Alphæus etiam Cleophas est dictus. Vel ipsa Maria, defuncto Alphæo post natum Jacobum Cleophæ nupsit; Maria Jacobi minoris, et Ioseph, et Judæ mater, minoris autem Jacobi ad distinctionem majoris, qui erat filius Zebedæi. Hanc Joannes Mariam Cleophæ dicit a Patre, sive a Gentilitate, aut alia causa quacumque, aut forsitan dinomius fuit, ut plures. Tres

(1) De S. Maria Magdalena vide Calmeti Dissert. *in tres Marias* Artic. III. Tom. II. Prol., et Dissert, pag. 142., ubi: „ Magdale- „ na septem dæmonibus „ revera agebatur juxta „ Evangelistas, vel saltem „ in effrænis vitæ licentiam „ proruerat, juxta Patres „ nonnullos. Scortationibus, „ et impudicæ vitæ crimi- „ nibus totam se dederat, si „ fides sit veteribus quam- „ plurimis, qui hanc cum fe- „ mina criminosa Jesu Chri- „ sti pedes in ædibus Si- „ monis Pharisæi unguen- „ to perfundente unam, „ eamdemque arbitrantur.„

(2) De Maria Cleophæ vide Calmet Tom. I. Dict. Biblic. ver. *Maria Cleopha* pag. 25.

enim sorores fuerunt, Maria mater Domini, et mater Jacobi, & Joseph, et mater filiorum Zebedaei (1).

CCLXXXIII.

DE BEATO MARCO EVANGELISTA

Marcus a Petro Apostolo Evangelista in Alexandria fuit Episcopus, qui constitutis, & confirmatis Ecclesiis per Libyam Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum universum, ad ultimum peremptus (2) est a Paganis, qui remanserunt Alexandriæ.

(1) Hæc ita explicat Eutymius Zigabenus Comment. In quatuor Evang. Enarr.in Evangelium Joannis cap.xxvII. *De Paracleto* Biblioth. PP. Tom. xix. pagin. 722. „ *Stabant... „ juxta crucem Jesu mater „ ejus, et soror matris ejus „ Maria uxor Cleopha, et „ Maria Magdalena.* Atqui „ unigenita erat Dei ma- „ ter: Verum Joseph, et „ Cleophas fratres erant, „ Moris autem erat apud „ Hebræos fratrum quoque „ uxores appellare sorores „ propter virorum fraternitatem. Itaque eam, quæ „ pariter cum ea uxor erat, sororem nominavit. „ Sed Joseph quidem, ac „ Cleophas viri earum, „ natura fratres erant: ipsæ „ autem eorum uxores affinitate sorores. „

(2) Cod. *tentus*.

CCLXXXIV.

DE FESTIVITATE APOSTOLORUM PHILIPPI, ET JACOBI (1)

Cum in primitiva Ecclesia Apostoli non haberent particulares solemnitates, statutum fuit, ut in kalendis Maji celebrarentur solemnitates ad honorem omnium Apostolorum; et ea die, quia forte Philippus, et Jacobus passi sunt. Iste Jacobus *minor* dictus est non ætate, sed vocatione: dictus est etiam *frater Domini*, ideo quia erat filius Alphæi fratris Joseph viri Mariæ, et Mariæ sororis ejus; et quia ita ex utraque parte sanguinis se contingebant, apud Judæos *fratres* vocabantur. Jesus autem putabatur filius Joseph. Iste Jacobus dicitur prius celebrasse Missam in civitate Jerusalem (2) post passionem Domini, et

(1) De istorum festivitate videndus est Joannes Beletus lib. *de Explicatione Divinorum Officiorum* cap. CXXIII. pagin. 362. Edit. Ven. MDLXVIII.

(2) V. Durand. in Rationali *De SS. Apostolis Philippo, et Jacobo* cap. X. n. 5. Pamelius (referente Macrio in Hierolex. ver. *Pentecostes* pagin. 520. col. 2. Edit. Ven. 1765.) Tom. I. Liturg. Eccles. Lat. ait: „ In eodem autem die in „ quo penes Hebræos pro- „ pter festum Pentecostes „ recens frumentum Do- „ mino offerebatur, sub ea- „ dem frumenti specie cor-

Petrus Apostolus prius in Antiochia. Idem enim Jacobus primus Episcopus factus est Hierosolymorum, et præcipitatus est a Judæis de pinnaculo templi, cum prædicaret nomen Christi, et cum perticis fullonum interfectus est. Fullones dicuntur qui candificant pannos, et dicuntur *fullones* a quadam herba, qua panni albificantur. Alter vero Jacobus *major* dictus est vocatione, et dignitate, quia familiarior (1) fuit Christo; in secretis enim suis eum vocabat, videlicet quando (2) transfiguratus est.

CCLXXXV.

DE INVENTIONE CRUCIS (3)

Cruce Domini inventa ab Helena matre Constantini per Judam (4), ut historia de in-

„ pus Christi D. Petrus „ sacrificavit; primam enim Missam in hac die „ intra Cœnaculum Sion „ celebraverat. „ Confer Baronium ad annum Christi XXIII. num. 17.

(1) Cod. *famulatior*.

(2) Forte *ut quando*.

(3) Eadem, quæ de Inventione S. Crucis scribit noster, profert etiam Joannes Beletus cap. XXV. *de Inventione Crucis* pag. 361. Leguntur vero in fabulosis actis Inventionis S. Crucis apud Bollandianos Act. Sanctor. Maji Tom. I. pag. 632. col. 2. cap. II. num. II. seqq. Ex Commentario autem prævio pag. 361. cap. I. Crucem inventam fuisse discimus, cum Episcopus Hierosolymitanus esset, non Judas, sed Macarius.

(4) Cod. mondose *Iudam*.

ventione narrat, celebratum est Hierosolymæ festum illius, sed Eusebius Papa trigesimus tertius a Beato Petro illud ubique terrarum postea celebrari fecit. De hoc Juda legitur, quod conversus ad fidem, postea *Quiriacus* vocatus est; mutato nomine factus est Episcopus Herosolymitanus, de quo, ut dicitur, diabolus sic prophetavit: *Judas Christum morti tradidit, sed iste Judas illum mortuum exaltavit, et in has partes detexit. Sed in brevi Julianus amicus meus rex erit, qui me de illo vindicabit*; quod ita factum est, quia illum, ut dicitur, interfecit. De isto Juliano (1) legitur, quod adhuc Constantinopoli de tumba ejus intolerabilis fœtor progreditur. Post illum Julianum fuit Cyprianus luxuriosus, qui Beatam Justinam (2) virginem ad suam luxuriam concitare volens misit quemdam militem, qui hujusmodi præerat immunditiæ, sed signo crucis expulsus est. Misit iterum fortiorem tandem principem, qui similiter signo crucis expulsus est; quare Cyprianus ad fidem conversus est.

(1) De Juliani Apostatæ sepultura consule Baronium ad ann. Christi 363. n. LXIX.

(2) De Cypriano, qui Justinam seducere voluit, vide vitam S. Cypriani Episcopi Carthaginensis præmissam Opp. ejusdem Edit. Venet. MDCCXXVIII. pag. I.

CCLXXXVI.

DE FESTIVITATE JOANNIS APOSTOLI ANTE PORTAM LATINAM (1)

Nero interfecit Petrum, et Paulum, quo mortuo successit Vespasianus, cui Titus (2), cui Domitianus, in tempore cujus Beatus Joannes Evangelista Romam venit, ut ibi prædicaret. Domitianus fecit eum poni in cuppa plena ferventis olei ante Portam Latinam; sic enim vocabatur. Beatus vero Joannes nullam ibi sustinuit læsionem, Divina gratia eum protegente; sed tamen quantum ad se martyr fuit. Unde festum de illo agitur, ac si ibi martyrium sustinuisset. Tunc Domitianus illum in Patmos insulam relegavit, sed postea a Nerva imperatore est revocatus.

CCLXXXVII.

DE FESTIVITATE B. JOANNIS BAPTISTÆ (3)

Festum Beati Joannis Baptistæ, et non alio-

(1) Confer Beletum cap. CXXVI. pag. 162.

(2) Inter Domitium Neronem, et Flavium Domitianum imperium obtinuerunt Sergius Sulpicius Galba, Silvius Otho, et Aulus Vitellius.

(3) Ecclesia tam Orientalis, quam Occidentalis suo jure usa festum Decollationis, cujus proprium

rum Prophetarum celebramus, quia quod Prophetæ verbo dixerunt, iste plusquam Propheta digito monstravit, dicens (1): *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Natalitia ejus colimus; festum autem in Augusto non est de martyrio, sed de inventione, et dedicatione capitis ejus in palatio absconditi: quod Sanctus Beda evidentissime declarat in libro tractatus, quem scripsit in Marcum (2). Sed quare natalitia Joannis martyris non colimus, cum natalitia puerorum martyrum colamus? Quia iste non est passus pro Christo (3); illi autem pro Christo passi sunt.

diem nulla certa auctoritate, vel traditione habebat, colit die XXIX. Augusti. Vide Bollandianos Act. SS. Jun. die 24. Junii T. IV. col. 706. §. 4. De tempore, loco, ac festo Decollationis num. 69.

(1) Joan. I. 29.

(2) Beda lib. II. in Marci Evang. cap. 26. Tom. V. cap. VI. col. 63. scribit: „Et propterea quod in libro Sacramentorum Natale ejus quarto Kalendarum Septembris denotatum est; et in Martyrologio, quod Eusebii, et Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur: Quarto Kalendas Septembris in Edessa Civitate Phæniciæ provinciæ natale Jo: Baptistæ die, quo decollatus est: non specialiter ipsum diem decollationis ejus, sed diem potius, quo caput ejus in eadem Edessa civitate repertum, atque in Ecclesia est conditum."

(3) Scilicet *directe*.

Joanna dicitur *Dei gratia* (1). Et est sensus: Tu es Simon filius Joanna, tu es obediens filius gratiæ Dei. Tu vocaberis *Cephas*, quod interpretatur *Petrus*; Petrus enim in firma petra, videlicet Christo, quem ardenter amavit, nomine accepto (2). Vocatur enim *Petrus* ob firmitatem fidei, et ob invincibile robur mentis. Vocatur *Petrus*, quia illi solidissimæ petræ, de qua ait Apostolus (3): *Petra autem erat Christus*, unica devotione adhæsit. Petrus Apostolus viginti quinque annis in Romana civitate obtinuit principatum.

CCLXXXIX

DE BEATO PAULO APOSTOLO

Saulus (4) dicitur *tentatio*, eo quod prius in tentatione Ecclesiæ sit versatus; persecutor enim erat; inde nomen habuit istud, quando persequebatur Christianos; postea mutato nomine de Saulo factus est Paulus, qui interpretatur *Mirabilis*, sive *Electus*. *Mi*.

(1) Beda Tom. cit. col. 685. dict. *Johanna* scribit: „Johanna Domini donum, „vel Domini gratia.„ In interpretatione cit. p. 1036. Johanan *Gratiosus*.

(2) Deest aliquid.

(3) 1. Corint. x. 4.

(4) Proxima verba, usque ad ea: *mirabilis*, *sive electus*, leguntur apud S. Isidorum Originum lib. VIII. cap. IX. pag. 98.

rabilis, quia multa signa fecit: Vel quia ab Oriente usque ad Occasum Evangelium Christi in omnibus gentibus prædicavit. *Electus*, sicut in Actibus Apostolorum dicitur(1): *Segregate mihi Barnabam, et Paulum in opus, quod elegi eos*. Ex Tribu enim Beniamin Paulus fuit; Beniamin (2) interpretatur lupus (3) rapax, qui mane comedit prædam, vespere dividit spolia. Quam de Paulo Apostolo manifestissima prophetia sit, omnibus patet, quod in adolescentia persecutus Ecclesiam, in senectute prædicator Evangelii fuerit.

(1) Act. XIII. 2. *Segregate mihi Saulum, et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos*.

(2) S. Isidorus Comment. in Exod. cap. XXXI. p. 448. „Dicitur enim Beniamin „Lupus rapax. Lupus scilicet, quia ipse populus „effudit sanguinem Prophetarum, atque justorum: rapax autem propter multam aviditatem „dicitur. Ex multa enim „fame verbi Dei, et inedia venit rapax: quia et „ipse violenter diripuit „regnum Dei. Hic autem „mane comedit prædam. „Mane illud creditur tempus, quo legem accepit. „Tunc enim mundo prima quidem illuminatio „scientiæ data est. Comedit autem mane; quia „legem, quam mane accepit, comedit, et meditatur, licet sequens legem justitiæ in legem „fidei non pervenerit. Ad „vesperam autem dividet „spolia. Vespera est illud „tempus novissimum, quo „convertetur. Tunc ergo „dividet escam: quia tunc „intelliget, dividendam „esse literam a spiritu: et „tunc cognoscet, quia *litera occidit, spiritus autem vivificat*.„

(3) Genes. XLIX. 27.

mane illud tempus significat, quo legem accepit; comedit autem mane, quia legem, quam ante accepit, edit, et quasi prædam manducat; ut etiam in legem fidei non perveniret. Ad vesperam autem dividit spolia. *Vespera* est illud tempus novissimum, quo convertitur; tunc ergo dividit escam; quia tunc intellexit dividendam esse literam a Spiritu, et tunc cognovit, quia *litera* (1) *occidit*, *Spiritus vivificat*. Quia ergo jam per gratiam Domini illuminatus incipit in lege spiritualia a corporalibus dividere, et separare, idèo dicitur ad vesperam dividere escam, quia tunc incœpit facere, quod tota die in lege meditans ante non fecit.

CCXC.

DE BEATO MATTHÆO APOSTOLO

Matthæus Apostolus, et Evangelista interpretatur *Donatus* (2); Hic ex Tribu sua *Levi* sumpsit cognomen. Ex publicano a Christo electus, primum quidem in Judæa Evan-

(1) II. Cor. III. 6.

(2) Beda T. cit. col. 596. ver. *Matthæus* ait: „ Matthæus donator consilii, „ vel donum festinationis.„ In Interpretatione cit. pagin. 1037. *Matthæus*, *donatus* (interpretatur). Vide Bollandianos in Comment. prævio ad Acta S. Matthæi Apostoli, et Evangelistæ die 21. Septembris, Actor. Sanctor. Septembris T. VI. Edit. Antuerp. MDCCLVII. pag. 194. seqq.

gelizavit, postmodum in Macedonia; et passus in Perside requiescit in montibus Parthorum (1).

CCXCI.

DE FESTO S. MICHAELIS (2)

De Festo S. Michaelis dicitur, quod eo tempore barbari Apuliam intraverant, et eam depopulabantur; tunc Christiani indicto triduano jejunio auxilium Sancti Michaelis imploraverunt: et cum congregati essent adversus hostes, apparuit eis Sanctus Michael, quasi eis auxilium præstans. Tunc hostes versi sunt in fugam. Quia ergo per Beatum Michaelem victoriam obtinuerunt, ideo statutum est, ut ea die semper festum illius celebraretur.

CCXCII.

DE BEATO LUCA

Lucas Evangelista fuit Syrus (3) Antiocensis, arte medicus, Apostolorum discipulus.

(1) S. Isidorus l. *de vita, et morte Sanctorum Novi Testamenti* cap. LXXVII. pagin. 541. *in montibus pastorum*.

(2) Consule Bollandianos in Comment. histor. de S. Michaele Archangelo, et de omnibus Angelis die 29. Septembris §. XIX. Actor. Sanctor. Mensis Septembris Edit. Ant. MDCCLXII. Tom. VIII. pag. 58. seqq.

(3) Confer Calmet. Dict. Sac. Script. Tom. I. p. 444. verbo *Lucas*.

CCXCIII.

DE SANCTO ANDREA APOSTOLO

Andreas Apostolus, frater Simonis Petri, qui interpretatur *humilis*, vel *decorus* (1), omnem Bithiniam, et Pontum, Traciamque, et Scithiam perambulans, Christum Evangelizans, postea autem processit in Sevastopolim magnam, ubi fluit Apsarus, et Tasis fluvii, ubi interiores Æthiopes inhabitant. Post hinc in civitate Patras Achaiæ (2) sub Egea principe cruce suspensus occubuit.

ThomasApostolus, qui interpretatur *Abyssus* (3); Dydimus (4), hoc est, *Christi similis*, Parthos, et Medos, et Persos, et Jermanos,

(1) Beda T. cit. col.513. inquit: „ Andreas decorus „ in statione, sive decus.„ In Interpretatione cit.Bibl. pag.1003. *Andreas, fortissimus*.

(2) Calmet. in Dict.Bibl. Tom.1. pag.64.verbo *Andreas*: „Acta martyrii hu„jus Apostoli, *inquit*, li„cet vetustissima sint,ori„ginalia tamen a Criticis „ non creduntur.Ejus mar„tyrium Patres in Achaja „ consignant, quod in cru„ce consummasse sub E„gæa provinciæ Procon„sule tradunt etc.

(3) Consule Bedam Tom. cit. col. 6401. verbo *Thomas*, Bibliam Vitrè pagin.1038., et Calmet Dictionarii Biblici Tom. II. pag.361. verbo eodem.

(4) *Dydimus* vox est Synonyma Thomæ: Hebraice enim *Thoma*, græce *Dydimus* dicitur. Vide plura apud Macrium in Hierolex. dict. *Dydimus*,

nos, et Ircanos, et Naudos, et Magos Evangelium Christi docens in civitate Indiæ, quæ *Calami* vocatur, interfectus vitam finivit.

CCXCIV.

DE SAPIENTISSIMO SALOMONE

Salomon a Beato Ambrosio *Sanctus* (1) appellatur; nec mirum, quia post tantam ruinam, scilicet quod idolatriæ scelere nunquam perfecte pœnituit, amabilis Deo, et Sanctus appelletur: moris est sacri eloquii, ut quando alicujus reprobi mentionem facit, nomine pristinæ dignitatis utatur. Hinc est, quod Matthæus *publicanus* appellatur, quia certe jam publicanus esse desierat. Et Origenes a Beato Hieronymo *Sanctus* appella-

(1) S. Ambrosius, sive alius Auctor *Apologiæ alterius Prophetæ David* inter Opp. S. Ambrosii c. III. num. 16. col. 871. Tom. I. Venet. MDCCXLVIII. ita loquitur: „ Si David infir„ mus, tu fortis es? Si Sa„ lomon lapsus est, tu im„ mobilis? Si Paulus pri„ mus peccatorum, tu po„ tes primus esse Sancto„ rum? Ergo si erraverunt „ justi, erraverunt tam„ quam homines; sed pec„ catum suum, tamquam „ justi agnoverunt. Si ju„ sti pœne atrocioris exce„ perunt sententiam, tu „ quemadmodum tibi spem „ impunitatis proponis, „ cum Scriptura dicat: *Si* „ *justus vix salvus fit, pec*„ *cator, et impius ubi pa*„ *rebit?* „ Ceterum æterna Salomonis sors incerta est. Vide Natalem Alexandrum in Historiam Sacram v. mundi ætatis Dissert. III. Prop. I.

tur. Sic ergo et Salomon post illos sacrilegos casus a Beato Ambrosio, ut olim fuerat, *Sanctus* est appellatus.

CCXCV.

DE TENTATIONE ANGELI

Ante (1) omnem creaturam Angeli facti sunt, dum dictum est: *Fiat lux* et ante omnem creationem Angelorum diabolus conditus est: Ex qua fiducia cecidit; prius enim de cælo cecidit, quam homo conderetur: Nam mox ut factus est in superbiam erupit, et præcipitatus est de cælo. Postquam apostatæ Angeli ceciderunt, reliqui per perseverantiam æternæ beatitudinis solidati sunt. Bonorum Angelorum numerus, qui post ruinam Angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum hominum supplebitur (2).

(1) S. Isidorus Sentent. lib. 1. de Angelis cap. x. pagin. 623. col. 1. „ Ante omnem creationem mundi „ creati sunt Angeli, et „ ante omnem creationem „ Angelorum diabolus con- „ ditus est, sicut scriptum „ est: *Ipse est principium* „ *viarum Dei*. Unde et ad „ comparationem Angelo- „ rum Archangelus appel- „ latus est. Prius enim crea- „ tus extitit ordinis præla- „ tione, non temporis quan- „ titate. „

(2) Quæ hic adscribimus, in margine Codicis leguntur: „ Qui numerus soli „ Deo est cognitus. Duas „ res ante omnem diem, „ et ante omne tempus „ condidit Deus, Angelos „ videlicet, creaturam, „ et informem materiam, „ quamvis omnia simul fa- „ cta sint..... in æter- „ num, creavit omnia si-

„ mul . . . . . Omnia ex ni-
„ hilo fecit Deus, quædam
„ ex nihilo , quædam ex
„ aliquo condidit : de ni-
„ hilo mundum , et Ange-
„ los , et Animam ; ex ali-
„ quo hominem , et peco-
„ ra ,et ceteras creaturas. „
Inferius autem , scilicet
inter folia Codicis 81. et
82. in membrana , secun-
da manu ejusdem , qua su-
perius, ætatis , hæc extant:
„ Scripserat Moyses in li-
„ bro Geneseos, quia *crea-*
„ *vitDeus hominem ad ima-*
„ *ginem , et similitudinem*
„ *suam. Masculum*(supple,
„ *et feminam*) *creavit eos.*
„ Homo enim ad imaginem
„ Dei factus dicitur,secun-
„ dum interiorem homi-
„ nem , ubi est ratio , et
„ intellectus , non propter
„ corpus , sed ea potestate
„Dei,qua omnibus animan-
„ tibus imperat.ImagoDei,
„ ut aitAugustinus,in men-
„ te, hoc est in ratione , et
„ intellectu est.Ipsa itaque
„ mens, quando cogitat ea,
„ quæ sunt æterna , imago
„ Dei dicenda est; cogitan-
„ do æterna *vir* est , sicut
„ dicit Apostolus : *Vir non*
„ *debet velare caput suum,*
„ *cum sit imago Ecclesiæ*
„ *Dei* , hoc est , quantum-
„ cumque se ostendit in id,
„ quod æternum est, tanto
„ magis inde formatur ad
„ imaginem Dei . Quando
„ vero ea agit, vel cogitat,
„ quæ sunt temporalia,*mu-*
„ *lier* appellatur , et tunc
„ non est dicenda *imago*
„ *Dei*,et propterea dicitur,
„ *velare caput suum*,Imago
„ dicitur id, ad cujus simi-
„ litudinem aliquid fit , ut
„ Dominus dicitur imago
„ viri(*ita mendose*)sicut di-
„ citur. *Factus est homo ad*
„ *imaginem* , *et similitudi-*
„ *nem Dei.* Sic et tabula di-
„ citur *imago* , quia conti-
„ net picturam . Imago
„ etiam dicitur illustratio
„ naturalium, vel gratuito-
„ rum;unde Psalmista: *Si-*
„ *gnatum est super nos*
„ *lumen vultus tui, Domi-*
„ *ne* . Idest crux nobis im-
„ pressa est in signum Re-
„ gis nostri, quæ est lumen
„ vultus , quia in tabulis
„ radiatur Deus . Similitu-
„ do Dei tripliciter accipi-
„ tur, scilicet per imitatio-
„ nem , unde dicitur : *Ea-*

„ *ciamus hominem ad imaginem*, *et similitudinem* „ *nostram*: Secundum essentiam, quia Filius est „ similis Patri, unde Dominus in Evangelio: *Philippe, qui videt me, videt* „ *et Patrem*: Secundum parificationem, quam voluit Lucifer usurpare, „ cum dixit: *In cælum* „ *ascendam, supra astra cæli* „ *exaltabo solium meum, et* „ *ero similis Altissimo*. Spiritualiter autem fecit Deus hominem ad imaginem, perfectum scilicet „ virum, qui non quemlibet Sanctorum, sed ipsam „ Veritatem imitando operatur justitiam: *Passus* „ *enim pro nobis Christus* „ *reliquit nobis exemplum*, „ *ut sequamur vestigia ejus*. „ *Masculum et feminam fecit eos*. Homo noster interior et spiritu, et anima constat. Spiritus *masculus* dicitur; anima *femina* potest nuncupari. „ Hæc si concordiam inter „ se habeant, possunt generare filios, idest, sensus „ bonos, et utiles. *Formavit igitur Dominus Deus* „ *hominem de limo terræ, et* „ *inspiravit in faciem ejus* „ *spiraculum vitæ, et factus* „ *est homo in animam viventem*. Sed quomodo „ eum fecit Deus, utrum „ repente in ætate perfecta, „ hoc est virili, an sicut „ nunc usque format in „ uteris matrum? Credibilius enim est, jam perfectæ ætatis, et virilitatis, „ quæ erat in illis causis, „ ubi Deus hominem in „ sex dierum operibus fecit. Solet etiam quæri, „ utrum animale corpus „ prius homini formatum „ est elemento, quale habemus nunc, an spiritale, quale resurgentes habebimus. De hoc dicit „ Apostolus: *Non prius* „ *quod spiritale, sed quod* „ *animale, deinde quod spiritale*. Hic occurrit quæstio, quomodo renovamur, si ad hoc in Christo „ revocamur, quod in Adam „ prius eramus; unde profertur filio redeunti stola prima, si non immortalitatem recipit, quam „ perdidit in Adam? Si „ autem non peccasset Adam, corpore non moretur. Quomodo ergo

„ immortale, si animale re-
„ novabimur? Ergo a ve-
„ tustate peccati non in
„ pristinum corpus anima-
„ le, in quo fuit Adam,
„ sed in corpus spiritale.
„ Cum fuerimus æquales
„ Angelis, *renovabimur spi-
„ ritu mentis nostræ* secun-
„ dum imaginem ejus, qui
„ creavit nos, quam pec-
„ cando Adam perdidit. Re-
„ novabimur etiam carne,
„ cum *corruptibile hoc in-
„ duerit incorruptibilita-
„ tem*, ut sit spirituale cor-
„ pus, in quo mutatur, sed
„ mutandus fuerat Adam,
„ nisi mortem corporis pec-
„ cando meruisset. Adam
„ enim ante peccatum, et
„ mortale dici poterat,
„ quia poterat mori, et im-
„ mortale, quia poterat non
„ mori. Aliud est enim pos-
„ se mori, aliud posse non
„ mori. Secundum quem
„ modum primus homo
„ creatus est immortalis,
„ quia ei parabatur de li-
„ gno vitæ, a quo ligno vi-
„ tæ separatus est, cum
„ peccasset, ut posset mo-
„ ri. Mortalis ergo condi-
„ tione corporis animalis,
„ immortalis beneficio con-
„ ditoris. Mystice autem
„ formavit Deus hominem
„ de limo terræ. Formatus
„ est Christus ex semine
„ David, secundum car-
„ nem, tamquam de limo
„ terræ; *et inspiravit in
„ faciem ejus spiraculum
„ vitæ*, utique infusionem
„ Spiritus Sancti, quæ ope-
„ rata est hominem Chri-
„ stum. *Et factus est homo
„ in animam viventem*; ut,
„ quia perfectus erat Deus,
„ perfectus crederetur et
„ homo. Dixit Dominus
„ ad Adam: *Ex omni ligno
„ Paradisi comede, de li-
„ gno autem scientiæ boni,
„ et mali ne comedas, in
„ quocumque enim die co-
„ mederis, morte morieris.*
„ De omni ligno Paradisi
„ ille comedit, qui exem-
„ pla bonorum operum ca-
„ pit. Lignum vero scien-
„ tiæ boni, et mali come-
„ dit, qui per deliberatio-
„ nem, et scientiam pec-
„ cat. *Quacumque enim die
„ comederis, morte morie-
„ ris*, morte videlicet ani-
„ mæ. Sicut enim corpus
„ vivit ex anima, ita ani-

„ ...ra, ut beate vivat, vivit „ ex Deo. Deserta ergo „ anima Adæ vere dicitur „ mortua: Lignum illud „ jam vocabatur *scientiæ* „ *boni, et mali*, quia hac „ occasione præstitit Deus „ homini, ut sciret, quid „ distaret inter bonum, et „ malum, bonum videlicet, „ quod amiserat; et malum, „ quod peccando invenerat: et hoc agnovit per „ experientiam. Erat ergo „ lignum vitæ, in quo erat „ Sacramentum, et ceteris „ lignum, alimentum. Sacramentum autem quod „ aliud, nisi sapientia, de „ qua dicitur: *Lignum vitæ* „ *est amplectentibus eam*? „ Hoc enim lignum esui „ parasset vitam, si homo „ non peccasset. Sub enim „ illo primo peccato continentur, et alia peccata. „ Superbia enim ibi fuit, „ quia homo in sua potius, „ quam in Dei potestate „ dilexit. Sacrilegium ibi „ fuit, quia Deo non credidit. Homicidium ibi „ fuit, quia se præcipitavit in mortem. Fornicatio ibi fuit, videlicet spiritualis, quia humanæ „ mentis integritas serpentina persuasione corrupta „ est. Furtum ibi fuit, „ quia cibum prohibitum „ usurpavit. Avaritia enim „ (forte *etiam*) ibi fuit, „ quia plusquam illi sufficere debuit, appetivit. „ Et multa alia diligenti „ consideratione inveniri „ possunt. Homo itaque „ sicut in medio creatus „ est, ut esset inferior Angelo, superior jumento. „ Ita aliquid habet commune cum summo, et cum „ infimo; immortalitatem „ scilicet spiritus cum Angelo, mortalitatem vero „ cum jumento. DE PEDIBUS HOMINIS. Duo enim „ sunt, quæ præ ceteris „ Dominum mulcent, humilitas, et fides. Pes itaque exprimit humilitatis „ affectum, et sedulæ servitutis obsequium. Fides æquat Filium Patri, „ atque utriusque eamdem „ gloriam confitetur. Recte „ autem non plures sunt. „ Duo sunt hominis pedes; „ quaterni enim pedes feris, et belluis sunt, bini

CCXCVI.

DE ANGELIS

Angeli (1) græce, latine *nuntii*, Archangeli vero *summi nuntii* vocantur. Ii autem, qui minima nuntiant, *Angeli*; qui vero summa annuntiant *Archangeli* vocantur. Hinc est enim, quod ad Mariam Virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe mysterium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Novem sunt Ordines Angelorum; *Angeli*, *Archangeli*, *Throni*, *Dominationes*, *Principatus*, *Potestates*, *Virtutes*, *Cherubin*, *Seraphin*. Michael *Quis ut Deus* dicitur; Gabriel autem *Fortitudo Dei*, Raphael vero *Medicina Dei* dicitur. Et quotiescumque miræ virtutis aliquid agitur, Mi-

„ avibus: et ideo unus quasi „ de volatilibus est homo, „ qui astra vi suppetat, „ et quodam remigio volitet sublimium cogitatio- „ num. Et ideo de eo di- „ ctum est: *Renovabitur*, „ *ut aquilæ juventus tua*, „ eo quod propior sit cæ- „ lestibus, sublimior aqui- „ lis, qui possit dicere: „ *Nostra conversatio in cæ-* „ *lis est*. „

(1) Fere omnia, quæ hoc Numero de Angelis profert Anonymus noster, a S.Gregorio Magno in Evang. lib.I. Homil.VI. numer.5. Tom.I. col.1455. et lib.II. Homil.XXV. n.3. col.1547. ac Homil. XXXIV. num. 8. col.1604. necnon a S.Isidoro Hispalensi Episcopo Orig.lib.VII. de Angelis c.V. pag.90. seq., traduntur.

chael mitti perhibetur, ut ex ipso actu, et nomine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere prævalet Deus; unde et ille antiquus hostis, qui se esse Deo per superbiam similis concupivit, dicens (1): *In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*, dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo judicio perimendus, cum Michaele Archangelo præliaturus esse perhibetur; sicut per Joannem dicitur (2): *Factum est prælium magnum in cælo cum Michaele Archangelo*; ut qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, a Michaele peremptus discat, quia ad Dei similitudinem nullus superbus exurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui *Dei fortitudo* nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est, de quo per Psalmistam dicitur (3): *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ; quis est iste*

(1) Vide pag.434. not.3.

(2) Apocalyp.xII.7.Vulg. *Et factum est prælium magnum in cælo: Michael, et Angeli ejus præliabantur cum dracone.*

(3) Psal.xxIII. ver.7.seq. Ita Psalt. Corb. Auctor C. quæst. apud Aug. Tom.III. q.III.Vulg. autem: *Attollite portas.*

Rex gloriæ? Dominus fortis, et potens Dominus potens in prælio. Et rursum (1). *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ*. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, quia virtutum Dominus, et potens in prælio contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, ut diximus, *medicina Dei*, quia videlicet dum Tobiæ oculos, quasi per officium curationis tetigit, cæcitatis tenebras traxit (2). Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit, ut *Dei medicina* vocaretur. *Throni* quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum judicium semper Deus omnipotens præsidet. Quia enim thronus latino eloquio *sedes* dicitur, Throni Dei sunt ii, qui tanta Divinitatis gratia replentur, ut in eis Dominus sedeat; et per eos sua judicia decernat; unde et per Psalmistam dicitur (3): *Sedes super thronum, qui judicas æquitatem*. *Dominationes* autem vocantur, qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt; Nam *principari* est inter reliquos priorem existere. *Dominari* vero est etiam subjectos quosque possidere. Ea ergo Angelorum agmina, quæ mira potentia præeminent, pro eo quod eis

(1) Psal. eod. ver. 10.

(2) S. Gregorius loc. cit. *tenebras tersit*.

(3) Psal. IX. 5. Ita Cassiod. Vulg. vero *Sedisti super thronum, qui judicas justitiam*.

cetera ad obediendum subjecta sunt, *Dominationes* vocantur. *Principatus* etiam vocantur, qui ipsis quoque bonis Angelorum spiritibus præsunt, qui subjectis aliis dum (1) quæque sunt agenda disponunt, eisque ad explenda Divina mysteria principantur. *Potestates* etiam vocantur ii, qui hoc potentius ceteris in suo ordine præceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversæ subjectæ sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt. *Virtutes* etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa, et miracula frequentius fiunt. *Cherubin* interpretatur *plenitudo scientiæ*, quæ est charitas, quia cuilibet habenti scientiam, sive modicam, sive magnam sufficit si habeat charitatem, ut ibi: *Habe charitatem, et fac quidquid vis*; quod expressius dici potest: Quælibet scientia, quantumcumque magna semiplena, et imperfecta est absque charitate, unde Apostolus (2): *Si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum*, charitate autem superveniente perficitur. Et sublimiora illa agmina idcirco *Cherubin* vocata

(1) Deest aliquid, vel *dum* est supervacaneum.
(2) 1. Corint. 13. 2.

sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur, ut secundum creaturæ modum, eo plene omnia sciant, quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. *Seraphin* illa, quæ Isaias Propheta in conspectu Domini stare conspexit, senas alas habuisse describitur. *Duabus* (1), inquit, *velabant faciem, et duabus velabant pedes, et duabus volabant*; velabant porro faciem, sive pedes non suos, sed utique Dei. Et quid per faciem Dei, nisi mundi principium? Quid per pedes, nisi equidem mundi finis debet intelligi? Alarum ergo Seraphim, et plures sunt quæ velant, et paucæ quæ volant, quia ex Divinorum operum celsitudine, cum perpauca ad nostram permittuntur advolare notitiam, plurima in thesauris secretorum cælestium servantur occulta; Namque funditus ignoramus, quid ante mundi principium fuerit, et quid post consummationem seculi futurum sit; idem perhibet Isaias (2): *Priora*, inquit, *annuntiate mihi, et novissima, quæ futura sunt, et dicam, quia dii estis*. De mediis autem pauca utcumque cognoscimus, quæ tamen ex Scripturarum nobis attestatione pan-

(1) Isa. cap. VI. ver. 2. *Duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant.*

(2) Ibid. cap. XLI. ver. 23. ubi *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum, et sciemus, quia dii estis vos.*

duntur, Cherubin, et Saraphin, scripta per neutra, et pluralia sunt, scripta vero per masculina, et pluralia sunt; quorum singularia sunt *Cherub*, & *Seraph*. *Seraphin*, etiam vocantur illa Sanctorum spirituum agmina, quae ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore: *Seraphin* namque *ardentes*, vel *incendentes* vocantur, quae quia ita Deo conjuncta sunt, ut inter haec, et Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem Divinitatis ejus aspiciunt, eo validius in ejus amore flammescunt.

CCXCVII.

DE CIBO ANGELORUM

De sumendo cibo Angelorum dicimus, quia sicut sol, vel ferrum candens, vel ignis vehemens devorat, vel consumit aquam, ita Angeli consumere cibos creduntur.

CCXCVIII.

DE OCTO BEATITUDINIBUS

Octo sunt Beatitudines: *Beati* (1) *pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

(1) Matth. v. 3. seqq. Vulg. *quoniam ipsorum etc.*

Beati qui esuriunt, et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

CCXCIX.

ALLEGORIA

Qui vero sunt *pauperes spiritu*? qui tumore superbiæ, et jactantiæ non sunt inflati, sed humiles sunt corde, de qualibus dicit Psalmista (1): *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Hi tales, quamvis res terrenas, et mundi habent facultates, tamen non superbiunt, quia pauperes sunt spiritu, hoc est, humiles corde: Sicut fuit Abraham, David, et ceteri SS. Patres. Isti ergo, quia terrena regna, et facultates mundi contemnunt, ideo jure illis regnum cælorum promittitur, dicente Domino: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*.

Mites sunt mansueti, modesti, humiles, et simplices in malo, atque omnem injuriam patientes. Mites sunt illi, ut Beatus Augusti-

(1) Psal. L. 19.

nus dicit (1), qui non resistunt malo, sed vincunt in bono malum. Hi sunt, qui sequuntur Deum dicentem (2): *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*. Sed quid mitibus promittit? terram, dicente Domino: *quoniam ipsi possidebunt terram*; Sed quam terram? numquid istam (3), quam maxime superbi possident? Non inquam, non terram Judæam, non terram maledictam, quæ germinat spinas, et tribulos, sed illam de qua (4) Psalmista dicit (5): *Justi hæreditate possidebunt terram; impii autem exterminabuntur de ea*. Terra hæc terra est viventium, de qua Psalmista dicit (6): *Credo videre bona Domini in terra viventium*. Duo namque continentur in terra, soliditas, atque stabilitas; ideo regnum cælorum *terra* dicitur, propter stabilitatem, et soliditatem perpetuæ hæreditatis. Unum est autem præmium regni cælestis, sed varie nominatur, propter varietatem meritorum.

(1) S. Augustinus de *Sermone Domini in Monte* secundum Matthæum lib. I. cap. II. numer. 4. Tom. III. Part. II. col. 167. „ Mites „ autem sunt, qui cedunt „ improbitatibus, et non „ resistunt malo, sed vin- „ cunt in bono malum. „

(2) Matth. XI. 29.

(3) Cod. mendose *ista*.

(4) In Cod. desiderabatur *qua*.

(5) Psal. XXXVI. 9. *Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditate possidebunt terram*.

(6) Psal. XXVI. ver. 13.

Ipsi Lugentes *beati* vocantur, qui vel sua, vel aliorum peccata deflent; sua, velut David, qui dicebat (1): *Fuerunt mihi lacrymae meae*; aliorum, sicut Samuel, qui omnibus diebus vitae suae luxit Saulem, et populum, qui recesserunt a Domino. Sed quid lugentibus promittitur? consolatio; dicente Domino: *quoniam ipsi consolabuntur*. Sed quae est ista consolatio? refectio aeterni gaudii, et perpetuae laetitiae. Possumus in hoc loco justitiam fidei, et ceterarum virtutum intelligere, illam videlicet, de qua Apostolus ait (2): *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi super omnes, qui credunt*. Docet nos Dominus esurire, et sitire justitiam, hoc est, ut nos nunquam satis esse justos putemus, sed semper magis bonum facere velimus, quam nostra facultas suppetat. Possumus etiam per justitiam intelligere Dominum nostrum Jesum Christum, qui secundum Apostolum factus est justitia (3), sanctificatio, atque redemptio nostra. Admonet ergo nos Dominus esurire, et sitire justitiam, hoc est, seipsum, ut ardentes ejus vestigia sequamur. Sed quid eis promittitur? saturitas. Sed quae est ista saturitas? refectio aeternae felicitatis.

(1) Psal. XLI. 4.

(2) Rom. III. 22. *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes, et super omnes, qui credunt in eum.*

(3) 1. Corint. I. 30.

Misericors dicitur, quasi miserum habens cor. Ille ergo veraciter est misericors, qui alterius miseriam, quasi suam tractat; et qui de alterius infelicitate, et damno veluti de ipso dolet; et qui aliorum miseriis subvenit. Sed quid misericordibus promittitur? misericordia, dicente Domino; *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*; quia qui miserando aliis subveniunt, merentur et ipsi a miseriis liberari.

Illi nimirum sunt *mundo corde*, qui deposita sorde vitiorum, ab omni inquinamento carnis, et spiritus se purgare, et per opera justitiæ, et fidei Deo placere student, juxta illud Psalmistæ (1): *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens manibus, et mundo corde*. Bene autem mundis corde visio Dei promittitur, quia mundus Deus non potest videri nisi a mundo corde.

Et si Pacifici fuerimus, quo præmio remunerabimur? Quia erimus filii Dei, et si filii Dei (2), et hæredes Dei, et si hæredes Dei, cohærdes autem Christi. De hac pace ait Apostolus (3): *Sequimini pacem, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*.

Justi-

(1) Psal. xxiiI. 3. 4.

(2) Rom. viiI. 17.

(3) Hebr. xiI. 14. *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*.

Justitiam enim Dominus generalem virtutem, sive se ipsum appellat. *Beati* ergo sunt, *qui persecutionem patiuntur* propter virtutem, vel propter Deum. Hæc enim beatitudo octava in martyrio remuneratur, et in ea regnum cælorum promittitur, dicente Domino: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Effundamus itaque preces ad Dominum, ut his beatitudinibus digne insistere valeamus, et ut semper ante oculos cordis nostri habeamus diem tremendi judicii, et Paradisi perpetuas delicias, quas sanctis suis præparavit; et ita nos hanc præsentem vitam in sua faciat voluntate perducere, ut pœnas inferni valeamus evadere, et æternæ beatitudinis partem, ipso largiente, sine fine mereamur possidere.

CCC.

DE PROPHETIS

Prophetæ dicuntur *videntes*, quia prævident futura. Quorum alii sunt majores, alii minores. Majores enim sunt quatuor, scilicet Isaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. In istis enim, quando leguntur in Ecclesia, non dicitur *Tu autem, Domine*, sed *Hæc dicit Dominus*, quia comminatorii sunt; quia comminantur nos, in eis dicitur *Vivit Dominus*.

Alii vero sunt minores, qui sunt duodecim (1). In eis dicitur *Tu autem Domine*, quia non sunt comminatorii. Prophetia enim alia est de præsenti, ut illud (2): *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Alia est de præterito; unde Moyses (3): *In principio Deus fecit cælum, et terram*. Alia de futuro, ut illud (4): *Veniet Dominus, et non tardabit*. Alia est de præsenti, non tempore sed loco; ut hæc (5): *Unde mihi hoc, ut veniat mater Domini mei ad me?* Alia non loco, sed tempore, ut Dionysius Areopagita, patiente Domino, cum tenebræ totum tegerent orbem, cum de solis eclipsi, utpote luna existente quarta-decima, rationem reddere non posset, ait: *Aut Deus naturæ patitur, aut elementorum ratio mentitur*. Balaam prophetavit ex necessitate; unde illud (6): *Non possum aliud dicere, quam quod posuit Dominus in os meum*. Caiphas vero ex ignorantia; unde illud (7): *Hoc enim a semetipso non dixit*, timebat enim,

(1) Prophetas minores numerat Anonymus noster ex veteri Patrum more; nam Baruch cum Hieremia conjungebatur.

(2) Joan. 1I. 29.

(3) Genes. I. 1. Vulg. *creavit Deus etc.*

(4) Abac. 1I. 3. *Quia veniens veniet, et non tardabit.*

(5) Lucæ cap. I. ver. 45. *Et unde hoc mihi etc.*

(6) Num. cap. xxII. ver. 38. *Numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo.*

(7) Joan. xI. 51. *Hoc autem.*

ne Romani, qui hactenus loco propter religionem pepercerant, si nova subintraret religio, tollerent locum, et gentem; ideo ait (1): *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*. Et Doctores (2) in sacro eloquio *Prophetæ* dicuntur, quia dum fugitiva esse præsentia indicant, quæ sint ventura manifestant: Delinquenti enim populo dicitur (3): *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pænitentiam provocarent*. Doctores enim Divinus sermo falsa videre redarguit, quia dum corripere

(1) Ibid. vers. 50.

(2) S. Gregorius Regis. Epistolar. lib. I. Indict. IX. Epist. XXV. alias XXIV. *ad Johannam Episcopum Constantinopolitanum, et ceteros Patriarchas* §. *Rursum* Tom. II. col. 510. „ Hinc „ rursus delinquenti popu- „ lo dicitur: *Prophetæ tui* „ *viderunt tibi falsa, et* „ *stulta, nec aperiebant* „ *nunc iniquitatem tuam,* „ *ut te ad pænitentiam pro-* „ *vocarent*. Prophetæ quip- „ pe nonnunquam in sacro „ eloquio *Doctores* vocan- „ tur, qui dum fugitiva esse „ præsentia indicant, quæ „ sunt ventura manifestant. „ Quos divinus sermo falsa „ videre redarguit, quia „ dum corripere culpas „ metuunt, incassum delin- „ quentibus promissa secu- „ ritate blandiuntur. Qui „ iniquitatem peccantium „ nequaquam aperiunt, „ quia ab increpationis vo- „ ce conticescunt. Clavis „ quippe apertionis sermo „ est correptionis: quia in- „ crepando culpam dete- „ git, quam sæpe nescit „ ipse etiam, qui perpetra- „ vit. „

(3) Thren. II. 14.

culpas metuunt,incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur ; qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt , quia ab increpationis voce conticescunt (1) .

(1) Hic in membrana eodem , quo diximus charactere, ista leguntur: „ Ambrosius in Exam : Jonam „ cetus excepit ad vitam , „ reddidit ad prophetandi „ gratiam . Emundavit a„ qua, quem terrena deflu„ xerant.Psallebat in utero „ ceti, qui mœrebat in ter„ ris. Aqua vero utriusque „ redempio est , ut utrius„ que redemptio non præ„ tereatur elementi , terra„ rum salus in mari ante „ præcessit . Quia signum „ filii hominis signum Jo„ næ . Sicut iste in utero „ ceti , sic Jesus in corde „ terræ . In utroque reme„ dium ; majus tamen in „ mari pietatis exemplum, „ quoniam exceperunt pi„ sces , quem homines re„ futaverunt : Et quem ho„ mines cruci fixerunt , pi„ sces servaverunt .

„ Prophetia est divinatio „ eventus rerum futurarum „ a factis, in dictis, a somni„ is . Immobili veritate de„ nuntians factis , sicut in „ dormitione Adæ prophe„ tia fuit mortis Christi in „ passione . Ex ejus latere „ formata est Ecclesia,sicut „ ex latere Adæ formata est „ Eva . Sed et immolatio „ Isaac prophetia fuit im„ molationis Christi in cru„ ce.Dictis, sicut Hieremi„ as,Isaias,et ceteri Prophe„ tæ,qui incarnationem Do„ mini, et omnia humanita„ tis mysteria verbis multo „ ante prædixerunt. Somni„ is, sicut Daniel . „

CCCI.

DE APOSTOLIS

Apostoli interpretantur *missi*; nam sicut græce *Angeli*, latine vocantur *nuntii* ; ita græce *Apostoli*, latine *missi* appellantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per universum mundum, baptizantes homines in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti ; et facientes in nomine Christi magna, et incredibilia miracula. Ex Tribu (1) enim Nephthali; quod interpretatur *dilatatio*, fuerunt Apostoli (2), qui ſunt principes Ecclesiarum, et duces, de quibus dicitur (3): *Principes Zabulon, principes Nephthali*, qui sine dubio ad personam referuntur Apostolorum. Ipsi sunt filii excussorum, hoc est, Prophetarum, qui in manu potentis Dei positi, tamquam sagittæ excussæ pervenerunt usque ad fines terræ ; unde et Nephthali *Cervus emissus* ſcribitur, quia Apostoli veloci saltu exilientes in morem cervorum tranſcendunt implicamenta mundi hujus, excelsa ac sublimia meditantes dant

(1) Similia horum usque ad ea *Zabulon habitaculum etc.* quibusdam tantum verbis immutatis, habet S.Isidorus Comment. in Genes. cap. XXXI. p. 447. col. 1.

(2) Vide Calmet Dict. Bibl. Tom. II. pag. 91. verbo *Nephthali*, et verbo *Galilæa* Tom. 1. pag. 275.

(3) Psal. LXVII. 28.

eloquia pulchritudinis, hoc est, prædicant cunctis gentibus doctrinam Domini Salvatoris. Zabulon *habitaculum* (1) *fortitudinis* dicitur; tunc enim quilibet eorum *habitaculum fortitudinis* dicitur, quoniam *virtus* (2) *in infirmitate perficitur*, sicut ait Apostolus (3): *Convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello*. Vel Zabulon interpretatur *habitaculum pulchritudinis*, & significat Ecclesiam: Hæc in littore maris habitat, et in statione navium, ut credentibus sit refugium, et periclitantibus demonstret fidei portum. Hæc contra omnes tribulationes seculi inconcussa firmitate solidata expectat naufragium Judæorum, et Hæreticorum procellas, *qui* (4) *circumferuntur omni vento doctrinæ*.

CCCII.

QUARE DUODECIM APOSTOLOS ELEGIT DOMINUS

Duodecim Apostolos elegit Dominus, quoniam duodenarius numerus perfectus (5) semper

(1) Ad calcem Bibl. cum nott. Vitrè pag. 1038. *Zabulon*, *Habitaculum*.
(2) II. Cor. XII. 9.
(3) Hebr. XI. 34.
(4) Ephes. IV. 14.
(5) S. Augustinus Exposit. in Evang. Joannis cap. VI. Tract. XXVII. num. 10. T. III. Part. II. col. 506. inquit: „Potest et sic intelligi, „quod ait: Duodecim elegi, quia sacratus est nu„merus. Non enim, quia

existit, quatenus ipso numero eorumdem demonstraretur perfectio: a quaternario etenim, et denario idem nascitur, quia a duodecim Apostolis Trinitas divulganda erat per quatuor partes mundi. Recte igitur hoc numero sunt electi, sive quia annus per duodecim menses currit, sive quia duodecim sunt signa cæli. Hoc igitur numero mysterium maxime in eo declaratur, quia ipsis a Domino promittitur (1): *Sedebitis*, inquit, *et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* Sed quomodo duodecim elegit Dominus, si unus ex ipsis, scilicet Judas, diabolus fuit? Ne igitur contrarium videatur, hoc sciendum est, quia aliter elegit istos, atque aliter illum (2), et ad aliud istos, atque ad aliud illum: hos nimirum elegit, ut in dignitate perseverarent apostolica; illum vero elegit, ut per perditionis ejus officium salutem, et redemptio-

„ periit inde unus, ideo illius numeri honor demptus est, nam in locum pereuntis alius subrogatus est, mansit numerus consecratus, numerus duodenarius: quia per universum mundum, hoc est per quatuor cardines mundi Trinitatem fuerant annuntiaturi, ideo ter quaterni. „

(1) Matth. cap. XIX. ver. 28.

(2) Idem S. Augustinus in Ioan. Evang. cap. XIII. Tract. LIX. num. I. Tom. cit. col. 663. „ Ipse, *ait*, (Judas) ad aliquid est electus, ad quod utique erat necessarius, non autem ad beatitudinem. „

nem operaretur humanam. Deus namque malo alicujus bene uti (1) solet, quemadmodum hujus ad salutem usus est generis humani. Et sicut homines bonis Dei male fruuntur, sic e contra Deus hominum malis bene frequenter utitur. Judas enim plenus fuit omni malo, malum enim habuit in corde; unde dicitur (2): *Misit diabolus in cor ejus*. Habuit in pedibus, quando abiit ad principes Sacerdotum. Habuit in ore, videlicet quando spopondit. Habuit in bursa quando dixit (3): *Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam?* Similiter de aliis discipulis Christi unus abiit retrorsum, videlicet Nicolaus (4), qui erat unus de septem Diaconibus, habens pulcherrimam uxorem, qui per avaritiam dimisit eam meretricari, et sic communis effecta est. Mos enim erat apud

(1) S. Augustinus in Joannis Evang. cap. VI. Tract. XXVII. num. 10. col. 505. „ Hoc est proprium Dei, „ contrarium iniquis. Si„ cut enim iniqui male „ utuntur bonis operibus „ Dei, sic contra Deus be„ ne utitur malis operibus „ hominum iniquorum. „

(2) Joan. XIII. 2. *Cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ*.

(3) Matth. XXVI. 15.

(4) De Nicolao Diacono, non una est Scriptorum sententia. Sunt enim, qui eum Nicolaitarum sectæ Auctorem fuisse volunt, sunt qui negant. Vide Natalem Alexandrum in Historiam Eccles. sæculi I. Dissert. IX. et Calmet Dict. Bibl. T. II. verbo *Nicolaus* pag. 95.

eos, ut relictas uxores optime procurarent, ne fornicari liceret. Sed hoc audito, quod uxorem suam Nicolaus dimiserat, et fornicari cum aliis concesserat, surrexerunt alii pseudo-æmuli Sanctæ Ecclesiæ, sectam illius sequentes dixerunt, mulieres debere esse communes. De talibus legitur in Apocalypsi (1): *Quia odisti facta Nicolaitarum?* Nicolaus enim *stultus populus* interpretatur. Similiter Demas (2), quem Apostolus meminit in secunda ad Timotheum Epistola (3): *Diligens mammonam reliquit Evangelicum verbum*; Et in Thessalonica idolorum sacerdos fuit. De quo Joannes Apostolus scripsit dicens (4): *Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt*. Similiter et alii scandalizati sunt, et abierunt retro, quando eis dixit Dominus (5): *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Qui dixerunt (6): *Durus est hic sermo*. Ipsi enim particulatim carnem suam sibi tribuere putabant; ideo retro abierunt, hoc est, non post Jesum, sed post Satan. Respondit Si-

(1) Apocalyp. II. 6.
(2) Cod. mendose *Dismas*.
(3) II. Timoth. IV. 9. *Me reliquit diligens hoc seculum, et abiit Thessalonicam*.
(4) I. Joan. II. 19. *Ex nobis prodierunt, sed non fuerunt ex nobis*.
(5) Joan. VI. 54.
(6) Ibid. ver. 61.

mon Petrus (1): *Domine, ad quem ibimus?* Unus (2) pro multis, unitas respondit pro generalitate, ac si aperte diceret: Si a te nos repellis, o Domine, alterum ad quem eamus ostende; non est profecto qui nos recipiat, non est qui nobis verba vitæ tribuat; *verba vitæ æternæ habes*, hoc est, verba quæ dixisti, vitæ sunt, non scandali; sed ideo retro abierunt qui scandalizati a te recesserunt, quoniam te non dilexerunt.

CCCIII.

DE MARTYRIBUS

Martyres græce, latine *testes* dicuntur; unde et testimonia græce *martyria* nuncupantur. *Testes* autem ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et usque ad mortem pro veritate certaverunt. Et per Joannem voce Angelica Dominus dicit (3): *In diebus illis* (4) *Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos*. Antipas

(1) Ibid. ver. 69.

(2) S. Augustinus Exposit. in Evang. Joan. cap. VI. Tract. XXVII. num. 9. Tom. cit. col. 505. „ Respondit „ Petrus pro omnibus, u- „ nus pro multis, unitas pro „ universis. *Respondit er-* „ *go Simon Petrus: Domine,* „ *ad quem ibimus?* Repellis „ nos a te, da nobis alte- „ rum te. *Ad quem ibi-* „ *mus?* Si a te recedimus, „ ad quem ibimus? Verba „ vitæ æternæ habes. „

(3) Apocalyp. c. II. ver. 13.

(4) Supplevimus *illis*;

fuit Episcopus Ecclesiæ Pergami (1). Primus namque martyrum in Veteri Testamento fuit Abel, in Novo Stephanus (2) ad imitationem fidelium. Stephanus autem *coronatus* dicitur, humiliter lapidatus, sed sublimiter (3) coronatus. Duo enim sunt martyrii genera: unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute; nam qui callidi hostis

(1) Calmet Dict. Bibl. Tom.1. pag.80. ver. *Antipas* „ Antipas testis fide„ lis, Martyr scilicet, de „ quo in Apocalypsi 1I.13. „ inter primos Christi di„ scipulos reputatur, ac „ Pergami Episcopum egis„ se, ibique martyrium „ consummasse, et quidem „ æneo in tauro, flamma„ toque inclusus, si ejus „ actibus fidès sit. Festum „ ipsius ad diem 11. Apri„ lis consignatur. „

(2) S. Isidorus Originum lib.VII.*de Martyribus* c.XI. pag.99. col.1. ita loquitur: „ Martyrum primus in No„ vo Testamento Stepha„ nus fuit, qui sermone he„ bræo interpretatur *norma*, quod prior fuerit in „ ministerio ad imitatio„ nem fidelium: idem au„ tem græco sermone in la„ tinum vertitur *coronatus*, et hoc prophetice, „ ut quod sequeretur in re, „ vaticinio quodam futuri „ prius in vocabulo resona„ ret: passus est enim, et „ quod vocabatur, accepit. „ Stephanus enim corona „ dicitur, humiliter lapi„ datus, et sublimiter co„ ronatus. Duo sunt mar„ tyrii genera; unum in „ aperta passione, alterum „ in occulta animi virtute. „ Nam multi hostis insi„ dias tolerantes, et cun„ ctis carnalibus desideriis „ resistentes, per hoc, quod „ se omnipotenti Deo in „ corde mactaverunt, e„ tiam pacis tempore mar„ tyres facti sunt, qui, „ etiamsi persecutionis tem„ pus existeret, martyres „ esse potuerunt. „

(3) Cod. *subtiliter*.

insidias tolerantes, et se omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt; qui etiamsi persecutionis tempus existeret, martyres esse potuerunt.

CCCIV.

DE CONFESSORIBUS

De Confessoribus etenim scriptum est (1): *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris*; intus enim ardent per affectum charitatis, exterius vero lucent per exemplum boni operis: ii enim non tantum deflent sua peccata, sed etiam aliena; ii namque lacrymis succurrunt pro peccatorum reatibus.

CCCV.

DE EREMITIS

Eremitæ, sive Anachoritæ ab hominum conspectu sunt remoti, eremum, et desertas solitudines appetunt; nam eremum dicitur *quasi remotum* (2): Ab istis enim tempore novissimæ persecutionis homines petent consilium, et dicent eis: Misericordia animum vestrum super nos flectite, et orationum ve-

(1) Lucæ cap. XII. ver. 35.

(2) S. Isidorus *Different. de litera E* pag. 752. n. 201. „ Eremus, *inquit*, est invia solitudo, ubi nunquam habitatum est. Desertum, ubi aliquando habitatum, et derelictum est. „

strarum piis interventionibus ab ira judicantis tegite.

CCCVI.

DE VIRGINIBUS

Vera enim virginitas in Angelorum munditiam ascendit pro humano modulo, ut ad montes, et colles perveniat, juxta Canticum Canticorum, in quo sponsus dicit (1): *Vadam ad montem myrrhæ, et ad collem thuris*; hoc est, ad purrissimos virginum greges. Ad hos montes Loth, non ascendit, quando de Sodoma ardente surrexit, sed descendit in Segor (2), quia qui incendia illicita carnis fugiunt, altitudinem munditiæ, et castitatis ascendere non valent, ad myxtionem legitimi conjugii descendunt. In monte quippe stare, vel ascendere, est celsitudinem virginitatis, et continentiæ suscipere.

CCCVII.

DE QUIBUS SANCTIS FIUNT SOLEMNITATATES

Omnium illorum Sanctorum, qui fuerunt ab Abel usque ad Christi resurrectionem, non debent fieri solemnitates, quia ipsi quasi lapides in fundamento Ecclesiæ latent. Illorum vero, qui a resurrectione usque ad judicium

(1) Cant. IV. 6. (2) Genes. XIX. 23.

sunt, inter memoriales, quia ipsi tamquam per [illegible] [illegible] apparent per memoriam [illegible] [illegible].

CCCVIII.

DE OCTAVIS SANCTORUM

Octavae Sanctorum ideo celebrantur, quia octava dies significat octavam aetatem, quae est in resurrectione, hoc est, carnis, et animae glorificatione, quam expectant Sancti, se habituros in die judicii; unde octava illorum Sanctorum, qui non pervenerunt ad septimam aetatem, non debet celebrari, nec fieri, quia prius oportuit, eos ad septimam aetatem ingredi, postea ad octavam. Sed nec octava Angelorum debet celebrari, neque Crucis, quia non expectant resurrectionem. Si qui vero celebrant, possunt eas vocare octavam venerationis, non resurrectionis.

CCCIX.

DE RESURRECTIONE IN DIE JUDICII (1)

Resurrectiones enim duae sunt; una est corporis, altera est animae; quarum utram-

(1) Ad hunc locum in membraneo folio Codici assuto eadem, qua antea, manu haec occurrunt: „Re-„suscitaturus Dominus La-„zarum ideo jussit, ut „Judaei removerent lapi-„dem de sepulcro, ut mor-„tuum videntes postea „resuscitatum crederent. „Deinde vocavit Lazarum, „et resurrexit; ligatis ma-

:us Pater per Filium operatur. Unam
ı *per Verbum caro factum est*, videlicet

et pedibus exivit
Nonne poterat re-
: lapidem, qui po-
nortuum resuscita-
: qui potuit defun-
tam reddere, non
nexus solvere vin-
m? Cui, vinctis
ıs, gressum dedit,
ıon potuit, ruptis
is, incessum red-
Sed utique adver-
quod voluit primo
ıstrare mortuum,
ılis suis crederent;
: resuscitare; tertio
:, ut ipsi vincula
ı solverent, ut in-
:a fides infundere-
ıfidelibus; et per
ı quosdam creduli-
ıceretur.
idam dixerunt, ani-
esse igneam, alii
neam, alii incor-
n, nec habere figu-
Nonnulli quoque
:m divinæ naturæ
n impia temeritate
lerunt. Nos autem
m, non igneam, sed
ɔoream dicimus,
ilem, atque muta-

„ bilem, carentem ponde-
„ re, figura, sive colore;
„ nec credimus partem,
„ sed creaturam esse Dei;
„ nec de substantia Dei, vel
„ de qualibet subjacenti
„ elementorum materia, sed
„ ex nihilo fuisse creatam.
„ Nam, ut ait quidam: Si
„ eam Deus de semetipso
„ fecisset, nequaquam vi-
„ tiosa, vel mutabilis, vel
„ misera esset. De origine
„ autem variæ habentur
„ opiniones: sed de hoc
„ cautius quærendum est;
„ maxime quia a Sanctis
„ viris nihil certius defini-
„ tum est, nec Sanctarum
„ Scripturarum auctorita-
„ te manifestius pronuncia-
„ tur. Quod enim morta-
„ lium naturæ secretum est,
„ divinæ potentiæ relin-
„ quendum est. Anima
„ enim sancta creatura, in-
„ visibilis, incorporea, im-
„ mortalis, Deo simillima,
„ nullam imaginem habens,
„ nisi sui Creatoris, nul-
„ lum corpus, nullo loco
„ continetur, nullis mem-
„ bris circumscribitur, nul-

corporis : alteram vero , scilicet animæ per Verbum manens apud Patrem in principio. Et bene quidem animæ resurrectio a Divinitate celebrari creditur , quoniam ipsam ad imaginem Dei factam narratur ; et in qua homo utcumque illam incomprehensibilem , et inenarrabilem lucem valet profecto capere . Et ideo excellentior est animarum resurrectio , quam corporum . Omnes enim resuscitabuntur, boni , et mali . Sed resurrectio bonorum augumentabitur , juxta illud Joannis (1): *Et datæ sunt eis binæ stolæ* . Augumentabitur et malorum resurrectio , quia graviora erunt eorum tormenta , quando cum corporibus torquebuntur . In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile , perfectum spiritualis potentiæ , sed palpabile pro veritate naturæ ; unde etiam Redemptor noster, dubitantibus de sua resurrectione discipulis, osten-

„ lo spatio finitur . Ita ergo „ anima intelligenda est , „ et cogitanda , sicut justi- „ tia , et sapientia , et ce- „ teræ virtutes . Multum „ res spiritualis est , vicina „ est substantiæ Dei . Te- „ nuissimum quoddam est, „ movet corpus,regit mem- „ bra , dividit sensus , præ- „ parat cogitationes, exerit „ actiones . *Anima enim* „ pro diversis actibus di- „ versa nomina sortitur : „ dum vult, mens est : dum „ recte judicat , ratio est : „ dum aliquid sentit , sen- „ sus est : dum recolit,me- „ moria est : dum spirat , „ spiritus est . „

(1) Apoc. VI. 11. *Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.*

ostendit manus, et latus; palpanda ossa, carnemque præbuit, dicens (1): *Palpate, et videte, quia spiritus carnem, et ossa non habet, sicut me videtis habere*. Animæ namque justorum cum carnis claustra exeunt, in cælesti regno statim recipiuntur, in quo diversæ mansiones sunt; in quibus secundum majus, et minus quod egerunt, gloriantur. Et ita iniquorum animæ in inferno secundum majus, et minus, quod egerunt, puniuntur. Quia sicut beatitudo electos lætificat, ita ignis reprobos exurit. Ignis enim gehennæ (2) unus quidem est, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscujusque quantum exigit culpa, tantum illic sentietur pœna; nam sicut in mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen ejusdem solis ardorem æqualiter sentiunt; ita illic (3) in uno igne non unus est modus incendii. Et si homines semel illic mersi fuerint, semper

(1) Lucæ cap. XXIV. ver 39.

(2) S. Gregorius Dialogorum lib. IV. cap. XLIII. Tom. II. col. 448. seq. „Unus „quidem gehennæ ignis, „sed non uno modo omnes „cruciat peccatores. Unius„cujusque etenim quan„tum exigit culpa, tanta „illic sentitur pœna. Nam „sicut in hoc mundo sub „uno sole multi consi„stunt, nec tamen ejusdem „solis ardorem æqualiter „sentiunt, quia alius plus „æstuat, atque alius minus: „ita illic in uno igne non „unus modus incendii.„

(3) Ita posuimus ex S. Gregorio, Cod. mendose *illi*.

ibi arsuri sunt. Quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorum. Ipse enim ignis corporeus est, et Angelos incorporeos legitur cruciare; Reprobis namque dictum est (1): *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et Angelis ejus*: Et ibi culpa, quæ cum fine perpetrata est, sine fine punitur. Iniqui (2) enim ideo cum fine delinquunt, quia cum fine vivunt; nam voluissent utique, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare; ostenditur enim quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergo justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careat supplicio, qui in hac vita nunquam voluit carere peccato; quia qui in malis operibus usque in finem perseveraverit, pœnis perpetuis cruciabitur. Qui vero in bonis operibus desudaverit, cumulo bonorum replebitur. Corpora namque

(1) Matth. xxv. 41. *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum.*

(2) S. Gregorius Magnus Dialogorum lib. cit. c. XLIV. Tom. cit. col. 449. „Iniqui „enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine „vixerunt. Nam voluis„sent utique, si potuis„sent, sine fine vivere, ut „potuissent sine fine pec„care. Ostendunt enim, „quia in peccato semper „vivere cupiunt, qui nun„quam desinunt peccare, „dum vivunt. Ad magnam „ergo justitiam judicantis „pertinet, ut nunquam ca„reant supplicio, qui in „hac vita nunquam volue„runt carere peccato.„

piorum non transeunt ad regnum cælorum, nisi prius præcesserit damnatio impiorum.

CCCX.

DE PURGATORIO IGNE

Ignis enim purgatorius post mortem de parvis, minimisque peccatis fieri posse creditur; ait enim Scriptura (1): *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.*

CCCXI.

DE DIE JUDICII, ET VITA, ET DOCTRINA ANTICHRISTI

In die judicii quidam præ nimia nequitia nec judicabuntur (2), nec salvabuntur, ut Judas, et ejus similes. Quidam vero judicabuntur, et damnabuntur, ut falsi Christiani, quorum nequitia bonitatem superavit. Quidam vero judicabuntur, & salvabuntur, ut boni Christiani Quidam vero non judicabuntur, sed salvabuntur, ut Apostoli, et eorum imitatores, terrena de-

(1) 1. Cor. III. 13. seqq. *Et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit etc.*

(2) Vide Testimonium S. Isidori relatum pag. 173. not. 1.

serentes, et cælestia contemplantes. *Qui*(1) *enim non credit in nomine unigeniti Filii Dei, jam judicatus est*, cum nondum judicium apparuit; licet enim nondum apparuerit judicium (2), tamen apud illum jam factum est judicium, cui omnia manifesta sunt. Novit enim Dominus, qui sunt ejus, et apud eum suorum certus est numerus electorum: *Novit enim, qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam*. Non enim persona Patris carnem suscepit, sed Filii: ideoque non Patris, sed Filii persona in judicio apparebit; hoc est enim, quod dicitur (3): *Pater non judicat quemquam*. Non enim putandum est, solum Jesum judicium facturum, sed cum Patre simul, quia, ut ipse ait (4): *Nihil a me facere possum*. Non Patris persona, sed Filii

(1) Joan. III. 18. *Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei*.

(2) S. Augustinus Exposit. in Evang. Jo. Tract. XII. num. 12. Tom. III. Part. II. col. 389. „ Nondum apparuit judicium, sed jam „ factum est judicium. Novit enim Dominus, qui „ sunt ejus. Novit, qui permaneant ad coronam, qui „ permaneant ad flammam: „ novit in area sua triticum, novit paleam: novit segetem, novit zizania. Jam judicatus est „ qui non credit. Quare „ judicatus? *Quia non credidit in nomine unigeniti „ filii Dei*. „

(3) Joan. V. 22. *Neque enim Pater judicat quemquam*.

(4) Joan. VIII. 30. ubi de se Christus: *A me ipso facio nihil*.

carnem suscepit, quæ sola in judicio manifestabitur. Veruntamen non secundum divinitatem, sed susceptam humanitatem. Judicium enim duobus modis dicitur: Est enim judicium damnationis, est et discretionis. De judicio damnationis dicitur (1): *Pater non judicat quemquam*. De judicio discretionis dicitur (2): *Est qui quærat, et judicet*, hoc est, gloriam Filii Dei, ac ceterorum hominum discernit, ac separat.

Diem vero judicii nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi Pater solus, ut omnes sint parati, et vigilantes. In die namque judicii venturus est Dominus judicare vivos, et (3)

(1) Vide pag.super.not.3.

(2) Joan.VIII. 50.

(3) Ad hunc circiter locum ad Cod. fol.85. in alio folio Cod. assuto, eodem, quo sæpe diximus, charactere hæc leguntur: „ Mors quadrifariam spargitur (forte sumitur): „ Est enim mors necessitatis, mors iniquitatis, „ mors pœnalitatis, mors „ sanctificationis. De morte necessitatis dicitur in „ Genesi: præcepit Adæ „ Dominus dicens: *Ex omni ligno Paradisi comede*, „ *de ligno autem scientiæ* „ *boni, et mali ne comedas*: „ *in quacumque enim die comederis, morte morieris*. „ De morte iniquitatis dicitur: *Sinite mortuos sepelire mortuos suos*. De morte pænali ait Apostolus: „ *Infelix ego homo, quis* „ *me liberabit de corpore* „ *mortis hujus*? De morte „ sanctificationis ait Psalmista: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus*. Homo enim „ quando nascitur, cum „ morte nascitur, quia de „ Adam peccatum transiit, quia conditus est,

„ sumus; et ideo cum mor-
„ te nascimur. Deinde cre-
„ scit homo, et incipit ac-
„ cedere ad rationales an-
„ nos, ut legem sapiat na-
„ turalem, quam omnes
„ habent in corde fixam;
„ hoc est: *Quod tibi non*
„ *vis, alteri ne feceris*. Et
„ hanc legem transgrediun-
„ tur homines. Postea da-
„ ta est lex divinitus per
„ famulum Dei Moysen, in
„ qua dictum est: *Non oc-*
„ *cides, non mœchaberis, non*
„ *furtum facies*: Et hæc
„ nihilominus lex scripta
„ contemnitur. Deinde ve-
„ nit Evangelium, prædi-
„ catur regnum cælorum,
„ annuntiatur ubique Chri-
„ stus, minatur gehennam,
„ vitam promittit æternam,
„ et hæc lex contemnit...

mortuos. Vivos enim appellat eos, qui tunc vivi reperientur (1): mortuos vero qui ante judicium mortui fuerint. Vel vivos appellat justos, qui fide, et bonis operibus vivunt; mortuos vero, qui in peccatis mortui existunt. Sancti enim diem judicii expectant, ut duplicem stolam accipiant, scilicet beatitudinem, quæ gemina est futura in die judicii; vel mercedem laborum suorum, et cælestis patriæ gaudia. Sed eis quotidie dicitur (2): *Sustinete modicum tempus, donec compleatur numerus fratrum vestrorum*, quasi dicat, ut patienter expectent usque ad diem judicii, quæ dies non erit, donec numerus confessorum, qui sunt conservi, hoc est, similiter Deo servientes, cum eis compleatur. Vel donec numerus fratrum, et martyrum, qui sunt conservi, hoc est, interfecti propter nomen Domini, sicut et illi, cum illis compleatur.

(1) S. Augustinus Enchiridii cap. LIV. T. VI. col. 217. „Sive ut vivos intelligamus, quos hic nondum „mortuos, sed adhuc in „ista carne viventes inven„turus est ejus adventus; „mortuos autem, qui de „corpore, priusquam ve„niat, exierunt, vel exi„turi sunt. Sive vivos ju„stos, mortuos autem inju„stos; quoniam justi quo„que judicabuntur.„

(2) Apocal. c. VI. ver. 11. *Et dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.*

Quo numero finito, postea dies judicii ventura est. Sed antequam veniat dies illa, Antichristus nasciturus est ex Tribu Dan (1); cui Dan Jacob noluit benedicere, prævidens per Spiritum Sanctum multa mala de eo egredi; unde ipse Jacob de filio suo Dan dixit (2): *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulam equi, ut cadat ascensor ejus retro. Salutare tuum expectabo, Domine*. Cerastes (3) serpens cornutus esse perhibetur,

(1) Calmet Dict. Bibl. Tom. I. pag. 71. verbo *Antichristus* §. 8. „ Unanimiter „ senserunt Veteres, Antichristum ex stirpe Judæorum oriturum, ejusque parentes futuros ex „ Tribu *Dan*. In hoc sensu „ interpretantur illa Jeremiæ verba c. VIII. ver. 16. „ *A Dan auditus est fremitus equorum ejus, a voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra, et venerunt, et devoraverunt terram, et plenitudinem ejus, urbem, et habitatores ejus*. Aretas, Beda, Primasius, „ Rupertus Haimon, aliique non pauci autumarunt, S. Joannem Tribus „ Israel recensendo Apoc. „ VII. 5. Tribum Dan omisisse, quia ex illa Antichristus ortum ducere „ debuisset. Quamvis autem Judæi antiquam regni sedem amiserint, asserunt Patres illi, a regione trans Euphratem „ Antichristum venturum, „ ubi decem Tribus, ac „ præcipue Tribum *Dan*, „ adhuc subsistere autumabant. Huic opinioni adhæsere fere omnes, qui post „ S. Hieronymum scripsere, ejusque ætate id in „ Ecclesia vulgatissimum „ habebatur. „

(2) Genes. XLIX. 17. seq.

(3) Quæ sequuntur, usque ad ea verba *Antichristus enim hebraice etc.*, paucis mutatis verbis leguntur in

per quem digne Antichristus asseritur, qui contra vitam fidelium cum morsu pestiferæ prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat, semitam angustiorem esse, quam viam (1)? Fiat ergo coluber, quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare provocat, quibus quasi parcendo blanditur; sed in via mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumet. Fit iterum cerastes in semita, quia quos fideles reperit, et sese inter angusta itinera præcepti cælestis constringere videt, non solum nequitia callidæ persuasionis impetit (2), verum etiam errore potestatis præmit, et in persecutionis angore post beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua potestatis. In hoc loco equus hunc mundum insinuat, quod per elationem suam in cursu labentium temporum spumat: et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulam quippe equi mordere, est extrema seculi feriendo contingere, *ut cadat ascensor ejus retro*. Ascensor autem equi est quisquis in dignitatibus mundi extollitur; qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Pau-

S. Isidori Comment. in Genes. *De Benedictionibus Patriarcharum* cap. XXXI. pagin. 446.

(1) Ita ex S. Isidoro emendavimus. Cod. *via*.

(2) S. Isid. *impedit*.

lus (1) cecidisse memoratur. In faciem enim cadere, est in hac vita unumquemque culpas suas agnoscere easque poenitendo deflere: Retro vero, quod non videtur cadere; est ex hac vita repente decidere, et ad quae supplicia ducatur, ignorare (2). Et quia Judaea erroris sui laqueis capta pro Christo Antichristum expectat, bene Jacob eodem loco repente in electorum vocem conversus est, dicens: *Salutare tuum expectabo, Domine*; hoc est, non sicut infideles Antichristum, sed eum, qui in redemptionem nostram venturus est, verum credunt (3) fideliter Christum.

(1) S. Gregorius Magnus in Ezechielem lib. I. Homil. IX. numer. 5. Tom. I. col. 1251. „ Sed quaerendum nobis est, cur Ezechiel, et Paulus in faciem cadunt, et de ascensore equi, idest de eo, qui in hujus mundi gloria elatus est, dicitur: *ut cadat ascensor ejus retro*? Rursumque de persecutoribus Domini scriptum est: *Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram*. Quid est hoc, quod electi in faciem, et reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis, qui post se cadit, ibi procul dubio cadit, ubi non videt; qui vero ante se ceciderit, ibi cecidit, ubi videt? Iniqui ergo, quia invisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt, ubi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt; justi vero, quia in istis visibilibus semetipsos sponte dejiciunt, ut in invisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti, videntes humiliantur. „

(2) Ita emendavimus ex S. Isidoro loc. citat. Cod. mendose *ignorat*.

(3) S. Isidorus *credo*.

Antichristus enim hebraice dicitur *Abadon*, græce *Apollion*, latine *Exterminans* (1). Sicut enim Christo aggregandi, sic Antichristo nomen congruit exterminandi. De illo enim dicitur (2): *Exterminavit vineam tuam aper de silva*. Et Dominus ait (3): *Qui non colligit mecum, dispergit*. De illo etiam per Apostolum dicitur fidelibus (4): *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore*. Ideo enim hebraice, græce, et latine ostenditur nomen ejus, quia timendus est ab omnibus gentibus. Et vocabitur *Arnorme*, quod interpretatur *nego*; quod illi competit, cum se Filium Dei fecerit. Et vocabitur *Antenomos*, quod interpretatur *contrarius honor*. Quicumque enim negat Christum, honorem quærit Christo contrarium. Et vocabitur *Sol*, *Gigas*; quod sibi quantum ad similitudinem competit; dicet enim se illum esse, de quo dicitur (5): *Vobis, qui timetis Deum, orietur sol justitiæ*: Et de quo Psalmista (6): *Exultavit ut gigas*. Et lingua Gothorum vocatur *Gusricos*, idest,

(1) De prædictis vocabulis vide Auctor. Hom. vII. in Apocalyp. Joannis in Append. ad T. III. Part. II. Opp. S. Augustini col. 1152. seq.

(2) Psal. LXXIX. 14. Vulg. *Exterminavit eam etc.*

(3) Lucæ cap. XI. ver. 23.

(4) I. Cor. X. 10.

(5) Malach. II. 4. *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ*.

(6) Psal. XVIII. 6.

testas exercen
nis, et dimidi
nua habere., h
proximi, sicut
dilectio, proced
multos hac sim
fide ad infidelita
pulos, septem
qui habebunt de
ptorum legis,
ipsi mali resisten
tentias, quibus s
trariæ præceptis
coronas, hoc est
fide deviabunt,
legis obedientes e
nominati viri in n
miæ contra Deum
Antichristus geret
tutum, et

legitur in Apocalypsi de eo (1): *Quia erat similis pardo*. Portatores ejus doctrinæ erunt sicut ursi fortes, videlicet cum furore loquentes propter vesaniam, et insaniam in illis habitam; et imperiosa verba Antichristi, quæ per tales per mundum ferentur, erunt horribilia, et insidiantia sicut os leonis. Hoc est enim, quod dicitur in Apocalypsi (2): *Et pedes ejus sicut ursi, et os ejus sicut os leonis*. Et ipse diabolus dabit Antichristo virtutem suam, ut seducat genus humanum, sicut ille seduxit primum parentem: et dabit ei potestatem magnam faciendi miracula (3), (et hoc

(1) Apoc. cap. XIII. ver. 2. *Et bestia, quam vidi, similis erat pardo*.

(2) Ibid.

(3) De Antichristi miraculis S. Thomas II. II. quæst. CLXXVIII. art. I. ad secundum: „ Ibi loquitur Dominus de miraculis, quæ fienda sunt tempore Antichristi: de quibus Apostolus dicit II. ad Thessal. II. *quod adventus Antichristi erit secundum operationem Satanæ in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus*. Et sicut Augustinus dicit XX. de Civitate Dei: *Ambiguum esse solet, utrum propterea dicta sint signa, et prodigia mendacia, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est, ut, quod non facit, facere videatur; an quia illa, etiamsi erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros*. Vera autem dicuntur, quia ipsæ res veræ erunt, sicut Magi Pharaonis fecerunt veras ranas, et veros serpentes. Non tamen habebunt veram rationem miraculi, quia fient virtute naturalium causarum, *sicut in*

totum Deo permittente) et persequendi fideles. Itaque finget se mortuum, cum nihil mali habeat, et resurget, ut possit decipere fideles. Ipse simulabit se mortuum, sed non diu, quia resurget. Sicut enim Christus fuit mortuus, et resurrexit, sic ille se finget, ut per hoc possit homines decipere, et omnes terreni putabunt, illum esse Dominum, faciendo opera, et praecepta illius; et illum admirando, adorabunt antiquum hostem, diabolum scilicet; et dicent ad honorem illius Antichisti: *Quis est similis huic Domino?* quasi dicant *nullus*. Et hoc totum erit secundum reputationem stultorum. Et blasphemabit verum Deum, quia dicet, Christum tantum hominem esse, et vini potatorem fuisse. Et dicet, Christum non esse Filium Dei; et Corpus Christi dicet fuisse conceptum ex virili semine: Et eos, qui in Ecclesia habitant, dicet magos esse; et faciet conflictum, et disputationem in Ecclesia cum viris perfectis, et vincet illos, corporaliter occidendo;

„ *I. parte dictum est*, sed „ operatio miraculorum, „ quæ attribuitur gratiæ „ gratis datæ, fit virtute „ divina ad hominum utili- „ tatem.„ Vide lib. Magistri Nicolai Oresme Episcopi *De Antichristo, et ejus Ministris* apud Martenium Vet. Script. Tom IX. Edit. Par. MDCCXXXIII. col.1371. seqq.confer CalmetDissert. *de veris, fictisq. prodigiis* Proleg. et Dissert. Tom. I. pag.50.

vel cum illis, qui videbantur sancti, et confirmati in fide disputando, et vincet illos, et sibi conjunget. Et quia habebit talem, et tantam potestatem nocendi, adorabunt eum omnes habitantes in terra, idest, terrena cupientes, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ, idest, quorum memoria est deleta de præsentia Dei Patris, qui est vita fidelibus. Sed quod dicitur *vincet eos*, non ad sanctos pertinet, qui non poterunt vinci, quique ante poterunt occidi, quam a fide separari; sed quædam pars malorum intelligitur, quæ sociata est corpori Christi, quæ sive erroribus, sive blandimentis vinci posse narratur. Quod autem dicitur: *occidet illos*, ad Sanctos pertinet, quos interficiet diversis modis, et superare non poterit. Inter quos erunt Elias, et Henoch, qui ab ipso Antichristo nec terroribus, nec blandimentis superari ullo modo poterunt. Si vero contra ipsum pugnare volumus, habeamus arma Ecclesiæ, scilicet fidem, et innocentiam; vel duo præcepta charitatis, vel duo Testamenta. Hinc pugnant fideles, hinc victores existunt, etiam cum moriuntur. Et ipsi Antichristo præcipietur a Domino, ne lædat illos fideles, qui complent præcepta duodecim Apostolorum, et duodecim Prophetarum per geminam dilectionem Dei, et pro-

materiam descen
illorum , qui st
ut ille ignis filios
ses (1) fecit , cu
veniens Dathan ,
hoc facient in c
ut homines se vid
ut Apostoli Chris
ministris Antichri
credi . Et per hæc
hoc est, sibi incorp
ra , idest , terren
habitantes in terra ,
ut illi faciant imagi
norem Antichristi ,
suo exemplo imagin
christi ; et hæc ima
etiam concedetur ip

quicumque non adoraverit imaginem, occidetur corporaliter. Et non solum facient hoc, sed etiam facient omnes populos fragiles in fide, & pauperes in charitate habere characterem, idest, signum Antichristi in dextera manu, idest, in operatione; vel in frontibus suis, idest, in cordibus suis; & in conscientiis, idest, utroque bono fraudatos. Et etiam facient, nequis possit (1) emere, vel vendere aliquid, nisi qui habuerit characterem, idest, signum Antichristi, scilicet fidem, aut nomen, idest, ut vocetur *Antichristianus*. Similiter etenim quidam majores terrenis dediti surgent adversus fideles, ad eos tribulandum, ut a fide eos, instinctu Antichristi, separare valeant. Et quidam similiter infidelium movebuntur, idest, convertentur ad fidem cognoscentes Antichristum esse mortem mundi. Et Episcopi, & ceteri Prælati, præ aliis in Ecclesia lucentes deformabuntur, et denigrabuntur; et apud infideles ita viles putabuntur, quod nihil aliud æstimabuntur, quam peccatores. Et minores subjecti, videlicet fideles in nocte hujus mundi aliquantulum lumen fidei aliis dantes, ita reputabuntur (2) ab Antichristo, ut viri sanguinum, idest, homi-

(1) Cod. *posset*.

(2) Ita posuimus. Cod. mendose *repugnabuntur*.

cidæ, fidelium videlicet interfectores. Et Sancta Ecclesia, congregatio videlicet fidelium in electis cruore passionis erit infecta. Itaque nullus illius novissimæ persecutionis erit expers, qui in fide Christi permanserit. Hoc est enim, quod legitur in Joel (1): *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, et manifestus*. Et sancti prædicatores ante adventum Antichristi fidei lumen Ecclesiæ præbentes, timore persecutionis Antichristi, cadent de fide habita super terram, quia Antichristus projiciet eos a fide, et Evangelica doctrina recedet, et obscurabitur. Nullus enim tunc prædicatione perfruetur, sed abscondet se Ecclesia, ut non videatur a persecutoribus. Et fideles, tribulationes hujus mundi pro Deo patientes, movebuntur de loco suo, hoc est, honoribus suis; vel de locis suis movebuntur præ nimia tribulatione, fugiendo de loco ad locum, secundum Evangelicum dictum (2): *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Et omnes homines generaliter tunc abscondent se in speluncis, idest, consilium quærent fidelibus morantibus in speluncis, idest, in vilibus locis, ut sunt eremitæ; et

(1) Joel. II.31. *magnus et horribilis*.

(2) Matth.x.23. *Cum autem persequentur vos etc.*

abscondent se in petris, idest, ab illis, qui sunt firmi in fide, et in eminentia virtutum positi, quærent consilium, et dicent illis fidelibus in fide solidatis, cadite super nos, idest, misericordia animum vestrum flectite, nosque piis orationum interventionibus ab ira judicantis tegite. Et infideles, imminente futuro judicio, ad auxilia dæmonum current, et eorum ruinis operientur. Et quis unquam ita erit felix, qui tunc facto judicio stare poterit, ne cadat? Idest, quis poterit resistere illorum vindictæ? certe nullus. Finito omni labore, et pugna, reprobis parabitur æternum supplicium, quibus Dominus dicet (1): *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus*. Bonis vero dabitur æterna beatitudo, quibus Dominus dicet: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi*. In illa æterna beatitudine ex unaquaque Tribu Israel erunt duodecim millia collocati, hoc est, omnes fideles imitantes fidem, et operationem filiorum Israel, hoc est, Apostolorum: *Ex (2) Tribu Juda duodecim millia signati*. Illi enim sunt signati, hoc est, prædestinati a Deo ad vitam, qui sunt Juda, hoc est, qui ore, et corde Deum

(1) Vide pag. 546. not. 1. (2) Apocalyps. VII. 5.

Patrem, et Jesum Christum, ejus *Filium*, et sua praecepta confitentur (Judas enim *Confessor* dicitur, dicente matre (1): *Modo confitebor Domino*), per confessionem fidei conjunguntur Deo. Illi enim, qui complent praecepta duodecim Apostolorum, vel Decalogum legis cum dilectione Dei, et proximi per duodecimum numerum tendunt ad *militiam*, idest, ad perfectionem aeternae vitae. Judas ideo primus ponitur, quia nisi per confessionem renuntiemus actibus malis, non informamur rectis, et placitis (2), et nisi detestanda vitemus. Recte post eum Ruben, hoc est, *Filium videns* ponitur, quia post confessionem bona sunt agenda opera; dixit enim mater ejus (3): *Vidit Deus humilitatem meam*; in filio enim bonorum fructus operum intelligitur; unde scriptum est (4): *Videas filios filiorum tuorum*. Iste Ruben concubinam patris sui violavit (5). Per Ruben populus Israel ex circumcisione significatur, qui torum concubinae polluit, hoc est, legem Veteris Testamenti saepe praevaricando maculavit. Quod autem vetus lex *concubina* vocetur (6), Apostolus docet, dicens (7): *Abraham duos fi-*

(1) Genes. xxix. 35.
(2) Cod. *placidis*.
(3) Genes. cap. cit. ver. 32. Vulg. *Dominus*.
(4) Psal. cxxvii, ver. 6.
(5) Genes. xxv. 32.
(6) Cod. *vocatur*.
(7) Galat. iv. 22. seq. *Scri-*

lios habuit, unum de ancilla, et unum de libera: hæc autem sunt duo Testamenta. Sed quia bene operantes tentatio solet probare, ideo post Ruben Gad, idest, *tentatio* subrogatur; hinc enim legitur (1): *Militia hominis super terram*. Idem etiam *accinctus* vocatur, quia contra illatam tentationem Divina virtute præcincti fortes existunt. Hinc enim dicitur (2): *Sint lumbi vestri præcincti*. Hinc Sancto etiam Job dicitur (3): *Accinge sicut vir lumbos tuos*. Hinc etiam quilibet eorum cum Psalmista Domino dicat (4): *Præcinxisti me virtute ad bellum*. Quia vero bonorum certaminum finem ad Deum dirigere, non ad favorem humanæ laudis retorquere debemus, recte prædictus Gad *latrunculus* vocatur, tamquam bona cordis latenter acquirens, Deo offerat approbanda, non humanis obtutibus detegat proferenda; unde dicitur (5): *Et Pater ejus, qui videt in abscondito, reddet ei in manifesto*. Quasi

ptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo Testamenta.

(1) Job. cap. VII. ver. 1. *Militia est vita hominis etc.*

(2) Lucæ cap. XII. ver. 35.

(3) Job. XL. 2.

(4) Psal. XVII. 40.

(5) Matth. VI. 41. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

... me dicent m...
B... vir, *qui* ...
probatus fuerit, ...
bellatores Ecclesi...
roborati, non ...
tis inter ipsos, et...
phthali ponitur, ...
post illud enim n...
dicitur (4): *Latum*...
xit enim mater eju...
minus cum sorore ...
amplissimum dilect...
currentes, et ea ...
scuntur, et ad ea, ...
digne post Nephthali...
qui *oblitus*, vel *n*...
nec Jacob filius fuit, ...
Dan filii Jacob positu...

(1) Psal. cxvIII. 11 ...

Judas ortus est, et Antichristus est nasciturus, cui dare Jacob noluit benedictionem, prævidens per spiritum multa mala de eo egredi; unde pater (1): *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens ungulam equi*. Joseph hoc videns rogavit, ut in ejus loco henediceret filio suo Manasse obliviscenti terrena, et ad necessitatem, hoc est, ad spem cælestis vitæ se extendenti. Unde Jeremias (2): *Ego videns paupertatem meam*. Sed quia desiderium (3) talia postulantium sæpe differtur, jure post Manassen, Simeon collocatur: *audiens tristitiam* interpretatur venturæ iræ judicii, vel *plorans* pro peccatis suis, et aliorum; dixit enim mater ejus (4): *Exaudivit Dominus me*. Sed quia audivit tristitiam, audiatur nenecesse est et nomen habitaculi, quod idem Simeon sonat.

Ii, qui in præsentibus malis tristantur, de futuris bonis consolentur; et qui mœrent in tabernaculo corruptionis, gaudeant de tabernaculo æternæ quietis; unde scriptum est (5): *Corpus quidem, quod corrumpitur, aggravat*

(1) Ibid. c. XLIX. ver. 17. *ungulas*.

(2) Thren. III. 1. *Ego vir videns etc.* (3) Cod. mendose *desideranti*.

(4) Genes. XXIX. 33. *Quoniam audivit me Dominus*.

(5) Sapi. IX 15. *Corpus enim*.

animam. Et rursus (1): *Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino*. Et quales isti sunt terrena obliviscentes, Levi subjunctus indicat: *additus* interpretatur, dixit enim mater ejus (2): *Copulabitur mihi vir meus*, quia in suis bonis operibus, plusquam lex præcipiat, addunt: vel quibus non sufficit, se bonos esse, nisi et alios bonos faciant, quibus jure congruit Issachar post Levi adnecti, qui, *merces est*, interpretatur; dixit enim mater ejus (3): *Deus dedit mihi mercedem*. Sanctis namque viris a Deo merces datur, cum propter meritum castitatis alia virtus eis injungitur. *Quiescat* (4) *vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis, quia est merces operi tuo* ait Dominus, per Jeremiam dicens cuilibet lugenti. Sed quia hos tales ante remunerationem illatæ persecutiones solent probare, merito post Issachar, Zabulon sequitur, *habitaculum fortitudinis* interpretatur; Dixit enim mater ejus (5): *Habitare me fecit Dominus*

(1) 1I. Cor.v. *6. Scientes, quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino*.

(2) Genes. xxix. 34. *maritus meus*.

(3) Ibid. cap.xxx. ver.18. *Dedit Deus mercedem mihi.*

(4) Jerem. xxxi. 16.

(5) Genes. xxx. 8. Vulg. habet: *Comparavit me Deus cum sorore mea*. Juxta Versionem antiquam apud Sabbatier legitur: *Habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea*. Verum hæc verba Rachel protulit, cum Nephthalim ortus fuit. Cum autem natus fuit Zabulon, Lia cap. eod. ver. 20. narra-

cum sorore mea. Tunc enim quilibet eorum habitaculum fortitudinis efficitur, quando virtus in infirmitate perficitur, sicut ait Apostolus (1): *Convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello*. Sed quia non solum pacis tempore amicis, sed etiam in ipsa persecutione Divini verbi gratis erogatur inimicis, recte Joseph post Zabulon adnectitur: *augumentum* interpretatur, ut ei de accepta pecunia lucrum referatur; nec ipsis inimicis hanc erogare dubitent, ideo Joseph *augumentum* est interpretatus, ab eo quod sibi addi mater optaverat alium. Et ut omnes hos in dextera regis æterni locandos intelligatur, Beniamin, idest, *filius dexteræ* postremo loco ponitur, quasi finis ordinis, cui felicitas promittitur æternæ mercedis.

CCCXII.

DE MENSA JUDÆORUM

Mensa Judæorum Lex est, et Prophetæ, quos ante oculos semper habent. Sed quia videntes non vident (2), et audientes non intelligunt, in ipsis Scripturis illaqueantur in retributionem, et in scandalum: Hanc enim de Scripturis, quas male interpretati sunt, retributionem suscipiunt (3): *Obscurentur*

tur, hæc dixisse: *Dotavit me Deus dote bona*.

(1) Hebr. XI. 34.

(2) Lucæ cap. VIII. 10.

(3) Psal. LXVIII. 24.

oculi earum, ne videant. Quod ita factum est. Judæi Christum non cognoverunt; *Si enim*, ut ait Apostolus (1), *cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*. *Et* (2) *dorsum eorum semper incurva*. Incurvatum est dorsum eorum, quia gentibus serviunt, et ea, quæ sursum sunt (3), respicere nequeunt. *Quia* (4) *cinerem tamquam panem*, hoc est, flagitiosos, et immundos mecum associabam: *Non enim*, ut ait Hieronymus super Oseam, *qui bonus permanet, ipse polluitur, si sociatur malo, sed qui malus est, in bonum vertetur, si bona exempla sectetur*. *Et potum meum cum fletu miscebam*, quia Propheta pro peccatis suis assidue flebat. *Speciosus* (5) *forma præ filiis hominum*, quia ipse Christus nulla vitiorum macula decoloratus est. *Diffusa* (6) *est gratia in labiis tuis*: tanta enim gratia in illis labiis fuit, ut dictum ejus pro factis haberetur. Præcepit Lazaro (7), ut resurgeret, et resurrexit. Præcepit cæco (8), ut videret, et vidit. Præcepit Leproso (9) mundari, et mundatus est. *Dilexisti* (10) *justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus*

(1) 1. Corint. II. 8.
(2) Psal. cit. ver. cit.
(3) Supplevimus *sunt*.
(4) Psal. CI. 10.
(5) Psal. XLIV. 3.
(6) Ibidem.
(7) Joan. XI. 43. seqq.
(8) Marc. VIII. 23. seqq.
(9) Matth. VIII. 3.
(10) Psal. cit. ver. 8.

tuus, idest, Pater, et Divinitas tua, *oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Multi enim oleo uncti fuerunt, sed nemo, ut Christus; Christus enim non corruptibili, sed interno oleo unctus est, quod omnibus lætitiam, et gaudium præstat. *Passer* (1) *invenit sibi domum, et turtur nidum*. Cum enim sine intellectu aviculæ sint, et nidum sibi componant, cur homines ratione capaces æterna tabernacula non acquirunt? *Altaria Dei* dicuntur Sancti, quoniam in se ipsis per singulos dies Domino sacrificant (2). Qui enim superbiam in se destruxit, taurum Domino immolavit; qui autem libidinem, hircum sacrificavit. Occide ignorantiam, et immolabis agnum. *Tunc* (3) *imponent super altare tuum vitulos*: vitulus enim major hostia apud Judæos erat: offert ergo Domino vitulum, quicumque seipsum totum vovet, et reddit. *Non* (4) *est, qui se abscondat a calore ejus*, hoc est, aliqua Sancti Spiritus gratia; cum omnes intellectum habeant, et rationem. *Ignis* (5) *in conspectu ejus ardebit*. Dubium non est, quin seculum per ignem sit Dominus judicaturus. *Veruntamen* (6) *Deus conquas-*

(1) Psal. LXXXIII. 4.

(2) Forte *sacrificant*. Cod. *Sacrificavit*.

(3) Psal. L. 21.

(4) Psal. XVIII. 7.

(5) Psal. XLIX. 3. Sic Antiqua Versio. Vulg. vero: *exardescet*.

(6) Psal. LXVII. 22. Vulg. *confringet*.

INDEX

RERUM MEMORABILIUM

QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR

D

E

G

H

T

ERRATA	SIC	CORRIGANTUR
Pag. 46. not. 2.	Et videtis	Et videbis
64. lin. 1.	nnde	unde
128. lin. 13.	versus	verus
157. in not. col. 2. lin. 14. seq.	Ad quæ Editor	Ad quæ adnotationum Auctor
202. not. 2.	nempe omnino irreligiosus	forte: irreligiosus profectus
254. lin. 4.	in ea cuncta vernent.	in eo cuncta venent
312. lin. 26.	et nos	ut nos.
363. lin. 8.	signa December	signa Decembri
364. lin. 15.	locum conlucet	forte: totum conlucet
427 col. 1. lin. 13.	ac consortium	ad consortium
432 lin 13.	ad vesperam	ad vesperum
518. col. 1. lin. 16. in not.	ceteris lignum	in ceteris lignis
557. in not. col. 2. lin. 2.	disint	dicta sint.



